cogitas? & tamen facturus hoc es. Unde rapis?
Quis te captum trahit? An illa lex in menbris
tuis repugnans legi mentis tue? Clama ergo. In-
felix ego homo. Quis me liberabit de corpore
mortis huius? Gratia dei: per ihesum xpm dominum
nostrum. Et impletur in te: quod modo diximus.
Ego autem in domino speraui exultabo & iocun-
dabor in tua miscicla: quia respexisti humili-
tatem meam: saluam fecisti de necessitatibus
animam meam. Unde enim salua facta est de
necessitatibus anima tua: nisi quia respecta est hu-
militas tua? Nisi prius humiliaueris: non te
exaudiret: qui te a necessitatibus liberaret. Hu-
miliatus est qui dixit. Infelix ego homo. Quis
me liberabit de corpore mortis huius? Non
sunt humiliati qui ignorantes dei iusticiam:
et suam uolentes constituere: iusticie dei non
sunt subiecti. Nec conclusisti me in manibus
inimici. Non uicini tui: non compossessoris
tui: non eius cum quo militasti & eum lesisti:
aut forte in tua ciuitate ei iniuriam fecisti.
Isti enim tales sunt: pro quibus orare debemus.
Alium habemus inimicum: diabolum serpentem
antiquum. Omnes morientes si bene moriamur:
ab eius manibus liberamur. Quicumque enim male
moriuntur in suis iniquitatibus: in eius manibus in-
cluduntur: ut cum illo in fine dampnentur.
Liberat ergo nos dominus noster de manu inimici nostri.
Ille enim nos per cupiditates nostras uult capere.
Cupiditates autem nostre quando sunt ualide:
et eis quando seruimus: necessitates uocantur.
Liberante autem domino animam nostram de cu-
piditate. de necessitatibus nostris. quid erit quod
in nobis teneat inimicus: ut concludamur in
manibus eius? Statuisti in loco spacioso pedes
meos. Certe angusta uia est. Laboranti angusta
est: amanti lata est. Eadem que angusta est.

posuisti
lata sit. In spacioso dicit pedes meos. Ne angus-
tati pedes mei irent in se: & incurrendo in se de-
icerent me. Ergo quod ait posuisti in spacioso
pedes meos: plane fecisti mihi facilem iusticiam:
que mihi erat aliquando difficilis. Hoc est posuisti
in spacioso pedes meos. Miserere mei domine
quoniam tribulor conturbatus est in ira oculus
meus. anima mea & uenter meus: quoniam de-
fecit in dolore uita mea: & anni mei in gemi-
tibus. Sufficiat caritati uestre: adiuuante domino
fortassis impleuimus debitum: ut & psalmo
pacto proficiscamur. Explicit sermo primus. Incipit
de eodem psalmo secundus.

Ad reliqua psalmi
nostra reuertatur intentio: & nos ipsos agnosca-
mus in uerbis prophete: quia si nos inspexerimus in tem-
pore tribulationis: gaudebimus in tempore tribula-
tionis. Commendauerim caritati uestre cum pri-
mas partes huius psalmi exponerem quod dominus
xpc loquatur: & quomodo sit accipiendus xpc
totus cum capite & corpore non tacueram:
testimoniis etiam scripturarum quantum michi
uidetur satis idoneis luculentisque firmauerim:
ita ut omnino dubitari non possit xpm esse
caput & corpus: sponsum & sponsam: filium
dei & ecclesiam: filium dei factum filium ho-
minis propter nos. ut filios hominum faceret filios
dei: atque ita essent duo in carne una in sacra-
mento magno: quo agnoscuntur in prophetis
duo in carne una: quomodo etiam duo in uoce
una: Gratulatio superius expressa est. ipsius di-
centis. Respexisti humilitatem saluasti de
necessitatibus animam meam: nec conclusisti
me in manibus inimici: statuisti in loco
spacioso pedes meos. Gratulatio est liberati
hominis a tribulatione: liberatorum menbrorum
xpi ab afflictione & insidiis. & rursus dicit.
Miserere mei domine quoniam tribulor. In tribu-
latione utique angustia est. Quomodo ergo posuit in
spacioso pedes suos: si adhuc tribulatur?
Quomodo in spacioso sunt pedes? An forte una
quidem uox est. quia unum quidem corpus?
Sed in aliquibus menbris spacium sentitur: &
in aliquibus angustia: id est alii sentiunt fa-
cilitatem iusticie: alii laborant in tribula-
tione. Nam si non alia menbra illud: alia

ullud paterentur. ñ dicēt apls. Si patitur unum membrum. compatiuntur omnia membra. Et si glorificatur unum ~~unum~~ membrum. congaudent omnia membra. Alique ecclē ubi gr̄a pacem hñt. alique in tribulatione sunt. In ista quę pacem habent. in spacioso sunt pedes. Illę quę in tribulatione sunt. angustias patiuntur. S; & istos consolatur illorum tribulatio. & illos pax istorum consolatur. Sic enim ē corpus unum. ut non sit discissio. Non autem facit discissionem. nisi dissensio. Caritas autem. compāgem facit. Compago complectitur unitatem. unitas seruat caritatem. caritas pducit ad claritatem. Dicat g̃ ex quibusdam membris. Miserē mei domine qm̄ tribulor. conturbat̄ est in ira oculus meus. anima mea & uenter meus. Querimus unde sit ista tribulatio. quoniam ubertas pauloante gaudebat. iusticia quedam infusa sibi largē dono dei. & inde facto spacio pedib; fuit in latitudine caritatis. Vnde g̃ & ista exitat tribulatio. ñ forte ex illo quod dominus dicit qm̄ abundauit iniquitas. refrigescet caritas multorum. Primo enim commendatata paucitate scōr. tanquam missis rectb; multapliceta ē ecclesia. et capti sunt innumerabiles de quib; p̄dictum erat. annunciatu & loquutis sum multaplicata sunt sup numerum. qui etiam nauigia p̄merent et retia rumpeut. sicut ē positum in illa piscatione ante passionem domini. Ex his multitudinib; tacq exaggeratis p̄ pascha sic reficiuntur ecclē. ut turbas ipsorum parietum reculet angustia. Quom autem non tribuletur iste de hac multitudine. quo uidet ipsos implē theatra & amphiteatra. qui pauloante ecclām impleuerant. ipsos in nequicijs qui pauloante in laudib; dei. ipsos blasphemare deum. qui respondebant amen deo. Permaneat. duret. non deficiat etiam in multitudine copiosa iniquorum. quia nec granum deficit in multitudine palearum quo usq; post uentilationem mittatur in horreum. & ibi sit in societate scōrum. ne turbulenta aliquid pulueris patiatur. Pouret g̃. quia & dominus cum diceret. quoniam abundabit iniquitas refrigescet caritas multorum. ne p̄nunciata ista abundantia iniquitatis. labēretur mitarentq; pedes tui. continuo subiecit. quod fideles erigēt. quod consolaretur. atq; firmaret dicens. Qui p̄seuerauit usq; in finem. hic saluus erit. Attende tacq istum qui quantum in uidetur in hac tribulatione constitutus quando quidem positus in tribulatione quali dolere debēt. tribulatio enim dolorem hñt congruum. tatum se dicit in tribulatione &c. Miserē mei domine qm̄ tribulor. conturbatus ē in ira oculus meus. Si tribularis. quare irascis. Irascitur iste. peccatis alienis. Quis non irascatur uidens hominē confitentē deo. negantes facit. Quis non irascatur uidens homines renunciantes sēculo ubi & non facit. Quis non irascatur uidens fratres insidiantes fratri. fidem non seruantes osculo. quod infigunt in sacramēto dei. & quis enumeret omnia quib; irascit corpus xp̄i. quod uncti unum de sp̄u xp̄i. quod genit quali granum nō paleas. Vix enim apparent isti qui sic gemunt. qui sic irascuntur. qm̄ uix apparent grana quando area tritutatur. Qui nescit quante pilę misse sint. putat totum paleam esse. & ex hoc q̄ totum palea putatur. inde magna massa purgabitur. In his g̃ apparentib; & gementib; irascitur qui dicit alio loco. Zelus domus tue comedit me. Dicit et alibi quando quidem uidet multos mala facientes. tedium tenuit me a peccatoub; relinquentib; legem tuam. Dicit & alio loco. Vidi insensatos. & tabescebam. Hęc autem ira metuenda ē. ne tanta sit ut in odium irascatur. Ira enim ñ dum ē odium. Nam iracis odio. & non odisti filium. & ei seruas hereditatem qui te sentit iratum. Et ad hoc irascis. ne p̄dat quod seruauit male. euadens morib; prauis. Ergo ira ñ dum ē odium. ñ dum odimus eos quib; irascim. S; ira ista si manserit. & ñ cito euulsa fuit.

crescit & fit odium. Ideo ut recens ira euellatur.
et in odium non conuertatur. hoc nos docet
scriptura dicens: non occidat sol super iracundiam
uestram. Inuenis autem aliquando fratrem odium
habentem: & reprehendit irascentem. In illo est
odium: & in alio culpat iram. Ipse habet trabem
in oculo suo: & reprehendit festucam in oculo fratris
sui. Sed festuca ista nisi cito euellatur: trabes futura est.
Ergo non ait extinctus est oculus meus pre ira:
sed turbatus. Nam si extinguitur: iam odium est
non ira. Et uide quia extinctus est. Hinc ait iohannes.
Qui odit fratrem suum: in tenebris est usque adhuc.
Antequam ergo eatur in tenebris: conturbatur
oculus in ira. Sed cauendum est ne ira uertatur
in odium: & oculus extinguatur. Iste ergo dicit
turbatus est pre ira oculus meus: anima mea et
uenter meus: hoc conturbata sunt interiora mea.
Ventrem: pro interioribus posuit. Aliquando enim
iniquis & peruersis: & a lege deuiantibus & male
uiuentibus irasci licet: clamare non licet. Cum
irascimur & clamare non possumus: interiora nostra
turbantur. Tanta enim est aliquando peruersitas: ut
nec corripi possit. Quoniam defecit in dolore
uita mea: & anni mei in gemitibus. Defecit in
quit in dolore uita mea. Dicit apostolus. Nunc uiui
mus: si uos statis in domino. Quicumque perfecti
sunt ex euuangelio & gratia dei: non hic uiuunt
nisi propter alios. Nam uita eorum in hoc seculo: eis non
est iam necessaria. Sed quia dispensatio eorum aliis
necessaria est. fit in eis quod idem ait apostolus. Con
cupiscentiam dissolui habens & esse cum christo:
multo enim magis optimum manere in carne
necessarium est propter uos. Quando autem uidet
homo ex dispensatione sua: ex laboribus suis ex
predicatione sua non proficere homines: infirmatur
in egestate uita hominis. Vere miserabilis
egestas & fames: quandoquidem eos quos
domino lucramur quodammodo manducat
ecclesia. Quid est manducat? In corpus suum
traicit. Quicquid enim manducamus: in
corpus nostrum traicimus. Hoc agit ecclesia per
sanctos. Esurit quos lucrari uult: & quos
lucrata fuerit aliquo modo manducat quodammodo.
Cuius personam gerebat petrus: quando de
celo ei summissus est discus plenus omnibus

animalibus. quadrupedibus. reptilibus. & uolati
libus: quibus generibus omnes gentes significabantur.
Prefigurabat tunc dominus ecclesiam quod
omnes gentes transuoratura erat: & in corpus
suum conuersura. Et ait petro. Macta & man
duca. O ecclesia hoc est petre: quia super hanc pe
tram edificabo ecclesiam meam: macta & man
duca. Prius macta: & sic manduca. Occide
quod sunt: & fac eos quod es. Cum ergo predicatur
euuangelium & uidet. qui predicat non proficere
homines: quare non clamat quoniam defecit
in dolore uita mea & anni mei in gemitibus.
Infirmatus est in egestate uigor meus: et
ossa mea conturbata sunt. Anni nostri isti quos hic
ducimus: in gemitibus sunt. Vnde? Quia
abundauit iniquitas: refrigescit caritas
multorum. In gemitibus non in claris uo
cibus. Quando uidet ecclesia multos in peru
sum ire: gemitus suos deuorat apud se ut
dicat deo. Gemitus meus non est absconditus.
ate. In alio psalmo dicitur: sed congruit huic
et hic dicere: gemitus meus & si abscon
ditus est ab hominibus. ate non est absconditus.
Infirmatus est uigor meus in egestate: et
ossa mea conturbata sunt. De hac egestate
supra diximus. Ossa uero fortes intelliguntur
ecclesie. Qui etiam si non conturbantur persecuti
onibus alienorum: alienorum tamen iniquita
tibus fratrum conturbantur. Super omnes inimicos
meos factus sum obprobrium uicinis meis
nimium: & timor notis meis. Qui sunt
inimici ecclesie? Pagani & iudei. Omnibus
peius uiuunt mali christiani. Vis uidere quam
omnibus peius uiuunt mali christiani? De talibus
dicit propheta iezechiel: quia comparantur sar
mentis inutilibus. Pone paganos ligna esse
siluatica: extra ecclesiam. Adhuc potest inde
fieri aliquid: quomodo de lignis fabrilibus est
lignum fabro aptum. Et si adhuc nodosum
et curuum & corticosum. quod doletur.
ascietur. deplanetur: ut possit peruenire
ad aliquam fabricam usus humani. De sar
mentis autem precisis fabri nichil facere possunt:
ignis ea solus expectat. Attendite fratres: cum
siluatico ligno ubique preponatur sarmentum

manens in uite. q̄a sarmentum dat fructum.
illud lignum non dat fructum: p̄ciso tamen
sarmento de uite. si comparetur lignum silua
ticum. intelligitur esse melius: quia de illo
aliquid faber facere potest: hoc autem non
queritur: nisi ut foco ministretur. Attendens
itaq; multitudinem male uiuentium in ecclia:
sup omnes inimicos meos inquit: factus sum
obprobrium. Peius inquit uiuunt mali xani
in sacramentis meis: quā illi q̄ numquam ac
cesserunt. Latine & apte cur non dicamus
ul' quando psalmum exponimus? Et si
aliis temporib; forte dicere non audemus: sal
tim necessitas exponendi hāt libtatem corri
piendi. Sup omnes inquit inimicos meos:
factus sum obprobrium. De talib; dicit petr⁹
apls. Facta sunt ill' postiora: deteriora p̄orib⁹.
Melius enim erat ill' non cognoscere uiam istice:
quam cognoscentib; retrorsum reflecti: a tra
dito sibi mandato sancto. Cum dicit melius
illis erat non cognoscere uiam iusticie: nonne
indicauit meliores esse inimicos foris positos:
quam intus male uiuentes quib; p̄mitur
et grauatur ecclia? Melius inquit ill' erat
n̄ cognoscere uiam uitatis: quam cognoscentib; re
trorsum reflecti: a tradito sibi sancto mandato.
Denique uide quam horribili rei eos compa
rauit. Contigit ill' res ueri p̄uerbij. Canis reu
sus ad uomitum suum. Istis itaq; talibus
cum sint plene ecclie: nonne ueracit̄ illi di
cunt pauci immo ex paucorum uoce ipsa
ecclia: sup omnes inimicos meos factus sum ob
probrium uicinis meis nimium et timor notis
meis? Uicinis meis nimium obprobrium
factus sum. id ē qui in iam appropinquabāt
ut crederent: hoc ē uicini mei nimium deteriti
sunt mala uita malorum. & falsorum xpia
norum. Quam multos putatis fr̄s mei uelle
ēē xanos: & offendi mal' morib; xanorum?
Ipsi sunt uicini qui iam ꝓpinquabant: et
nimium obprobrium ill' uisi sumus. Timor
factus sum notis meis. Timor inquit fact⁹
sum notis meis: quia cum uidet homo
multos male uiuentes. & de quib; bene
sperabat in multis malefactis inuentos: timor
ne tales sint omnes quos putabat bonos: & ueni
unt in suspicionem malam ꝓpe omnes boni. Qua
lis uir. quomodo cecidit? Quomodo inuentus ē in
illa turpitudine. in illo scelere: in illo facto malo?
Putas non tales omnes sunt? hoc ē timor notis meis
ut & ipsi quib; noti sumus. plerumq; in dubiū
ueniamus: & n̄ te consoletur qd̄ es. si aliquid
es: non credis esse alterum talem. Consolatur
hominem qualecumq; conscientia: ut dicat
sibi homo qui bene uiuit. O tu qui in uereris
ne tales sint omnes: tu tal' es? Respondit consci
entia. Non sum. Ergo si tu tal' non es. solus es?
Uide ne peior sit ista supbia: quam illa ne
quitia. Noli te solum dicere. Nam & helias
aliquando tedio multitudinis impiorum ait
affectus. Prophas tuos occiderunt: altaria tua
suffoderunt: & ego relictus sum solus: et
querunt animam meam. S; quid dicit illi
responsum diuinum? Reliqui in septem
milia uirorum: qui non curuarunt genua
ante baal. Ergo fr̄s inter hec scandala unū
ē remedium: ne malum sentias de fr̄e tuo.
Humiliter esto quod uis eum esse: & non
eum putabis esse quod non es. s; tamen sit
timor etiam notis: etiam expertis. Qui uide
bant me foras fugerunt a me. Ignoscendum
esset si foras fugissent a me: qui non uide
bant me. Et iam qui uidebant me: foras
fugerunt a me. S; si qui me non uidebant
foras fugerunt a me. nec dicendum ē foras
fugerunt: quia intus non fuerunt. Si intus
fuissent uidissent me: id ē cognouissent cor
pus xpi: cognouissent menbra xpi: et
unitatem xpi. Illud ē magis gemendum:
illud omnino intolerabile. quia multi qui ui
derunt me foras fugerunt a me: & qui cogno
uerunt quid esset ecclia. exierunt foras: et
hereses & scismata contra ecclam fecerunt.
Hodie hominem inuenis ubi gra natum in
parte donati: nescit quid sit ecclia. Ubi nat⁹
est: tenet. Non illi euellis consuetudinem:
quam suxit cum lacte nutricis. Iuum da
qui uoluitur cotidie in scripturis: qui legit
qui p̄dicat. Ita ne non tandem ibi uidet
postula a me & dabo t̄ gentes hereditatem

tuam: & possessionem tuam terminos terre? Non ibi
uidet commemorabuntur & conuertentur ad do-
minum uniuersi fines terre: & adorabunt in conspec-
tu eius omnes patrie gentium? Si uides ibi totius
orbis unitatem: quid fugis foras ut non solum ipse
patiaris. uerum & aliis facias cecitatem? Qui ui-
debant me id est qui nouerant quid sit ecclesia: qui
etiam in scripturis intuebantur: foras fugerunt
a me. Putatis enim fratres mei. quia illi homines
qui fecerunt hereses. per loca. & partes. non no-
uerant in scripturis dei: quia ecclesia non est
predicata. nisi toto orbe terrarum diffusa? ~~Vere~~
Vere dico caritati uestre. Certe omnes christiani sumus: uel
christiani omnes dicimur: & omnes christi signo signamur.
Obscurius dixerunt prophete de christo: quam de
ecclesia. Puto propterea quia uidebant homines in
spiritu contra ecclesiam facturos esse particulas: &
de christo non tantam litem habituros: de ecclesia
magnas contentiones excitaturos: ideo illud
unde maiores [illegible] lites future erant.
planius predi[illegible]catum: apertius
prophetatum est: ut ad [illegible] iudicium illi ua-
leat qui uidebant & foras fugerunt. Exempli
gratia unum commemorabo. Abraham pater
noster fuit: non propter propaginem carnis: sed propter
imitationem fidei. Iustus & placens deo per fi-
dem: suscepit filium sibi promissum ysaac.
de sarra sterili uxore sua: in senectute sua.
Iussus est immolare deo eundem filium nec
dubitauit: nec disceptauit: nec de iussu dei
disputauit: nec malum putauit. quod iubere
optimus potuit. Duxit filium suum ad immo-
landum: imposuit ei ligna sacrificii: peruenit
ad locum: erexit dexteram ut percuteret. Eo pro-
hibente deposuit. quo iubente leuauerat.
Qui optemperauit ut feriret: optemperauit ut
parceret. Ubique obediens: nusquam timidus.
Ut tamen impleretur sacrificium. & sine sanguine
non discederetur: inuentus est aries. herens in ue-
pre cornibus: ipse immolatus est. pactum est
sacrificium. Quem quid sit. Figura est christi:
inuoluta sacramentis. Denique ut uideatur dis-
cutitur ut uideatur pertractatur: ut quod in-
uolutum est: euoluatur. Ysaac tanquam
unicus filius dilectus: figuram habet filii

dei: portans ligna sibi. quomodo christus crucem por-
tauit. Ille postremo ipse aries: christum significauit.
Quid est herere cornibus: nisi quodammodo crucifigi?
Figura est ista de christo. Continuo predicanda erat
ecclesia. Prenuntiato capite: prenuntiandum
erat & corpus. Cepit spiritus dei: cepit deus abraham predi-
care uelle ecclesiam: & tulit figuram. Christum fi-
gurate predicabat: ecclesiam aperte predicauit. Ait
enim ad abraham. Quoniam obedisti uoci
mee. & non pepercisti unigenito tuo filio di-
lecto propter me. benedicens benedicam te: et
implebo semen tuum sicut stellas celi et
arenam maris: & benedicentur in semine
tuo omnes gentes terre. Et pene ubique christus in
aliquo inuoluto sacramento predicatus est a pro-
phetis: ecclesia aperte: ut uiderent eam & qui fu-
turi erant contra illam: & impleretur in eis
ista nequicia: quam predixit psalmus. Qui
uidebant me foras fugerunt a me. Ex nobis
exierunt: sed non erant ex nobis. Hoc de illis:
iohannes apostolus dicit. Oblitus sum tanquam
mortuus a corde. Oblitus sum in obliuionem
ueni. Obliti sunt me illi qui uidebant me: obli-
ti sunt me. Et sic me sunt obliti: tanquam
mortuus fierem. a corde ipsorum. Oblitus
sum tanquam mortuus a corde. Factus sum
tanquam uas perditum. Quid est hoc factus sum
tanquam uas perditum? Laborabat iste: &
nulli prodebat. Vidit se uas esse & nulli prodesse:
et se tanquam uas perditum dicit esse. Quoniam
audiui uituperationem multorum accolantium
in circuitu. Multi accolant in circuitu meo:
et reprehendunt me cotidie. Quanta mala
dicunt in malos christianos? Que maledicta
perueniunt ad omnes christianos? Numquid
enim dicit qui maledicit. aut reprehendit
christianos: ecce que faciunt non boni christiani?
Sed ecce que faciunt christiani. Non separat: non
discernit. Illi tamen dicunt ista: qui acco-
lant in circuitu: id est circueunt & non in-
trant. Quare circueunt & non intrant?
Quia rotam amant temporis. Non intrant
ad ueritatem: quia non amant eternitatem:
temporalibus dediti. tanquam rota constric-
ti. De quibus alibi dicitur. Pone principes eorum

ut rotam. Et alibi. In circuitu impii ambulant.
Dum congregarentur ipsi simul adversum me: ut
acciperent animam meam consiliati sunt. Quid
est ut acciperent animam meam consiliati sunt?
Ut consentirem pravitatibus ipsorum. Ipsis enim
qui maledicunt et non intrant: parum est
quod non intrant: et eicere hunc volunt vitu
perando. Si eiecerunt te de ecclesia acceperunt ani
mam tuam: id est tenuerunt consensionem tuam:
et eris in circuitu non in mansione. Ego autem
inter hec obprobria. inter hec scandala. inter hec mala:
inter istas seductiones foris iniquitates. et perversita
tes intus. cum attenderem homines iustos et que
rerem. et deessent quos imitarer quid feci?
Quod consilium inveni? Ego autem in te spera
vi domine. Nichil salubrius: nichil securius. Vole
bas imitari nescio quem: invenisti illum non
bonum. Tolle imitationem hanc. Alium que
sisti: nescio quid displicuit tibi. Tercium que
sisti: et ipse non placuit. Numquid quia ille
et ille displicuit: et tu peribis? Tolle ab homi
ne spem: quia maledictus omnis qui spem
suam ponit in homine. Si attendis adhuc
hominem et eum queris imitari: et ex illo pen
dere. adhuc lacte vis nutriri et fies mammotrep
tus: quales dicuntur infantes. qui diu sug
gunt quod non decet. Etenim lacte uti tamquam
per carnem velle sibi cibum traici: hoc idem est
per hominem vivere. Idoneus esto ad mensam unde
cape unde ille cepit: aut fortasse non cepit.
Forte utiliter et in malum incidisti quod bonum
putasti ut in ubere quasi matrino amaritudinem
invenires: et ea offensione repellereris: et ad
cibum validiorem invitareris. Faciunt enim
hoc nutrices mammoptretis ut aliqua amara
ponant in papillis suis: quibus offensi parvuli
ab ubere resiliant: et ad mensam inhient. Ergo
dicat. Ego autem in te speravi domine: dixi
tu es deus meus. Recedat donatus: recedat
cecilianus. Nec ille nec ille est: deus meus.
Non ad hominis nomen ambulo: xpi nomen
teneo. Ipsum paulum audi dicentem. Num
quid paulus pro vobis crucifixus est. aut in no
mine pauli baptizati estis? Firem si essem
de parte pauli. Quomodo non peo: si fuero de
parte donati? Prorsus recedant humana no
mina. humana crimina: humana figmenta.
In te domine speravi: dixi tu es deus meus. Non
homo quisquam: sed tu es deus meus. Homo
deficit: homo proficit. Deus meus nec deficit:
nec proficit. Nec habet quo proficiat perfectus: nec habet
unde deficiat eternus. Dixi domino deus meus es
tu. In manibus tuis sortes mee: non in manibus
hominum: sed in manibus tuis. Que sunt iste
sortes? Quare sortes? Audito nomine sortium:
non debemus sortilogos querere. Sors enim non
aliquid mali est: sed res est in dubitatione humana
divinam indicans voluntatem. Nam et sortes
miserunt apostoli: quando iudas tradito domino
periit: et sicut de illo scriptum est abiit in locum
suum. Cepit queri quis in locum eius ordina
retur. Electi sunt duo iudicio humano: et electus
unus de duobus iudicio divino. De duobus con
sultus est deus: quem nam ipsorum esse vellet:
et cecidit sors super mathiam. Quid est igitur
in manibus tuis sortes [illegible] mee? Sortem
dixit quantum [illegible] ego estimo: gratiam
qua salvi facti sumus. Quare sortis nomine
appellat gratiam dei? Quia in sorte non est electio:
sed voluntas dei. Nam ubi dicitur iste facit: iste non
facit: merita considerantur. Et ubi merita conside
rantur: electio est non sors. Quando autem deus
nulla merita nostra invenit: sorte voluntatis sue
nos salvos fecit: quia voluit: non quia digni
fuimus. Hec est sors. Merito tunica illa domini
desuper texta. que significat caritatis eternitatem:
cum dividi a persecutoribus non posset: sors super
eam missa est. Ad quos pervenit: eos significaverunt:
qui videntur ad sortem pervenire sanctorum.
Gratia salvi facti estis per fidem dicit apostolus: et hoc
non ex vobis. Vide sortem. Et hoc non ex vobis sed
dei donum est. non ex operibus quasi vos benefecistis:
ut ad hoc accedere digni essetis. Non ex operibus:
ne forte extollantur. Ipsius enim figmentum
sumus creati in xpo ihesu: in operibus bonis. Hec
quodammodo sors est occulta: voluntas dei in huma
no genere sors est. Sors veniens de dei occulta
voluntate: apud quem non est iniquitas.
Non enim ille personas accipit: sed occulta
illius iusticia. tibi sors est. Attendat ita quod caritas

uīa. Videre hoc ipsum quemadmodum fir
metur ab apło petro. Cum symon ille magꝰ
baptizatus a philippo adhereret ei credens
miraculis diuinis factis in conspectu suo: ue
nerunt apli ad samariam ubi crediderat
etiam & ipse magus. & ubi sunt baptizatiꝰ? &
imposuerunt apli manus in hominib; baptiza
tis. & accepunt spīm sanctum: & cepunt lin
guis loqui. Admiratus est ille obstupefactus
tanto diuino miraculo. qō ad impositionem
humanarum manuum uenit spūs sanctus et
impleuit homines? & desiderauit istam non gra
tiam sī potestatem: non unde ubarecur. sī uīm
extolleret. Ar ubi desiderauit hoc. & impleuit
superbia cor eius & diabolica impietas? & cel
situdo deiecta: aīe ad apłos. Quantam
uultis pecuniam āme accipere? ut ad meę
impositionem or manus: accipiant homi
nes spīm sanctum. Qui querebat secularia.
quum circuitu accolabat: pecunia putauit
posse emī donum dī. Qui se putauit pecunia
compare spīm sanctum. etiam apłos arbitratus ē
auaros: sicut erat ipse impius & superbus.
Continuo petrus. Pecunia tua inquit sit
tecum in pditionem: quia existimasti donū dī
pecunia compare. Non est ē in hac fide sors.
neq; pars. id ē non pertines ad istam gratiam
quam gratis oīs accepimus. qui pecunia te
putas posse emī quod gratis datur. Ex eo
autem quod gratis datur: sors uocatur.
Non est tibi sors. neq; pars: in hac fide. Ita
dixi ne expauescerēmus quod aīt: in manib;
tuis sortes meę. Quę sunt enim sortes? he
reditas ecclę. Quousq; ē hereditas ecclesię?
Inter quos fines? Usq; ad oīs fines. Dabo
tibi gentes hereditatem tuam: & possessionē
tuam fines trę. Non in q̄ putetur homo nescio
quam particulam: deus meus in manib; tuis
sortes meę. Jam sufficiat carta uīę: quod
restat in nomine domini: crastina die ipso ad
iuuante reddemus. Explicat sermo scs.

Incipiunt sequentia de eodem
nod de psalmo restat psalmo.
unde iam duos ut tres habuim
sermones: aliquanto ē amplius
quam pars tua: & uidemus hodie nobis de
bitum esse soluendum. Unde p̄ caritatem uīam
ut libent habeatis nos. in ubis eius plamoib;
non immorari: ut ea nos teneant quorum ē
necessitas exponendi. Multa enim sunt am
mis fidelium sponte occurrentia? multa quę
breui ammonitione opus habent: quędam ū
et rationa. quib; insudandum ē ut possint in
telligi. Ut g̃ tempus sufficiat uīrib; & uīs &
uīs? uidete quam apta sunt hęc. & nobis
cum potius agnoscere? & in bis nobcum dīm
laudate: & si orat psalmista orate? & si gemit
gemite? & si gaudet gaudete? & si pat spate.
et si timet timete. Omnia enim quę hic scpta
sunt: speculum nostrum sunt. Eruę me de
manib; inimicorum meorum: & āpsequen
tib; me. Dicamus hoc: & quisq; de inimico
suo dicat hoc. Bonum ē enim: & orare
debemus ut nos eruat deus de manibus im
micorum nostrorum. Sī; intelligendi sunt
inimici & quib; orandū sit. & contra quos
orandum sit. Inimici homines qualescumq;
fuerint non sunt odio habendi? ne cum ma
lus odit quem patitur malum: fiunt duo
mali. Corrigat bonum & compatiat malo.
ut ut unus sit malus. Sed inimici sunt cōtra
quos orandum ē: diabolus & angeli eius. Ipsi
nob̄ inuident regnum cęlorum? ipsi nolunt ut
nos ascendamus: unde illi sunt deiecti. Ab his
oremus erui animas nras. Nam & quando adū
sum nos homines mercantur: uasa ipsorum fi
unt. Proinde apłs paulus admonens nos qua
cauti ee contra inimicos debeamus: ait seruus
dei qui tribulationes patiebantur utriq; sedicionib;
improbitatib; inimicicis hominum. Non est
nob̄ colluctatio aduersus carnem & sanguinem:
id ē non aduersus homines: sī; aduersus principes &
potestates: & rectores mundi. Cuius mundi?
Cęli & trę? Absit. Huius mundi rector non
est: sed creator. Sī; quem dicit mundum? Ama
tores mundi. Denuq; addit & exponit. Qd dico
mundi: tenebrarum harum. Quarum utriq;
tenebrarum? id infidelium & impiorum?
Nam ex impiis & infidelib; cum essent fac
ti pii & fideles: sic eos idem alloquit apłs.

fuistis aliquando tenebre: nunc autem lux in
domino. Adversus spiritualia inquit nequicie in ce
lestibus adversus diabolum et angelos eius dimica
tis: hostes vestros non videtis et vincitis. Erue me
de manibus inimicorum meorum: et a persequen
tibus me. Illustra faciem tuam super seruum tuum:
saluum me fac in tua misericordia. Superius dicebamus
si meminit hesterne disputacionis caritas
vestra: quicumque adfuistis: quoniam illi maxime
persecuntur ecclesiam. qui christiani nolunt bene vi
uere. Et hos enim obprobrium habet ecclesia: et
ab his inimicicias sustinet quando corripiuntur:
quando male viuere non permittuntur: quando
cum eis vel verbo agitur: ipsi mala in suis cor
dibus meditantur: et erumpendi occasionem
requirunt. Inter hos gemens iste et si volumus
nos sumus quoniam plures sunt illi: et inter
multitudinem eorum vix apparent boni: tan
quam grana in area: de quibus tamen purgatis
horrea replenda sunt domini. Ergo inter
hos gemens iste: ait. Illustra faciem tuam
super seruum tuum. Confusio enim putatur
quedam cum omnes christiani dicuntur et qui bene
viuunt et qui male: omnes uno caractere adsi
gnantur: omnes ad unum altare accedunt:
omnes eodem baptismo abluuntur: omnes
eandem orationem dominicam proferunt.
omnes hisdem misteriis celebrandis inter
sunt. Quando discernuntur qui gemant. et
a quibus gematur: nisi illustret ille faciem suam
super seruum suum? Quid est igitur illustra faciem
tuam super seruum tuum? Appareat qui per
tinent ad te ne sic dicatur et christianus impius
qui pertinet ad te: ne sine causa tibi dixerim
in alio psalmo. Iudica me deus et discerne cau
sam meam de gente non sancta. Quod ibi dixit
discerne causam meam: hoc dicit hic illustra
faciem tuam super seruum tuum. Et tamen ipse ne
superbiat: et quasi se iustificare videatur: ad
iungit et ait. Saluum me fac in tua mise
ricordia. Hoc est non in mea iusticia: non in
meis meritis: sed in tua misericordia. Non quia
ego sum dignus: sed quia tu es misericors.
Noli me audire secundum iudiciariam
seueritatem: sed secundum misericordissimam
bonitatem tuam. Saluum me fac in tua misericordia
domine: non confundar quoniam inuocaui te. Ma
gnam causam dixit: non confundar quoniam inuo
caui te. Vis ut confundatur. qui inuocat te?
Vis ut dicatur. ubi est de quo presumpsit? Quis
autem etiam impiorum ipsorum non inuocat
dominum? Nisi igitur proprio modo quodam diceret inuoca
ui te qui non possit communis esse cum multis:
nullo modo de hac inuocatione tantam merce
dem auderet exigere. Responderet enim illi deus
quodammodo in cogitatione: et diceret. Quid
a me petis. ut non confundaris? Quare? Quia
inuocasti me? Nonne cotidie homines ut
impleant forte adulteria que concupiscunt
inuocant me? Nonne cotidie homines ut
moriantur illi a quibus expectant hereditatem
inuocant me? Nonne cotidie homines qui
fraudem cogitant ut eam . . prospero exitu
impleant: inuocant me? Quid igitur est quod
pro magna mercede exigis ut dicas: non con
fundar quoniam inuocaui te? Inuocant quidem illi:
sed non inuocant te. Inuocas dominum: quando in te
inuocas deum. Hoc est enim inuocare illum.
illum in te inuocare: quodammodo eum in do
mum cordis tui inuitare. Non auderes autem
tantum patremfamilias inuitare: nisi nosses ei
habitaculum preparare. Si enim dicat tibi deus:
ecce inuocasti me. uenio ad te. quo intrabo?
Tantas sordes conscientie tue sustinebo? Si
seruum meum in domum tuam inuitares:
nonne eam prius mundare curares? Inuocas
me in cor tuum: et plenum est rapinis. Quo
inuocatur deus plenum est blasphemiis. ple
num est adulteriis. plenum est ira. fraudibus.
plenum est malis concupiscentiis: et inuocas
me? Denique de talibus et in alio loco: ait psal
mus. Deum non inuocauerunt. Et utique uo
cauerunt: nec tamen inuocauerunt. Breuiter
dico: quoniam nata est questio ut tantam merce
dem exigat homo allegans unum meritum
dicendo: quoniam inuocaui te: cum videa
mus atam multis malis inuocari dominum. Nata est
questio unde non transeundum est. Dico igitur bre
uiter homini auaro. Inuocas deum. Quare
inuocas deum? Vt det tibi lucrum. Lucrum

ꝯ inuocat: non deum. Quia hoc lucrum qđ
concupiscit non potest habe p seruum tuum:
p colonum tuum: p clientem tuum: p ami
cum tuum: p satellitem tuum: inuocas dm.
Q̃ inuitum luc̃ tu facis deum: uiuit ⁊ deus.
Vis inuocare deum? Gratis inuoca. Quare?
an parum ⁊ ut impleat ipse dś? Deus si
ad te uenat sine auro & argento: non uis
illum. Quid ꝯ ⁊ de his que fecit dś sufficit?
cui deus ipse non sufficit? Miro ꝯ rogat
iste. Non confundar: quoniam inuocauit te.
Inuocare deum fiś: sinon multos confundi.
Confusionem enim quandam timet iste:
de qua in supioꝝ psalmi loquitur ē. Inte
dñe spau: non confundar in ęternum. Nam
ut sciatis quia istam confusionem timet:
quid addidit cum dixisset non confundar
in ęternum? quoniam inuocauit te? Erubes
cant impi: & deducantur in infernum.
In confusionem utiq; illam in ęternum.
Muta efficiantur labia dolosa: que lo
quuntur aduſus iustum iniquitatem: in
supbia & contemptu. Justus iste: xp̃c est.
Multa labia loquuntur aduſus eum in
quitatem: in supbia & contemptu. Quare
in supbia & contemptu? Quia contemnibil
supb̃ apparuit: qui tam humilis uenit.
Non uis ut contemnatur ab eis qui hoc
amant: ille qui tantas contumelias accepit?
Non uis ut contemnatur ab eis qui p mag
no hñe istam uitam: ille qui mortuus est?
Non uis ut contemnatur ab eis qui quasi
dampnationem crucis mortem turpem
putant: ille qui crucifixus ē? Non uis ut
contemnatur ad̃uersarib; ille qui paupem
uitam gessit in mundo: cum esset creator
mundi? Omnia ista que amant homines.
quia noluit illa habe xp̃c. ut non habendo
ostenderet contemnenda: non quia in po
testate non habuit possidenda: omnes
qui amant hec. contemnunt illum. Et
quicumq; uoluit seruorum eius sequi ues
tigia eius: ut & ipse ambulet in ea humi
litate in qua didicit ambulasse dominum
suum: contemnitur in xp̃o quasi mem
brum xp̃i. Et cum caput & membra
contemnuntur: totus ipse xp̃c contemp
nitur: quia totus ipse iustus est caput &
corpus. Et necesse ē ut contemnatur totus
ipse xp̃c a supbis & impiis: ut fiat illꝙ
dr. Muta efficiantur labia dolosa: que lo
quuntur aduſus iustum iniquitatem: in
supbia & in contemptu. Quando effici
untur muta labia ista? In hoc seculo nun
quam. Cotidie clamant contra xp̃ianos
maxime humiles: cotidie blasphemant:
cotidie latrant. Augent linguis suis penas
quib; apud inferos sitiant: & aque stillam
sine causa delidẽt. Non ꝯ nunc muta effi
ciuntur labia istorum. S; quando? Quan
do traducent eos ex aduſo iniquitates eoꝝ:
sicut dr in libro sapiencie. Tunc stabunt
iusti in magna constantia: aduſus eos qui
se angustiauerunt. Tunc dicent illi. Hi
sunt quos aliquando habuimus in derisum:
et in similitudinem improperii. Quomodo
computati sunt inter filios dei: & inter
sanctos sors illorum ē? Nos insensati uitā
illorum estimabamus insaniam. Tunc
efficientur labia muta eorum: que lo
quuntur aduſus iustum iniquitatem. Ho
do enim dicunt nob. Vbi ē deus uester?
Quid colitis? Quid uidetis? Creditis
et laboratis. Certum ē quod laboratis:
inćum quod spatis. Quando uenerit
ćum quod spamus: muta efficientur
labia dolosa. Iconde uide quid sequit.
Quia muta efficientur labia dolosa: ꝙ
loquuntur aduſus iustum iniquitatem:
in supbia & contemptu. Attendit iste q̃
sic gemit. Videt bona deitatis in spu:
uidet hec bona que in occulto uidentur:
si; ab impiis non uidentur. Videcos, ꝑtā
loqui aduſus iustum iniquitatem? quia
bona huius seculi uidẽ norunt: bona
autem futuri seculi nec cogitare sciunt.
S; ut commendaret ipsa futuri seculi
bona hominib; quos uult tolerare: ñ
amare ꝑsentia: exclamauit & addidit.
Quam magna multitudo dulcedinis

tue domine. Hic homo impius si dicat: ubi est ista multitudo dulcedinis: respondebo. Quomodo tibi ostendam multitudinem huius dulcedinis: qui palatum de febre iniquitatis perdidisti? Mel si non nosses quam bene saperet: non clamasses nisi gustasses. Palatum cordis non habes: ad hoc bona gustanda. Quid tibi faciam? Quomodo ostendam? Non est cui dicam: gustate et uidete: quoniam suauis est dominus. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine: quam abscondisti timentibus te. Quid est abscondisti illis? Seruasti illis non negasti: ut soli ad eam perueniant. Bonum est enim quod impiis et iustis non potest esse commune: ut timendo perueniant. Quamdiu ergo adhuc timent nondum et ipsi peruenerunt: sed credunt se peruenturos: et a timore incipiunt. Nichil enim dulcius immortalitate sapientie: sed initium sapientiae timor domini: quam abscondisti timentibus te. Perfecisti autem sperantibus in te: in conspectu filiorum hominum. Non perfecisti in conspectu filiorum hominum: sed sperantibus in te. in conspectu filiorum hominum: id est eis perfecisti dulcedinem tuam qui sperant in te in conspectu filiorum hominum: quomodo dicit dominus: qui me negauerit coram hominibus: negabo et ego illum: coram patre meo. Ergo si speras in deo coram hominibus spera: ne forte abscondas ipsam spem tuam in corde tuo: et timeas confiteri cum tibi pro crimine obiciatur. quia christianus es. Cui autem modo obicitur: quia christianus es? Tam pauci non christiani remanserunt: ut eis magis obiciatur quia christiani non sunt quam ipsi audeant aliquibus dicere: quia christiani sunt. Tamen dico fratres mei: incipe quicumque me audis uiuere quomodo christianus: et uide si non tibi obiciatur et a christianis: sed nomine. non uita. non moribus. Nemo sentit: nisi qui expertus est. Ergo attende intuere quod audis. Uis uiuere ut christianus: uis sequi uestigia domini tui: obicitur tibi. erubescis: et erubescendo dimittis. Viam perdidisti: uideris tibi corde credidisse ad iusticiam: sed perdidisti. ore confessio fit ad

salutem. Si ergo uis ambulare uiam dei. etiam in conspectu hominum spera in deum: id est noli erubescere de spe tua. Quomodo uiuit in corde tuo: sic habitet in ore tuo: quia non sine causa signum suum christus in fronte nobis figi uoluit tamquam in sede pudoris: ne christi obprobrio christianus erubescat. Hoc ergo in conspectu hominum si feceris: si inde coram hominibus non erubueris: si in conspectu filiorum hominum nec ore nec factis christum negaueris: spera tibi perfici dulcedinem dei. Quid sequitur? Abscondes eos in abscondito uultus tui. Qualis est locus iste? Non dixit abscondes eos in celo tuo: non dixit in paradiso: non dixit in sinu abrahe. Multis enim fidelibus loca futura sanctorum: in scripturis sanctis posita sunt. Vilescat totum: quicquid preter deum est: qui nos tuetur in loco uite huius ipse post hanc uitam sit locus noster: quia et ipse psalmus hoc ait ei superius. Esto mihi in deum protectorem: et in domum refugii. Ergo erimus in uultu dei absconditi. Qui sinus est in faciem dei: a me exaudire expectatis? Purgate cor ut ipse illuminet. et quem inuocatis: intret. Esto domus eius: et erit domus tua. Habitet in te: et tu habitabis in eo. Si in hoc seculo eum exceperis in corde tuo: ille post hoc seculum excipiet te uultu suo. Abscondes eos inquit. Vbi? In abscondito uultus tui: a conturbatione hominum. Ibi enim non conturbantur. Cum absconduntur in abscondito uultus tui: non conturbantur. Putas est quisquam ita felix in hoc mundo. ut cum ceperit audire obprobria hominum propterea quod christo seruit. fugiat ad deum corde et incipiat spem habere in dulcedinem ipsius et a conturbatione hominum: a quibus audit obprobria. intret in uultu dei in conscientia sua? Intret plane: sed habet cum quo intret: id est si non sit onerosa ipsa conscientia: si non illi faciat sarcinam grandem: ad angustam ianuam. Abscondes eos ergo in abscondito uultus tui: a conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo: a contradictione linguarum. Aliquando abscondes

in abscondito vultus tui: a conturbatione
hominum: ut protexis in eis conturbatio
humana deuicepsse non possit. Sz unde
am pugnantur in hoc seculo quia multas
patiuntur linguas contradicentes qui tibi ser
uiunt: quid eis facies? Proteges eos in tabna
culo. Quod e tabnaculum? Ecclia huius tem
poris. Tabnaculum ideo dicitur: quia ad
huc in hac ira pugnatur. Tabnaculum enim
est habitaculum militum: in expeditione
positorum. Ipsa dicuntur tabnacula: domus
non e tabnaculum. Pugna in expeditione pe
gimus: ut saluus facias in tabnaculo. gloria
sus recipiaris in domum. Erit enim in celo
domus tua etna: si in hoc tabnaculo bn
uyeris. Ergo in hoc tabnaculo protegel eos
a contradictione linguarum. Contradicunt
linguę multę duisę bereseł. duila scismata:
sonant linguę multę. contradicunt uetaci
doctę: tu curre ad tabnaculum di: ecclam
catholicam tene: a regula uitaris noli dis
cedere: & protegis in tabnaculo a contradic
tione linguarum. Benedictus dns. quoniam
mirificauit misericordiam suam in in ciuitate
circumstantię. Quę est ciuitas circumstan
tię? In iudea pplis di erat positus quasi in
medio mundo: ubi dicebantur laudes deo
eiq; sacrificia offerebantur: ubi ppha non ces
sabat canendo futura: quę in uidemus
impli. Iste pplis: quasi in medio gentium
erat. Attendit ppha illa: & uidet futuram
ecclam di in omnib; gentib; & quia omnes
gentes circumundiq; erant quę in medio po
nebant unam gentem iudeorum: has undiq;
circumstantes gentes. appellauit ciuitatem
circumstantię. Mirificasti quidem domine
misericordiam tuam in ciuitate ierlm. ibi passus
est xpc: ibi resurrexit: ibi ascendit in
celum: ibi multa mirabilia fecit: si maior
laus tua est qua mirificasti misericordiam tuam
in ciuitate circumstantię: id e in omnibus
gentib; diffudisti misericordiam tuam: nec un
guentum tuum in illa ierlm. quasi in uase
tenuisti: si tamquam fracto uase unguentum
p mundum diffusum est: ut impleretur
quod dictum est in scripturis sanctis. Un
guentum diffusum est nomen tuum: & ita
mirificasti misericordiam tuam in ciuitate circum
stantię. Ascendit enim in celum: & sedet ad
dexteram patris: post decem dies misit spm
scm: impleti sunt spu sancto discipuli: cepe
runt predicare magnalia xpi: laxpati. oculi.
fugati sunt. Et cum inde ait. & tanquam
ex uno loco fugarentur: quasi ligna ar
dentia igne diuino totam siluam mundi
accensam feruore spc & lumine uitatis im
pleuerunt: & mirificauit dominus misericor
diam suam in ciuitate circumstantię.
Ego dixi in extasi mea. Recordamur tri
lium psalm: ecce est illa extasis. Videamquid
dicat. Ego dixi inquit in extasi mea: a facie
oculorum tuorum. In pauore meo dixi: hoc
est in extasi mea. Videt se pauentem nescio
qua tribulatione magna sicut non desunt.
attendit cor suum trepidum & pauidum: &
dicit. Proiectus sum a facie oculorum tuorum.
Si in facie tua essem: non sic timerem. Si me
attendes: non sic trepidarem. Sz qm dicit in
alio psalmo: si dicebam motus e pes meus.
misericordia tua dne adiuuabat me: continuo et
hic ait. Ideo exaudisti uocem orationis meę.
Quia confessus sum quia dixi precatus sum
a facie oculorum tuorum: quia non supb; exalta
si; cor meum accusauit: & in tribulatione mea ti
bans ad te clamaui: & exaudisti uocem mea.
Impleam est g qd commendaui de illo psal
mo. Quod enim est ego dixi in extasi mea:
precatus sum a facie oculorum tuorum: hoc e
in illo psalmo. si dicebam motus e pes meus. &
quod e in illo misericordia tua domine adiuuabat
me: hoc e in isto: ideo exaudisti uocem oratio
nis meę. Attende illud in petro. Videt dns
ambulantem in aquis: putat fantasma ee:
exclamauit dominus. Ego sum: noli timere.
Confidit petrus: & dicit. Si tu es: iube me
uenire ad te sup aquas. Hinc pbo si tues.
si in ubo tuo potero qd tu potes. Ait ille ait.
Veni. Et ubum iubentis: facta e potestas au
dientis. Veni inquit. Et descendens: cepit
ire. Ibat intrepidus: tamquam in illo spans.

Videns autem uentum ualidum: timuit.
Ego dixi in extasi mea: proiectus sum a facie
oculorum tuorum. Et cum cepisset mer
gi: clamauit dicens. Domine pro eo. Et ihs
porrigens ei manum: leuauit eum dicens.
Modice fidei: quare dubitasti? Dixi ergo in
pauore meo: proiectus sum a facie oculorum
tuorum: [illegible] et tamquam iam perire
incipientis in [illegible] mare. exaudisti dñe
uocem oracionis mee. Exaudisti autem cum
clamarem ad te. Clamor ad dñm: non est
uoce. sed corde. Multi silentes labiis clamant:
multi ore strepentes corde aduerso: nichil impe
trare potuerunt. Si ergo clamas: clama intus:
ubi audit dominus. Cum clamarem inquit
ad te: exaudisti uocem meam. Jam ergo expertus.
quid nos hortatur? Diligite dñm omnes
sancti eius. Tamquam diceret. Credite mihi:
ego sum expertus. Habui tribulationes: inuo
caui dñm et non sum deceptus: speraui in dño
et non sum confusus: cogitationes meas illu
minauit: trepidationem meam firmauit.
Diligite dñm omnes sancti eius. Id est illi dili
gite dñm: qui non diligitis mundum:
hoc est omnes sancti eius. Nam cui dico ut dili
gat dñm: qui adhuc diligit amphiteatrum?
Cui dico ut diligat dñm: qui adhuc diligit
minimum. qui adhuc diligit pantomimum?
Qui adhuc diligit uiuolentiam. qui adhuc
diligit pompas seculi et uanitates omnes:
et insanias mendaces? Cui dico disce non
diligere ut discas diligere: auerte ut conuertaris:
funde ut implearis? Diligite dñm omnes
sancti eius: quia ueritatem requiret dominus.
Nostis quia modo multi malefici uidentur: nos
tis quia modo in suis uanitatibus extolluntur: ue
ritatem requiret dominus: et retribuet his
qui abundanter faciunt superbiam. Ferte do
nec afferatis: tolerate donec careatis. Necesse
est ut dominus ueritatem requirens: retribuat
his qui abundanter faciunt superbiam. Jam
dicturus est. quando retribuet? Quando
uult. Quia retribuet. certus sis de retri
butione: non cures de tempore. Non au
deas deo dare consilium. Prorsus ueritatem

requiret: et retribuet his qui abundanter fa
ciunt superbiam. Aliquibus et hic retribuit: et
uidimus et didicimus: quia retribuit. Etenim
quando humiliantur qui deum timent:
si forte in aliqua dignitate huius seculi re
fulserant. humiliati non ceciderunt: quia dñm
de corde non excluserunt. Altitudo ipsorum:
deus est. Humiliatus uidebatur iob perdita substa
sua: perditis filiis suis perditis que seruabat: perditis
quibus seruabat. Remansit sine hereditate:
et quod est tristius sine herede. Remansit ad so
lam uxorem: non suam consolatricem: sed dia
boli potius aduersaricem. Humiliatus uidebatur.
Vide si miser factus est: uide si non erat in ab
scondito uultus dei. Nudus inquit exiui de
utero matris mee: nudus reuertar in terram.
Dominus dedit dominus abstulit: sicut dño
placuit ita factum est: sit nomen domini bene
dictum. Iste gemine dominus laudes: unde sunt?
Foris uidete pauperem: intus diuitem. Iste ge
mine laudes dei non exirent de eius ore:
nisi thesauros haberet in corde. Qui diuites
esse uultis: tales diuitias concupiscite: quas
nec in naufragio potestis amittere. Ergo tales
quando humiliantur: nolite eos putare mi
seros. Erratis nescientes quid intus habent:
ex uobis conicitis qui mundum diligitis:
quia uos cum talia perditis: miseri rema
netis. Prorsus nolite hoc putare: habent intus
quod gaudeant. Interior est dominator eorum:
interior pastor eorum et consolator. Iui sunt
qui male cadunt: qui spem suam in hoc seculo
ponunt. Aufertur quod nitebat foris: nichil
remanet intus: nisi fumus male conscientie:
unde se consolentur non habent. Non habent
quo foris exeant: non habent quo intro rede
ant. Deserti pompa seculi manes gratia spirituali
uere humiliantur. Et multis facit dominus ista in
isto tempore: sed non omnibus. Si enim nemini
faceret: quasi non uideretur uigilare diuina prouidentia.
Si omnibus faceret: non seruaretur
diuina pacientia. Tu tamen christiane didicisti
tolerare: non uindictam retribuere. Vin
dicari uis christiane? Nondum uindicatus est
xpc? An tu passus es improbum: et ille non

est passus? Nonne ꝓpter ꝓa passus est. qui non
habebat quare pateretur? Iam in tribulatio
fornax aurifici est. si tamen aurum sit & non
palea: ut sordib; careat: non in cinerem conuer
tis. Diligite dñm omnes tamen electi eius? quoniã
unitatem requirit dominus: & recubuet his qui
habundant facium superbiam. S; quando re
tribuet? Osi in recubuet? in eos uolebam u
dere humiliatos? atq; ꝓstratos. Audite quid se
quitur. Viriliter agite. Volite lyxat manus in
tribulatione dimittẽ? non nutrent genua uꝛa.
Viriliter agite? & confortetur cor uestrum.
Ad ꝓtenda ad toleranda omnia mala huius
seculi? confortet cor uestrum. S; qui sunt
quib; h dicit ꝓpha? uiriliter agite & confor
tetur cor uestrum? Numquid his qui diu
gunt mundum? Non. S; quib; dicit? au
dite. Omnes qui speratis in domino? Explicit
expositio de psalmo tricesimo. Incipit
psalmus de psalmo. xxxi.

Gꝛãe dei & iustificationis nr̃e nullis ꝑce
dentib; meritis nr̃is. si ꝓueniente nos misericordia
domini dei nr̃i? commendatius maxime ore
aplico. sicut ꝓcedens hunc psalmum lecto in
timuit: a nostra tenuitate susceptus ẽ. cum
uꝛa caritate tractandus. Vnde primum infir
mitatem meam orationib; uꝛis commendo
sicut dicit apls? ut detur in sermone mi apto
uem oris mei sic uob loqui. quemadmodum
et in dicẽ periculosum non sit: & uob audire
salutare sit. Anceps enim animus humanus
et fluctuans inter confessionem infirmitatis
et audaciam ꝓsumptionis? plerumq; hinc
atq; inde contundit. & ita impellitur: ut ei
in quamlibet partem cadẽ periculosum sit.
Si enim se infirmitati ꝑpe omni ex parte
donauit? ut in hanc cogitationem se mitta
uit ut dicat? quia misericordia dei omnib; pecca
toꝛib; in quibuslibet peccatis ꝑseueranib: :
tantum credentib; quia deus libat? deus
ignoscit: ita in finem parata ẽ ut nemo
pereat fidelium unquorum? to ẽ nemo eoꝝ
pereat qui sibi dicunt: quicquid uis faciam
quibuslibet facinoꝛib; & flagitiis inquinet?
quantumlibet peccem. libat me deus mise
ricordia sua? quia credidi in eum. Qui enim
dicit neminem pure talium. cogitatione mala
inclinatur in impunitatem peccatoꝛum: et
deus ille iustus cui cantatur misericordia et
iudicium? non sola misericordia si; & iudicio mise
rit hominem male de se ꝓsumentem? & ad
meritum suum sine iudicio misericordia dñi abutentẽ?
et necesse est ut dampnetur. Tam trax cogita
tio? ꝓcipitat hominem. Qua quisq; tristis
si se in audaciam quandam ꝓsumptionis erexerit?
et de iustis uiribus iusticiaq; ꝓsumpserit? et
Et gloriamini omnes recti corde. & in eo glori
amini omnes qui intellexistis rectum esse illi
subdi: ceteris p̄feramini;

In finem psalmus dauid.

Exultate iusti in domino.
Exultate iusti non in uob̄: ñ enim
hoc iustum est: s; in domino. Rec
tos decet laudatio. Ipsi laudant dominum:
qui se subdunt domino. Aliter enim distorti
et praui sunt. Confitemini domino in citha
ra. Confitemini domino exhibentes ei corpora
uīa hostiam uiuam. In psalterio decacordo
psallite ei. Seruiant membra uīa dilectioni
dī & proximi: in quib; tria & septem legis p̄
cepta seruantur. Cantate ei canticum nouum.
Cantate ei canticum grē fidei. Bene cantate
ei in iubilatione. Bene cantate ei in leticia.
Qm̄ rectus ē sermo domini. Qm̄ rectus est
sermo dñi ad faciendos uos: quod p uos fieri ñ
potestis. & omnia opa eius in fide. Nec quis
quam se mītis opum puenisse ad fidem putet:
cum in ipsa fide sint omnia opa que diligit
dñs. Diligit miscdam & iudicium. Diligit
enim miscdam quam nunc p̄rogat: & iudi
cium quo id quod p̄rogauit exigit. Miscdā
domini plena est tra. Per orbem peccata dimit
tuntur hominib;: in miscdā domini.
Vbo domini celi firmati sunt. Non enim a se
ipsis: s; domini uerbo iusti firmati sunt. Et
spū oris eius omnis uirtus eorum. Et sancto
eius spū: omnis fides eorum. Congregans
sicut in utre aquas maris. Congregat pplōs
scli in confessionem mortificati peccati: ne
p superbiam libe defluant. Ponens in thesau
ris abyssos. & ei occulta sua seruat ac diui
tias. Timeat dñm omnis terra. Timeat dñm
omnis peccator: ut peccare desinat. Ab ipso
autem commoueantur: nec terroribus ho
minum: uel cuiusquam creature: s; ab ip
so commoueantur omnes qui habitant orbem
tre. Quoniam ipse dixit & facta sunt: non
enim ea que timent alius aliquis fecit: s;
ipse dixit & facta sunt. Ipse mandauit &
creata sunt. Ipse mandauit uerbo suo: & crea
ta sunt. Dominus dissipat consilia gentium:
non eius regnum s; sua regna querentium.
Reprobat autem cogitationes pplōrum. Beati
tudinem terrenam concupiscentium: & re
probat consilia principum: talib; pplis dominari
querentium. Consilium uō domini: manet
in eternum. Consilium uō domini quo beatum
non facit: nisi subditum sibi: manet in eter
num. Cogitationes cordis eius: in secula se
culorum. Cogitationes sapientie eius ñ sunt
mutabiles: s; manentes in scla sclorum. Beata
gens cuius est dominus deus eorum. Vna
gens beata ē ptinens ad celestem ciuitatem:
que sibi dñm non ñ dm̄ suum delegit. Popls
quem elegit dominus in hereditatem sibi.
Neq; hoc a se ipsa s; dī munē electa est: ut pos
sidendam eam incultam & miseram esse non
sinat. De celo respexit dñs: uidit omnes homi
num filios. De anima iusta miscdit uidit dñs
omnes: qui in uitam nouam renasci uolunt. De
p̄parato habitaculo suo. De p̄parato habitaclo
susceptionis humane: quod parauit sibi. Res
pexit sup omnes: qui inhabitant tram. Miseri
corditer uidit omnes qui inhabitant carnem:
ut p̄sit illis ad regendum eos. Qui finxit sin
gillatim corda eorum. Qui cordib; eorum
dona ppa spūaliter tribuit: ut nec totum cor
pus oculus. nec totum auditus: s; alius sic
alius autem sic incorporentur xpo. Qui in
telligit omnia opa eorum. Apud illum in
tellectus sunt omnia opa eorum. Non sal
uus fiet rex in multitudine uirtutis. Non
saluus fiet qui carnem suam regit: si in sua
uirtute multum p̄sumpsit. Nec gigas saluus
erit: in multitudine uirtutis sue. Nec quis
quis militat contra consuetudinem concu
piscentie sue: uel contra diabolum & anglos

eius saluus erit: si sue fortitudini se multum
commisit. Mendax equus ad salutem. Fallitur
quisquis putat uel per honorem. inter homines ad
eptum se salutem adipisci: uel impetu animo
sitatis sue defendi aspernicie. In abundantia autem
uirtutis sue non erit saluus. Ecce oculi domini super
timentes eum. Quia si salutem queris: ecce
dilectio domini super timentes eum. Sperantes
super misericordiam ipsius. & sperantes non in uirtute sua:
sed in misericordia eius. Ut eruat a morte animas
eorum: & alat eos in fame. Ut det eis alimen
tum uerbi: & sempiterne uitatis quod amiserant dum
presumunt in uiribus suis: & ideo nec ipse uires
habent famem iusticie. Anima nostra patiens erit do
mino. Ut autem postea saginetur escis incor
ruptibilibus: interim dum hic est anima nostra
patiens erit domino. Quoniam adiutor & protector noster
est dum conamur ad deum: & protector dum
resistimus aduersario. Quia in ipso letabitur cor
nostrum. Non enim in nobis ubi magna sine illo
inopia est: sed in ipso letabitur cor nostrum. Et in
nomine sancto eius sperabimus. Et ideo sperabimus
uenturos nos ad eum: quia nobis absentibus
per fidem misit nomen suum. Fiat misericordia
tua domine super nos: sicut speramus in te.
Fiat misericordia tua domine super nos: spes enim
non confundit. quia speramus in te.

Psalmus iste **Item alia exposicio.**
ammonet nos exultare in domino: in
scribitur autem psalmus ipsi dauid.
Qui ergo pertinent ad sanctissimum semen dauid
audiant uocem suam: & dicant uocem suam:
et exultent in domino. Sic autem incipit.
Exultate iusti in domino. Iniusti exultent
in seculo. Isto finito seculo: finitur iniustorum
exultacio. Exultent autem iusti in domino:
quia permanente domino. permanebit iustorum
exultacio. Exultate autem in domino: ita
conuenit ut laudemus illum. qui solus non
habet quod nobis displiceat: & nemo tam multa
habet que infidelibus displicent. & breue preceptum
est. Ille placet deo: cui placet deus. Nec le
ue putetis hoc karissimi. Videtis enim quam mul
ti disputent contra dominum: quam multi dis
pliceant opera eius. Cum enim facere uoluerit
contra uoluntatem hominum. quia dominus
est & nouit quid faciat: nec tam attendit
nostram uoluntatem quam utilitatem:
illi qui malunt suam uoluntatem impleri
quam dei: uolunt suam ad uoluntatem
flectere deum: non suam corrigere ad deum.
Talibus hominibus infidelibus impiis. iniquis.
quod piget dicere sed tamen dicam: nostis
enim quam uerum dicam: facilius placet
pantomimus quam deus. Propterea cum dixisset
exultate iusti in domino: quia exultare
in illo nisi laudando non possumus: cum
autem laudamus cui tantomagis placemus.
quantomagis ipse nobis placuit: rectos
inquit decet laudacio. Qui sunt recti?
Qui dirigunt secundum uoluntatem dei cor:
et si eos perturbat humana fragilitas: diui
na consolatur equitas. Quamuis enim corde
mortali priuatim aliquid uelint quod sue interim
cause uel negocio: uel presenti necessitati conueni
at: ubi intellexerint & cognouerint aliud deum
uelle: preponunt uoluntatem melioris uolun
tati sue. & uoluntatem omnipotentis: uolun
tati infirmi: & uoluntatem dei: uoluntati
hominis. Quantum enim distat deus ab homi
ne: tantum uoluntas dei a uoluntate homi
nis. Unde hominem gerens xpc & regulam
nobis proponens docens nos uiuere & prestans nobis
uiuere: ostendit priuatim quandam hominis uo
luntatem in qua suam figurauit & nostram: quia
caput nostrum est. & ad eum sicut nostis tanquam
membra utique pertinemus. Pater inquit si fie
ri potest: transeat a me calix iste. Hec hu
mana uoluntas erat: proprium aliquid & tan
quam priuatum uolens. Sed quia recto corde uo
luit hominem qui quod in illo aliquantum
curuum esset ad illum dirigeret qui semper est
rectus: uerum non quod ego uolo ait: sed
quod tu pater. Sed quid posset mali uelle xpc?
Quid postremo aliud posset uelle quam pa
ter? Quorum est una diuinitas: non potest
esse dispar uoluntas. Sed ex persona hominis trans
figurans in se suos quos in se transfigurauit
cum ait esuriui & dedisti mihi manducare:
quos in se transfigurauit cum furenti et

sanctos persequenti saulo clamauit desuper
quem nemo tangebat: saule saule quid me
persequeris: ostendit quandam propriam ho
minis uoluntatem. Ostendit te: & corre
xit te. Ecce uide inquit te in me: quia
potes aliquid proprium uelle. ut aliud uelit
deus. Conceditur hoc humane infirmitati:
conceditur humane fragilitati: aliquid proprium
uelle. Difficile est ut non tibi contingat:
sed statim cogita quid sit supra te. Illum super
te: te autem infra. Illum creatorem: te cre
aturam. Illum dominum: te seruum. Illum
omnipotentem: te infirmum. Et corrigens
te subiungensque te uoluntati eius ac dicens.
uerum non quod ego uolo sed quod tu uis pater:
quomodo disiunctus es a deo: qui iam
hoc uis quod deus? Eris ergo rectus: decet te
laudacio: quoniam rectos decet laudacio.
Si autem curuus fueris: non laudas deum.
Laudas dominum: quando tibi bene est: blasphemas
quando tibi male est. Quod quidem male si iu
stum est: non est male. Iustum est autem: quoniam
ab illo fit qui iniuste facere nichil potest. Et eris
insulsus puer in domo patris: amans patrem
si tibi blandiatur. & odio habens quando flagellat:
quasi non & blandiens & flagellans heredita
tem paret. Vide autem quemadmodum dece
at rectos laudacio. Audi uocem recti laudan
tis ex alio psalmo. Benedicam dominum in omni
tempore: semper laus eius in ore meo. Quod
est omni tempore: hoc est semper. & quod est
benedicam: hoc est laus eius in ore meo.
Omni tempore & semper: siue in prosperis
siue in auersis. Nam si in prosperis & non in
aduersis: quomodo omni tempore: quomodo
semper? Et audiuimus multas multorum tales
uoces. Quando illis prouenit aliqua felicitas
exultant: gaudent: cantant domino: laudant
deum. Non sunt improbandi: immo gra
tulandum est illis: quia multi. Nec tunc. Sed
isti qui iam deum laudare ex prosperitatis
parte ceperunt docendi sunt patrem agnoscere
& flagellantem: nec murmurare aduersus
corrigentis manum: nec semper praui rema
nentes exheredari mereantur: ut facti iam
recti. Quid enim est recti? Ut nichil illis displi
ceat quod fecit deus: possint & in aduersis lau
dare deum & dicere. Dominus dedit dominus
abstulit: sicut domino placuit ita factum est:
sit nomen domini benedictum. Tales rectos de
cet laudacio: non primo laudatores & postea
uituperatores. Ergo iusti. recti. Recti exultate
in domino: quia uos decet laudacio. Nemo
dicat. Quis ergo iustus? Aut quando ero iustus?
Nolite uos abicere: & desperare de uobis. homines
estis: ad imaginem dei facti estis. Qui uos ho
mines fecit: pro uobis & homo factus est. Ut
multi filii ad hereditatem sempiternam adop
taremini: sanguis unici pro nobis effusus est. Si uos
uobis ex terrena fragilitate uiuistis: ex precio uestro
uos appendite quid manducetis: quid bibatis:
quo subscribatis: tamen digne cogitate. Num
quid hoc uos monemus ut superbi sitis: & uobis
aliquam perfectionem audeatis arrogare? Sed non
iterum ab omni iusticia uos putare debetis exules
fieri. Nolo enim uos interrogare de iusticia uestra:
fortassis enim nemo uestrum mihi audeat respon
dere iustus sum: sed interrogo uos de fide uestra.
Sicut nemo uestrum audeat dicere iustus sum:
sic nemo audeat dicere fidelis non sum. Nondum
quero quid uiuas: sed quero quid credas. Res
ponsurus es credere te in xpm. Non audis apostolum:
iustus ex fide uiuit? Fides tua: iusticia tua:
quia utique si credis caues: si autem caues co
naris: & conatum tuum nouit deus. & uo
luntatem tuam inspicit: & luctam cum carne
considerat: & hortatur ut pugnes: & adiuuat
ut uincas: & certantem spectat: & deficientem
subleuat: & uincentem coronat. Ergo exul
tate iusti in domino. Hoc dixerim exultate
fideles in domino: quia iustus ex fide uiuit.
Rectos decet laudacio. Discite gratias agere deo:
et in prosperitatibus & in tribulationibus. Discite
habere in corde quod omnis homo habet in lin
gua: agat quod uult deus. Ipsa lingua popu
laris: plerumque est doctrina salutaris. Quis non
cotidie dicit: quod uult deus hoc agat?
Et rectus erit inter eos qui exultant in domino:

et quos decet laudacio: quales alloquitur con
sequenter psalmus & dicit. Confitemini domino
in cythara: in psalterio decem cordarum psal
lite illi. Hoc est enim etiam m̄ cantabimus.
hoc ore consono exp̄mentes. corda nostra doce
bamus. Nonne id egit institucio in nomine
xp̄i uigiliarum: ut ex isto loco cythare pelle
rentur? Et ecce ipse iubentur sonare. Confi
temini inquit domino in cythara: in psalterio
decem cordarum psallite ei. Nemo conuertat cor
ad organa theatrica. Quod ei iubetur in se
h̄t: sicut alibi dr̄. In me sunt d̄s uota tua:
que reddam laudationes t̄. Meminerunt
qui p̄dem affuerunt quando quid intersit
int̄ psalterium & cytharam sicut potuimus
sermone discreuimus: & ad intellectum om
nium p̄ducē intim conati sumus. Quantum
autem effecimus uiderunt qui audierunt. Et
nunc non inoportune repetimus: ut in
ista diuersitate duorum instrumentorum mu
sicorum. diuersitatem factorum humanorum
inueniamus significatam p̄ hec: implendam
autem p̄ uitam m̄am. Cythara ē lignum
illud concauum tanquam timpanum pen
dente restudine: cui ligno corde innituntur ut
tacte resonent: non plectrum quo tanguntur:
s; lignum illud dixi concauum cui supiacent.
cui quodam m̄ incumbunt: ut ex illo cum tan
guntur tremefacte. & ex illa concauitate so
num concipientes: magis canore reddantur.
Hoc g̊ lignum cythara in inferiore habet
parte: psalterium in supiore. Hoc est distinctio.
Iubemur autem confiteri m̄ in cythara: et
psallere in psalterio decem cordarum. Non dix̄
in cythara decem cordarum: neq; in hoc
psalmo neq; si n̄ fallor alicubi. Legant & consi
derent melius & ociosius filij n̄ri lectores: tam̄
quantum m̄ uideor meminisse multis locis in
uenimus psalterium decem cordarum: cytharam
decem cordarum nusquam m̄ lectum occurrit.
Mementote cytharam ex inferiori parte habē
quo sonat: psalterium ex supiore. Ex inferiore
uita id ē t̄rena. habemus prosp̄itatem & aduersi
tatem. unde dn̄m laudemus in utroq; ut semp̄
sit laus eius in ore n̄ro: & benedicamus dn̄m:

in omni tempore. Est enim quedam t̄rena pros
p̄itas: est quedam t̄rena aduersitas. Ex utroq;
laudandus ē d̄s: ut cytharizemus. Que t̄rena
prosp̄itas? Cum sani sumus sc̄dm carnem:
cum abundant omnia quib; uiuimus: cum
incolumitas n̄ra seruatur cum fructus large
p̄ueniunt: cum solem suum oriri facit sup̄ bo
nos & malos: & pluit sup̄ iustos & iniustos. Hec
omnia: ad uitam t̄renā ualent. Quisquis inde
non laudat dominum: ingratus est. Numq̄d
quia t̄rena. ideo non d̄i sunt? Aut ido alter
ea dare cogitandus ē. quia dantur & malis?
Multiplex ē enim misc̄dia dei: paciens est. lon
ganimis. inde magis significat quid seruet
bonis: cum ostendit quanta donet & malis.
Aduersitates autem ex inferiore utiq; parte
de fragilitate genis humani: in doloribus et
langoribus. in p̄ssuris. in t̄bulationibus & temp
tationibus. Vbiq; laudet dn̄m qui citharizat.
Non attendat quia inferiora sunt: s; quia re
gi & gubnari non possunt nisi ab illa sapien
tia que attingit a fine usq; ad finem fortiter:
et disponit omnia suauit̄. Non enim celestia
regit: & t̄rena deserit. Aut non illi dicitur:
quo abibo a sp̄u tuo: & quo a facie tua fugi
am? Si ascendo in celum tu ibi es: & si
descendo in infernum ades. Vbi g̊ non est
qui nusquam deest? Ergo confitere dn̄o
in cythara: id ē siue tibi abundet terre
num aliquid. gr̄as age illi qui dedit:
siue t̄ desit. Si forte dampno auferatur.
aliquid: cythariza securus. Non ē enim t̄
ablatus ille qui dedit: quamuis tibi ab
latum fuit quod dedit. Etiam sic inquam
cithariza securus: c̄tus in deo tuo tange
cordas in corde: & dic tamquam in cytha
ra in inferiore parte bene sonante. Do
minus dedit dominus abstulit: sicut dn̄o
placuit ita factum est: sit nom̄ domini be
nedictum. Iam ů cum attendis supiora do
na dei quid t̄ contulit p̄ceptorum: qua
doctrina celesti te imbuit: quid t̄ desup̄
ex illius uitatis fonte p̄cepit: conuertere ad
psalterium: psalle deo in psalterio decem
cordarum. Precepta enim legis decem

sunt. In decem p̄ceptis legis: habes psalte
rium. Perfecta res est. Habes ibi dilectionem
dei in t̄bus: & dilectionem p̄ximi in septē.
Et utiq; nostis domino dicente: quia in
his duob; p̄ceptis. tota lex pendet & p̄phē.
Dicit tibi deus desup̄: quia dominus deus
tuus deus unus est. Habes unam cordam.
Non accipias in uanum nomen domini dei
tui: habes alteram cordam. Obserua diem
sabbati. non carnaliter: non cum iudaicis
deliciis. qui otio abutuntur ad nequitiam:
melius enim utiq; tota die fodent. quam to
ta die saltarent: s; cogitans requiem in deo
tuo. & p̄pter ipsam requiem omnia faciens
abstine ab ope seruili. Omnis enim qui facit
peccatum: seruus ē peccati. & utinam ho
minis. & non peccati. Hec tria p̄tinent ad
dilectionem d̄i: cuius cogites unitatem.
ueritatem. uoluntatem. Est enim quedam
uoluntas in domino: ubi uerum sabbatū
uera requies. Vnde dicitur. Delectare in
domino: & dabit t̄i peticiones cordis tui.
Quis enim sic delectat: quom̄ ille qui fecit
omnia que delectant? In his trib; caritas d̄i:
in aliis septem caritas p̄ximi. Nec facias alii
quod pati non uis: honores patrem & ma
trem: quia uis te honorari a filiis tuis.
Non mecheris: quia nec mechari post te
uxorem tuam uis. Non occidas: quia et
occidi non uis. Non fureris: quia & furtum
pati non uis. Non falsum testimonium dicas:
quia odisti aduersum te falsum testimonium
dicentem. Non concupisces uxorem pro
ximi tui: quia & tuam non uis ab aliq̄
concupisci. Non concupiscas rem aliquā
p̄ximi tui: quia siquis tuam concupiuit
displicet tibi. Conuerte & in te linguam tuā:
quando tibi displicet qui tibi nocet. Hec
omnia p̄cepta dei sunt. sapientia donante
data sunt: desup̄ sonant. Tange psalterium.
imple legem quam dominus deus tuus non
uenit soluere: s; adimplē. Implebis enim
amore: quod timore non poteras. Qui enim
timendo non facit malum: mallet facere si
liceret. Itaq; & si facultas non datur: uoluntas
tenetur. Non facio inquit. Quare? Quia ti
meo. Nondum amas iusticiam: adhuc seruus
es. Esto & filius. S; ex bono seruo: fit bonus
filius. Interim timendo noli facē: disces et
amare non facē. Est enim quedam pulchri
tudo iusticie. Pena te deterret: habet iusticia
formam suam. Oculos querit: accendit ama
tores suos. Pro hac martires sc̄lm calcantes:
sanguinem fuderunt. Quid amabant:
quando istis omnib; renuntiabant? Non
enim illi non erant amatores: aut hoc uob̄
dicimus ut non ametis? Qui non amat:
obriguit. friguit. Ametur. s; illa pulcritudo
que cordis oculos querit. Ametur. s; illa
pulcritudo que laudat iusticiam: incendit
animos. Iusticia accensi p̄munt uerba. edunt
uoces: undiq; dicunt. bene. optime. Quid ui
derunt? In quo pulcher est curuus senex.
Non enim si p̄cedat senex iustus. est aliquid
in eius corpore quod ametur: & tam̄ amatur
ab omnib;. Ibi amatur: ubi non uidetur.
Immo ibi amatur: ubi corde uidetur. De
lectet uos g̊ & rogate dn̄m ut delectet:
dominus enim dabit suauitatem. & terra
nr̄a dabit ~~dabit~~ fructum suum: ut p̄ ca
ritatem impleatis quod p̄ timorem implē
difficile est. Quid dico difficile ē? Non
potest timens adhuc animus. Mallet non
esse quod p̄cipitur: si ad faciendum non
amore ducitur: s; timore coartatur. Noli
furtum facē: time gehennas. Mallet gehen
nas non esse: in quas mittētur. Quando
incipit amare iusticiam: nisi quando mal
let furta non esse. & si gehenne n̄ ēēnt in q̄s
fures mittēntur? Hoc est amare iusticiam.
Et ipsa iusticia qualis est? Quis illam pin
git? Sapientia dei quam pulcritudinem h̄t?
Illam pulchra sunt omnia: que oculis
placent. Ei uidende atq; amplectende: cor
da mundanda sunt. Huius nos amatores
p̄fitemur. Ipsa nos componit: ut ei non
displiceamus. Et quando nos reprehen
dunt homines. in his reb; in quib; ei quē
diligimus placemus: quomodo parui
pendimus rep̄hensores nostros: quomodo

contempnimus. & omnino nichil pendimus?
Amatores lubrici & dampnabiles feminarum
quando amate ipsorum componunt illos se
cundum oculos suos: si ipsis placeant non cu
rant eos quibus displicent. putantes sibi sufficere
quod earum oculis placent ad quas affectant.
et plerumque grauibus displicent: immo semper
grauibus displicent: & meliore iudicio reprehen
duntur. Non bene tonsus es dicit uir grauis
lasciuo adolescenti: non te decet cum talibus
cincinnis incedere. Nouit autem ille capillos
suos placere: nescio cui. Odit te reprehendentem
uero iudicio: & seruat in se quod placet perue
so consilio. Inimicum te putat: quia turpitu
dinem demis. Effugit oculos tuos: & omnino
non curat: qua regula iusticie reprehendatur.
Si ergo illi non curant reprehensores ueraces. ut
sint formosi fallaces: nos in his rebus in quibus
placemus sapientie dei. non debemus curare
irrisores iniustos: non habentes oculos unde uide
ant quod amamus. Hec cogitantes recti corde:
confitemini domino in cythara: in psalterio
decem cordarum psallite illi. Cantate ei canti
cum nouum. Exuite uetustatem. Nostis can
ticum nouum. Nouus homo: nouum testa
mentum: nouum canticum. Non pertinet
canticum nouum ad homines uetere: non illud
dicunt nisi homines noui. renouati per gratiam ex
uetustate: & pertinentes iam ad testamentum
nouum. quod est regnum celorum. Ei suspi
rat omnis amor noster: & cantat canticum no
uum. Cantate canticum nouum: non lingua
sed uita. Cantate domino canticum nouum:
bene cantate ei. Querit unus quisque quomodo
cantet deo. Canta illi: sed noli male. Non uult
uult offendi aures suas. Bene cane frater. Si
alicui bono auditori musico quando tibi dicitur
canta. ut placeas ei si uis aliqua instructione
musice artis cantare. trepidas ne displiceas
artifici. quia quod in te imperitus non ag
noscit. artifex reprehendit: quis afferat deo
bene cantare. sic iudicanti de cantore: sic exa
minanti omnia: sic audienti? Quando po
tes afferre tam elegans artificium cantan
di: ut tam perfectis auribus in nullo displiceas?

Ecce ueluti modum cantandi dat tibi. Noli
querere uerba: quasi explicare possis unde deus
delectetur. In iubilatione cane: hoc est
enim bene canere deo. In iubilatione canta.
Quid est in iubilatione cantare? Intelligere
uerbis explicare non posse: quod cauitur deo.
Et enim illi qui cantant siue in messe. siue
in uinea. siue in aliquo opere feruenti: cum
ceperint in uerbis canticorum exultare leticia.
ueluti impleti tanta leticia: ut eam uerbis ex
plicare non possint: auertunt se a sillabis uer
borum. & eunt in sonum iubilationis. Iubi
lum sonus quidam est: significans cor partu
rire quod dicere non potest. & quem decet
ista iubilatio: nisi ineffabilem deum? Ineffa
bilis enim est: quem fari non potes. Si eum
fari non potes & tacere non debes: quid restat
nisi iubiles ut gaudeat cor sine uerbis: & im
mensa latitudo gaudiorum. metas non habet
sillabarum? Bene canite ei in iubilatione:
quia rectus est sermo domini: & omnia opera
eius in fide. In quo etiam displicet non rectis
rectus est ille: & omnia opera eius in fide. Tua
sint opera in fide quia iustus ex fide uiuit: &
fides per dilectionem operatur. Tua sint opera in
fide: quia in deum credendo fidelis efficeris.
Opera dei quomodo possunt esse in fide: quasi deus
uiuat ex fide? Inuenimus & deum fidelem:
et hoc non uerbis nostris dicit. Apostolum audi.
Fidelis inquit deus qui non uos permittat temp
tari supra quam potestis facere: sed faciet cum
temptatione etiam exitum ut possitis susti
nere. Audistis fidelem deum: audite & ali
bi. Si tolleramus: & conregnabimus. Si negauerimus:
& ille nos negabit. Si non credimus:
ille fidelis permanet: negare se ipsum non po
test. Habemus ergo & fidelem deum. Distinga
mus potius fidelem deum: a fidei homine.
Fidelis homo est: credens promittenti deo. Fidelis
deus est: exhibens quod promisit homini. Te
neamus fidelissimum debitorem: quia te
nemus misericordissimum promissorem. Neque
enim ei aliquid mutuum commendauimus:
ut debitorem teneamus eum: cum ab illo
habeamus quicquid ei offerimus: et ex

illo sit quicquid boni sumus. Omnia dona q̄b;
gaudemus: ab illo sunt. Quis enim cognouit
sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit?
Aut quis p̄or dedit ei? & retribuetur illi? Q̄m
ex ipso & p ipsum: & in ipso sunt omnia.
Ergo non ei aliquid dedimus: & debitorem
tenemus. Vnde debitorem? Quia p̄missorem.
Non dicimus d̄o redde quod accepisti: s; red
de qd̄ p̄misisti. Q̄m rectus est sermo domini.
Quid est rectus est? Non te fallit. Tu eum noli
fallere: immo tu te noli fallere. Quis enim fallit
omnia scientem? S; mentita ē iniquitas sibi.
Quoniam rectus est sermo domini: & omnia
opa eius in fide? diligit misc̄diam & iudicium.
Fac ista: quia d̄s facit ista. Intendite ipsam mi
sericordiam. & iudicium. Misericordie temp⁹
m̄o est: iudicij tempus post erit. Vnde est mise
ricordie tempus? Vocat m̄o adu̅sos: donat
peccata conu̅sis. Pa ciens est sup peccatores:
donec conu̅tantur. Quandocumq; conuersi
fuerint: p̄terita obliuiscitur. futura p̄mittit.
Hortatur pigros? consolatur afflictos? doce
studiosos? adiuuat dimicantes? neminem
deserit laborantem? & exclamantem ad
se: donat unde sibi sacrificetur? ipse t̄ribuit:
unde placetur. Magnum misc̄die tempus:
non nos transeat fr̄s. non nos transeat. Ven
turum est iudicium. Erit & tunc penitentia:
s; iam infructuosa. Dicent inter se penitentiā
agentes: & p̄angustia sp̄c gementes. Certe
ista sunt scripta: in libro sapientie. Quid nob
p̄fuit sup̄bia. & diuitiarum iactantia quid
contulit nob? Transierunt omnia: tanq̄m
umbra. Modo dicamus transeunt omnia
tanquam umbra? m̄o dicamus fructuose tran
seunt: nec tunc dicamus infructuose transi
erunt. Hoc est g̅o tempus misc̄die: erit & iu
dicij. Ne putetis autem fr̄s: quia ista a se pos
sunt in deo aliquo m̄o separi. Videntur enim
sibi aliquando contraria? ut qui misericors
est non seruet iudicium: & qui iudicij te
nax est. obliuiscatur misc̄dam. Omnipotens
est deus? nec in misc̄da amittit iudicium:
nec in iudicio misc̄dam. Miseretur enim.
Consid̄at imaginem suam & fragilitatem
nostram? errorem nostrum. cecitatem nostram:
et uocat adu̅sos a se. & conu̅sis ad se donat
peccata: non conu̅sis non donat. Misericors
est & iustus. Numquid & iudicium amisit?
aut non debuit iudicare inter conu̅sos & non
conu̅sos? An uob iustum uidetur. ut conuer
sus & non conu̅sus equalit̄ habeantur? ut eo
m̄o suscipiantur confitens & mentiens. humil
et sup̄b;? Ergo h̄t & iudicium in ipsa miseri
cordia. Rursus in illo iudicio habebit mise
ricordiam? in eos utiq; quib; dicturus est:
esuriui & dedistis m̄i manducare. Etenim d̄r
in quadam epl̄a aplica. Iudicium sine mise
ricordia: illi qui non fecit misc̄dam. Beati
inquit misericordes: quoniam ipsorum mi
sc̄bitur deus. Ergo in illo iudicio erit & mi
sericordia: s; non sine iudicio. Si enim in quē
libet. s; in eum erit misc̄da qui p̄rogauit
misc̄dam? & ipsa misc̄da iusta erit: quia
confusa non erit. Misc̄da ē c̄te ut dimittan
tur peccata: misc̄da ē ut tribuatur uita
et̄na. Vide ibi iudicium. Dimittite & dimit
tetur uob? date: & dabitur uob. Certe da
bit̄ uob? & dimittetur uob: misc̄da est. Si
inde recessisset iudicium? non dicet in qua
mensura mensi fuitis: remetietur uob. Audisti
quemadmodum exhibeat deus misc̄dam: &
iudicium. Exhibe & tu misc̄dam: & iudiciū.
An forte ad dn̄m p̄tinent ista? & ad hominē
non p̄tinent? Si ad hominem non p̄tinent:
non dicet dominus phariseis? relinquitis
grauiora legis misc̄dam & iudicium. Ergo p̄ti
net ad te misc̄da & iudicium. Ne putes quod
misc̄da ad te p̄tineat: iudicium autem n̄ ad te
p̄tineat. Aliquando audis causam int̄ duos?
quorum duorum unus ē diues alius paup. &
contingit ut paup h̄at causam malam: di
ues autem bonam. Iam si tu non es eruditus
in regno d̄i. uideris t̄ bene facē. si quasi pau
pem miseratus abscondas & contegas iniqui
tatem illius? & uelis eum iustificare: ut
quasi causam bonam habe uideatur. Et si re
p̄hensus fueris qd̄ male iudicasti: quasi de
misc̄da respondes. Noui & enim ego & scio:
s; paup erat? misc̄da ei debebatur. Q̄mmodo

tenuisti misericordiam? & peruertisti iudicium? Et quoniam inquit si tenerem iudicium? non amitterem misericordiam? Pronuntiarem adiutus pauperem qui unde redderet non habet? aut si habet cum reddidisset unde postea uiueret non inueniret? Aut ubi deus cuius De accipias personam pauperis in iudicio. Ceterum facile e. ut animo neamur personam diuitis non accipe. Hoc omnis homo uidet? atq utinam sicut omnis homo uidet faceret. Aliud est ubi fallitur uelut q̃ uult placere deo: si personam pauperis in iudicio accipiat? et dicat deo: tibi pauperi immo si teneres utrũq misericordiam & iudicium: placeres deo. Primo qualem misericordiam fecisti in eum? cuius iniquitatibus? Ecce sacello pepercisti: cor percussisti. Pauperi ille iniquus remansit: & tanto iniquior q̃nto te quasi hominem iustum fauere uidet iniquitati sue. A te recessit iniuste adiutus: do remansit iuste damnandus. Qualem misericordiam prebuisti ei? quem iniustum fecisti? Ecce crudelior inuenitur: quam misericordior. Quid g̃ aliquis faceret? Iudicares primo secũm causam? arguerel pauperem: flecteres diuitem. Aliud est iudicandi: aliud petendi locus. Quando te ille uidet diuel remisisse iusticiam? non exegisse unquam pauperi crucem. si p̃ multo peccati sui ob uirgasse te iuste? non flecteretur ille ad misericordiam petente te qui letus redditus erat iudicante? Quamuis g̃ his psalmi plura restent: consulendum est tamen uiribus & animę & corporis. & ppter uarietatem audiendi qua refici mur cum ex eodem tractu? uelut multi saporel nob̃ fiunt ad degendam fastidia: si nob̃ sufficiant cõsilia ad dominum. Explicit sermo. i. Incipit .ii. de eodẽ psalmo habit? ad mensam beati cypriam: quarta feria.

Cum annuntiando & in audiendo ubo utilitatis labor e. Quem laborem fis equo animo toleram?. si sententię dominicę & condicionis nr̃ę memineramus. Ab ipso enim nr̃i generis exordio audiuit homo non ab homine fallaci? nec a diabolo seductore: si ab ipsa ueritate ex ore dei. In sudore uultus tui: edes panem tuum. Proinde si panis nr̃ est ubum dei? studemus in audiendo: ne moriamur in ieiunando. Psalmi huius primarum partium pauci uersus uigiliarum nup actarum sollempnitate tractati sunt: qd restat audiamus. Hinc autem incipit pars quę restat: qd nõ cantauimus. Misericordia domini plena est tra: ubo domini celi firmati sunt. Io ipsum est enim sermone domini celi firmati sunt. Dicat igitur populus bene cantate ei in ubilatione? id e mellifluitter cantate: q̃m rectus e sermo domini. & omnia opa eius in fide. Nichil promittat & si reddit, fideliis ille facilis est debitor: esto tu alarius exactor. Deinde cum dixisset omnia opa eius in fide: adiunxit quare. Diligit misericordiam & iudicium. Qui g̃ misericordiam diligit: misereatur. Qui autem misereatur? non pot promittere & non reddere: qui posset dare etiã si non promitteret. Ergo qua diligit misericordiam: oportet ut exhibeat quod promittit. Et qua diligit iudicium: oportet ut exigat qd dedit. Vnde bene dominus dicit cuidam seruo. Dares tu pecuniam meam: & ego uenies cum usuris exigerem. Quod ideo monemur: ut sciamus quomodo audiamus. Ipse enim dicit alio loco in euangelio. Non ego iudico quemquam. Sermo quem locutus sum est: ipse iudicabit eos in nouissimo die. Nec se excuset qui audire non uult: ne quasi sit quod ab illo exigatur. Io ipsum enim exigetur: quia noluit accipe cum daretur. Aliud est enim non posse accipere: aliud nolle. Illic excusatio necessitatis est: hic reatus uoluntatis. Ergo omnia opa eius in fide. diligit misericordiam & iudicium. Accipite misericordiam & timete iudicium? ne ille cum uenit exigat anob̃ rationem: ita ut in aere dimittat. Exigit enim rationem: reddita ratione donat ueritatem. Accipite g̃ misericordiam fis: accipiamus omnes. Demo nem in accipiendo dormat: ne ad reddendum male exerceatur. Accipite misericordiam. Sic ad nos clamat ds: tanquam si tempore famis diceretur: accipite frumentum. Quod cum audiret tempore famis: profecto ipso stimulo necessitatis concursus curreret? usans re hac

atq; illac: querens unde accipias qd dictum
est accipe. Et cum inuenires quando te tenes?
Quam moram interponeres? Sic & nunc dictum est ac
cipite misericordiam. Diligit enim misericordiam & iudicium. Cum
acceperis bene utere: ut bonam racionem
reddas cum iudicium uenerit eius qui tibi
modo prorogat in ista fame misericordiam. Nolo ergo ut
dicas. Unde accipio? Quo eo? Recordare
quod cantasti: misericordia domini plena est terra.
Ubi iam non euuangelium predicatur? Ubi
sermo domini tacetur? Ubi salus cessat?
Opus est: ut uelis accipere. Plena sunt horrea.
Hec ipsa plenitudo & abundantia non te
uenientem expectauerunt: sed ad dormien
tem ipsa uenerunt. Non dictum est surgant
gentes. & eant ad unum locum: sed annun
tiata sunt ista gentibus ubi erant: ut imple
retur et inde prophetia dicens. Adorabit enim
unus quisque de loco suo. Misericordia domini ple
na est terra. Quid celi? Audi quid celi. Non
enim indigent misericordia: ubi nulla est miseria.
In terra abundat hominis miseria: superabun
dat domini misericordia. Miseria hominis plena est
terra: & misericordia domini plena est terra. Celi ergo
ubi nulla est miseria: numquid quia non
indigent misericordia. non indigent domino?
Omnia enim indigent domino: & misera
et felicia. Sine illo miser non subleuatur:
sine illo felix non erigitur. Ergo ne forte de
celis quereres: cum audires misericordia domini
plena est terra: audi quia domino & celi in
digent. Sermone inquit domini celi soli
dati sunt. Non a se sibi solidamentum fue
runt: nec ipsi celi firmitatem sibi propriam
prestiterunt. Verbo domini celi firmati sunt:
et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Non ha
buerunt aliquid ex se: & tanquam supple
mentum a domino perceperunt. Spiritu enim eius
oris. non pars: sed omnis uirtus eorum. Sane
fratres uidete eadem opera filii: & spiritus sancti.
Non enim negligenter pretereundum est.
Propter quosdam iniquos discretores: & tur
bulentos confusores. Utrumque enim male
fit. Confundunt illi discernendo male crea
turam cum creatore: & cum sit creator spiritus
dei: inter creaturas eum numerant. Illi dis
cernunt & confundunt: confundantur & con
uertantur. Audi modo unum opus filii & spiritus sancti.
Verbum certe dei filius est. & spiritus oris eius: spiritus sanctus
est. Verbo domini celi solidati sunt. Quid est autem
solidatos esse: nisi habere stabilem firmamque uir
tutem? & spiritu oris eius omnis uirtus eorum.
Posset & sic dici. spiritu oris eius celi solidati sunt:
et uerbo domini omnis uirtus eorum. Quod est
enim omnis uirtus eorum: hoc est solidati sunt.
Hoc ergo facit filius: & spiritus sanctus. Numquid
sine patre? Quis facit ergo per uerbum suum &
per spiritum suum: nisi cuius uerbum est & cuius est
spiritus? Trinitas ergo est hec: unus deus. Hunc
adorat: qui nouit adorare. Hunc ubique habet:
quo se conuerterit. Non enim querit ab aduer
sis: sed ipse uocat aduersos ut impleat conuersos.
Sane fratres exceptis illis celis superioribus ignotis
nobis in terra laborantibus: & per humanas con
iecturas ut cumque istas querentibus: excep
tis ergo illis celis quomodo sint super inuicem uel
quot sint. uel quibus modis dicti sint. quibus
incolis impleti sint. qua dispositione rigan
tur: quomodo ibi unus quidam hymnus
indeficiens cocinnens ab omnibus predicet
dominum. multum est a nobis inuenire: satagamus
tamen peruenire. Ibi est enim patria
nostra: quam longa fortasse peregrinatione obliti
sumus. Vox enim nostra in illo psalmo est. Heu
me quam peregrinatio mea longinqua facta est.
Ergo de illis celis difficile mihi est disputare:
si tamen non impossibile est & uobis intelligere.
Certe qui me in his rebus intellectu pre
uenit fruatur quo precessit: & oret pro me
ut sequar ego: interim exceptis illis celis
habeo de quibus hic ut cumque disseram
nobis proximos celos sanctos dei apostolos. pre
dicatores uerbi ueritatis: per quos celos com
pluti sumus. ut per totum mundum se
ges ecclesie pullularet: & si cum zizaniis
interim communem bibens pluuiam. sed
tamen horreum non habitura commune.
Ergo cum dictum esset misericordia domini
plena est terra: quasi quereres unde imple
ta est terra misericordia domini: prius missi sunt

celi · qui misericordiam domini spargent sup
terram : & hoc sup totam terram. Nam uide
quid de ipsis celis alibi dr. Celi enarrant
gloriam dei : & opa manuum eius annun
tiat firmamentum. Quod celi : hoc firma
mentum. Dies diei eructat uerbum : & nox
nocti annuntiat scientiam. Non cessatur : non
tacetur. Sz ubi predicauerunt : & quo usqz p
uenerunt ? Non sunt loquele neqz sermones :
quorum non audiantur uoces eorum. Sz hoc
ad id ptinet : quia omnium linguis locuti
sunt. In uno loco omnium linguis locuti :
impleuerunt quod dictum e. Non sunt lo
quele neqz sermones : quorum n audiantur
uoces eorum. Sz quero ipsa uox in omnibus
linguis : quo usqz puenit que impleuit. Audi
g quod sequitur. In omnem terram exiuit
sonus eorum : & in fines orbis terre uerba eorum.
Quorum nisi celorum : qui enarrant glo
riam di ? Ergo si in omnem terram exiuit
sonus eorum. & in fines orb terre uerba eorum :
qui predicauerunt nob ? Indicet nob qui
illos misit : indicet plane. fideliter indicet :
quia & antequam fierent predixit futura ille
cuius omnia opa in fide. Resurrexit enim
amortuus : & contrectactis menbris : cogni
tus discipul suis ait. Oportebat xpm pati :
et resurgere tercia die : & predicari in nomine
eius penitentiam & remissionem peccatorum.
Unde : & quousqz ? Per omnes gentes ait incipi
entib; ab iherlm. Quam misericordiam u expec
tamus frs uberiorem a domino : n ut peccata
nra dimittantur ? Cum g ea sit magna mi
sericordia domini remissio peccatorum : et
hanc predixit dominus predicari p omnes gen
tes : misericordia domini plena est terra. Unde
plena est terra ? Misericordia domini. Terra omnis
quare ? Quia ubiqz peccata dimittit deus :
quia misit celos qui terram compluerent.
Et quomodo ausi sunt ipsi celi ire cum fiducia
ex hominib; infirmis celi fieri : nisi quia uerbo
domini celi firmati sunt ? Unde enim habe
rent tantam uirtutem oues inter lupos : nisi
quia spu oris eius omnis uirtus eorum ?
Ecce inquit mitto uos : ut oues in medio
luporum. O domine misericordissime : certe
hoc facis : ut misericordia tua plena sit terra. Si g
misericors es ut impleas terram misericordia : uides
quos mittis : uides quo mittis. Quo inquam
mittis : & quos mittis ? Oues in medio luporum.
Unus lupus si mittatur in medium innumera
bilium ouium : quis ei resistit ? Quid non con
turbat ? Quid non consumit ? Nisi forte quia
cito saciatur : omnia deuoraret. Mittis infir
mos : inter seuos. Mitto inquit : quia celi fiunt
ut terram compluant. Unde celi homines infir
mi ? Sz spu oris eius omnis uirtus eorum. Ecce lupi
tenebunt uos. & tradent uos : & offerent po
testatib; ppter nomen meum. Iam uos armate
uos. Virtute nra ? Absit. Nolite cogitare quid
loquamini. Non enim uos estis qui loquimini :
sz spc patris uri qui loquitur in uob : quia
spu oris eius omnis uirtus eorum. Facta
sunt hec : missi sunt apli ptulerunt pssu
ras. Numquid mo tantas ferimus ut audia
mus hec quantas illi ut seminarent hec ? Non.
Fratres : g infructuosus labor nr ? Non. Vi
deo constipationem uram : sz & uos uidetis
sudorem nrm. Si tolamus : & conregnabimus.
Ecce facta sunt illa : & ex illis ouib; missis
in medio luporum : memorias martirum ce
lebramus. Locus iste quando martiris be
ati corpus pcussum e : lupis plenus erat.
Vicit tot lupos una ouis capta : & impleuit
locum ouib; ouis occisa. Seuiebat tunc ma
re in gentib; psequentium fluctib; : ibat
in aridam sitientem celum di. Modo aut
p illa que illi passi sunt qui aciem ru
perunt : glorificatum e nomen xpi. Oc
cupauit etiam ipsas potestates : ambu
lans sup capita tumentium gurgitum.
Et quia ista facta sunt : mo etiam qui ui
dent nondum credentes conuenticula
nra. celebrationes. sollempnitates. laudes
iam manifestas & publicas di nri : puta
tis eos non dolere ? Putatis non fremere ?
Sz nunc impletur quod de illis dictum e.
Peccator uidebit & irascetur. Quid g qz
irascetur ? Ne timeas ouis lupum. Mo
do minas eorum & fremitus ne timeatis.

Irascetur. Sed quid sequitur? Dentibus fremet et
tabescet. Quia ergo modo salsa maris aqua que re-
mansit in christianos seuire non audet: occultat
murmur. rugit in se et intra mortalem pellem
fremit conclusa salsugo: uidete quid sequitur.
Congregans sicut in utre aquas maris. Cum ergo
antea mare in martiribus liberis fluctibus seuiebat:
modo autem intra mortalia pectora inclusum
amarum est: ille fecit qui in illis uicit. Qui po-
suit terminos tunc mari: ut in se remeantes
comminuerentur fluctus eius: ipse congregauit
uelut in utre aquas maris. Mortalis pellis
contegit amaram cogitationem. Timentes
enim pelli sue: intus tenent quod non audent
emittere. Nam eadem est amaritudo. Sic oderunt:
sic detestantur. Sed quod tunc aperte seuiebat nunc
occulte. quid aliud dicam: quam quod dictum est
frendet et tabescet? Eat ergo ecclesia ambulet:
facta est uia strata nostra: ab imperatore munita
est. Ferueamus in itineribus bonorum operum. Hoc
est enim ambulare nostrum. Et si quando exis-
tunt temptationes pressure unde non sperabatur.
iam congregata uelut in utre aqua maris: intel-
ligamus deum facere hoc ad disciplinam. ut excu-
tiat nobis male presidentem de temptationibus
securitatem: et dirigat nos in regnum suum
composito desiderio. Quod desiderium nostrum
tribulationibus hinc atque hinc contundentibus
producitur ut simus canori auribus domini: tan-
quam tube ductiles. Dictum est enim et hoc
in psalmis: ut in tubis ductilibus laudemus
dominum. Tuba ductilis malleo producitur. Ita christia-
num cor: in deum pressurarum plagis extenditur.
Meminimus ergo fratres etiam his temporibus quibus
congregata est uelut in utre aqua maris: non
deesse deo unde proferat quo nos emendet: cum
emendatione nobis opus est. Ideo enim sequitur.
Ponens in thesauris abyssos. Thesauros enim dei:
dicit secretum dei. Nouit enim omnium cor-
da: quid ad tempus proferat unde proferat:
quantam potestatem tribuat malis in bonos:
ad iudicandos quidem malos. erudiendos
autem bonos. Nouit quomodo hec agat: qui
ponit in thesauris abyssos. Fiat ergo quod se-
quitur. Timeat dominum omnis terra. Non gloriet

superba leticia temeraria exultatione dicens:
iam congregata est uelut in utre aqua maris.
Quis mihi aliquid facere audebit? Nescis quia po-
suit ille in thesauris abyssos? Nescis unde
proferat quod opus est ad flagellandum te
pater tuus: qui quidem ad disciplinam tuam
habet abyssi thesauros. quibus te erudiat ad the-
sauros celorum? Ergo redi ad timorem: qui
iam ibas ad securitatem. Exultet terra: sed et ti-
meat. Exultet. Quare? Quia misericordia
domini plena est terra. Timeat. Quare? Quia
sic congregauit in utre aquas maris: ut po-
neret in thesauris abyssos. Fiat ergo in illa: quod
alibi breuiter utrumque dicitur. Seruite domino in
timore: et exultate ei cum tremore. Timeat
dominum omnis terra. Ab ipso autem commoueantur
omnes qui habitant orbem terre. Non timeant alte-
rum pro illo: ab ipso commoueantur omnes qui
habitant orbem terre. Terra seuit: dominum time.
Serpens insidiatur: dominum time. Homo te odit:
deum time. Diabolus oppugnat: deum time.
Tota enim creatura sub illo est: quem iuberis
timere. Quoniam ipse dixit et facta sunt:
ipse mandauit et creata sunt. Hoc in psal-
mo sequitur. Cum enim dixisset ab ipso
commoueantur omnes qui habitant orbem terre:
ne conuerteret se homo ad timendum aliquid
et auersus a timore dei timeret pro illo aliquam
creaturam: et adoret quod factum est dimis-
so qui fecit: confirmauit nos in timore dei
tanquam dicens nobis et alloquens nos. Quid
formidaturus es aliquid de celo. aliquid de
terra: aliquid de mari? Ipse dixit et facta sunt:
mandauit et creata sunt. Qui dixit et facta
sunt. mandauit et creata sunt: cum iubet
mouentur. cum iubet quiescunt. Conqui-
escunt et malicie hominum: et cupiditates
hominum. Cupiditatem nocendi potest ha-
bere homo propriam: potestatem si ille non dat
non habet. Non est enim potestas: nisi a deo. De-
finita est sentencia apostoli. Non dixit non est cupi-
ditas nisi a deo: est enim mala cupiditas que
non est a deo. Sed ipsa mala cupiditas nulli no-
cet: si ille non permittat. Non est inquit po-
testas: nisi a deo. Unde deus homo stans ante

hominem: non haberes inquit in me potes
tatem: nisi data t̄ desup̄ fuisset. Ille iudicabat:
ille docebat. Cum iudicabatur docebat: ut
iudicaret. R quos docuerat. Non haberes
inquit in me potestatem: nisi data t̄ desup̄
esset. Quid ē hoc? Homo tantum non h̄t
potestatem nisi cum accepit desup̄? Quid?
Ipse diabolus ausus ē ul' unam oviculam tollē
viro sancto iob: nisi p̄us dicēt mitte manum
tuam: hoc ē da potestatem? Ille volebat: s; ille
non sinebat. Quando ille p̄misit: ille potuit.
Non g̊ ille potuit: s; qui p̄misit. Ideo bene eru
ditus ipse iob non ait sicut iam commemora
re vob̄ solemus: dominus dedit & diabolus abs
tulit. s; dominus dedit & dominus abstulit:
sicut domino placuit ita factum ē. non sicut
diabolo placuit. Videte g̊ fr̄s mei cum tanto
labore manducantes salubrem & utilem panem:
videte ne quenquam timeatis n̄ dn̄m. Preter
eum ne timeas alium: scriptura t̄ dicit. Proinde
timeat dn̄m omnis t̄ra: qui posuit in thesau
ris abyssos. Ab ipso autem commoveantur om̄s
qui inhabitant orbem t̄re: qm̄ ipse dixit & facta
sunt. ipse mandavit & creata sunt. S; iam cessa
runt reges mali: facti sunt boni. Crediderunt &
ipsi: signum crucis x̄i in fronte iam portant.
Preciosius signum: qualibet gemma diadema
tis. Illi qui sevierunt: destructi sunt. S; quis
fecit hoc? Forte tu ut extollas te? Dominus
dissipavit consilia gentium: reprobat autem
cogitationes ppl̄orum. & reprobat consilia
p̄ncipum. Quanti dixerunt tollamus eos de
t̄ra: non erit nomen xp̄ianum: si hoc feceri
mus. Sic occidantur: sic torqueantur: talia
et talia illis infligantur. Dicta sunt hec: et
int̄ hec crevit ecc̄la. Reprobat cogitationes po
pulorum: & reprobat consilia p̄ncipum. Con
silium v̄ dn̄i manet in et̄num: cogitationes
cordis eius in scl̄a scl̄orum. Repeticio senten
tie ē. Quod ante consilium hoc ait. postea co
gitationes cordis & quod supra ait. postea
manet in et̄num: hoc ait postea in secula se
culorum. Repeticio: confirmatio ē. Ne autē
fr̄s putetis quia dixit cogitationes cordis
quasi sedere dn̄m & cogitare quid agat: &

exquirere consilium faciendi aliquid. ul' n̄
faciendi. Tue sunt iste homo tarditates: usq;
in velocitatem currit v̄bum eius. Quando
potest esse mora cogitationis in illo verbo?
quod unum ē & omnia complectitur? S;
dicuntur cogitationes d̄i ut tu intelligas:
ut scd̄m te audeas ~~te audeas~~ erigē cor. ul' ad
v̄ba tue infirmitatis similia: quia res ipsa ē
multum ad te. Cogitationes cordis eius: in se
cula scl̄orum. Que sunt cogitationes cordis
eius: & quod ē consilium domini q̊d manet
in et̄num? Contra quod consilium ut quid
fremuerunt gentes. & ppl̄i meditati sunt in
ania: quandoquidem reprobat cogitationes
ppl̄orum. & reprobat consilia principum?
Unde g̊ consilium domini manet in et̄num:
nisi de nob̄ quos ante p̄sciuit & p̄destinavit?
Quis tollit p̄destinationem d̄i? Ante mundi
constitutionem vidit nos. fecit nos. em̄davit
nos: misit ad nos. redemit nos. Hoc eius con
silium: manet in et̄num: hec eius cogitatio ma
net in secula seculorum. Fremuerunt gentes
ap̄te fluctuantes & sevientes: contabescant
nunc tanquam incluse & congregate in utrem.
Habuerunt liberas audacias: habeant truces
et amaras cogitationes. Quando possunt des
truere quod ille cogitavit. & manet in eter
num? Quid ē autem hoc? Beata gens. Quis
non hoc audito erigat se? Amant omnes
beatitudinem: & ideo p̄ versi homines quia
mali volunt esse. miseri nolunt. Et cum sit
malicie individua comes miseria: isti p̄ verse
non solum mali esse volunt & miseri no
lunt quod fieri non potest: s; ideo volunt
mali esse ne miseri sint. Quid ē hoc q̊d dixi:
ideo volunt mali ēē: ne miseri sint? Consi
derate hoc paululum in omnib; hominib;.
Qui male faciunt: beati ēē semp̄ volunt.
Furtum facit. Queris quare? Propt̄ famem.
p̄pter necessitatem. Ergo ne miser sit: ma
lus est. & ideo miserior ē: quia malus. De
pellende g̊ miserie causa: & ad inquiren
de beatitudinis causa faciunt omnes ho
mines quicquid ul' boni faciunt ul' mali.
Semp̄ g̊ esse beati volunt. Sive male viventes.

siue bene uiuere: beati esse uolunt: et non contingit omnib; quod omnes esse uolunt. Omnes enim beati esse uolunt. Non erunt autem: nisi illi qui uiuere esse uoluerunt. Et ecce nescio quis ut male faciat beatus uult esse. Vnde? Ex pecunia. ex argento. & auro. ex predijs: fundis domib; mancipijs pompa seculi: honore uolatico & pcuro. Habendo aliq̃d uolunt beati esse. Quere g̃ quid habeas: ut beatus sis. Cum enim beatus eris melior utiq; eris quam cum miser es. fieri autem non potest: ut res deterior te faciat meliorem. Homo es: deterius te ẽ quicquid cupis: quo beatus esse desiderat. Aurum argentum quelibet corpora quib; inhias adquirendis. possidendis. fruendis. inferiora sunt te: & tu melior es tu potior es. & utiq; uis melior ẽe q̃m es. cum beatus esse uis qua miser es. Melius est enim utiq; beatum esse: quam miserum. Vis esse melior te: & queris p quę to fiat deteriora te. Quicquid quesieris in tua: deterius est quam tu. Hoc omnis homo optat amico suo: sic eum adiurat. Sic melior sis. sic meliorem uideamus te: sic de te meliore gaudeam. Quod amico optat: hoc & ipse uult. Accipe g̃ fidele consilium. Melior te uis esse. Nouimus omnes. nouimus. omnes uolumus. Quere quod ẽ melius te: & inde efficeris melior te. Inquiere nunc celum et terram. Non t̃ sic pulchra corpora placeant: ut eis fieri beatus uelis. In animo est: quod queris. Beatus enim esse uis. Ipso animo tuo: quere quid sit melius. Cum enim duo sint quedam quod animus & corpus. utiq; istis duob; illud melius sit quod animus dr̃: potest corpus tuum melius fieri p melioremq̃ subiectum est corpus animo. Potest g̃ melius fieri corpus tuum p animum tuum: ut cum fuit iustus animus tuus. sit postea immortale etiam corpus tuum. Fit enim illuminatione meretur corpus incorruptionem: ut fiat inferioris reparatio p meliorem. Ergo si corporis tui bonum animus tuus ẽ. quia corpore tuo melior ẽ. cum queris bonum tuum: illud quere quod melius ẽ animo tuo. Quid est autem animus tuus? Attende ne forte contemnens animum tuum et putans nescio quid esse uile & abiectum. uilliora queras quib; beatificẽr animus tuus. In animo tuo: est imago dei. Omnis hominis caput eam. Accepit eam: & meditando ẽ ad peccatum decolorauit eam ipse adam. Venit reformator: qui erat antea eius formator: quia p ũbum facta sunt omnia. et p ũbum inspira est hec imago: uenit ipsum ũbum: ut audiremus ab apostolo Reformamini in nouitate mentis uestre. Jam g̃ sup est ut queras quid sit melius: quam animus tuus. Quid erit obsecro: nisi deus tuus? Non inuenis aliud melius animo tuo: quia cum fuit pfecta natura tua angelis equabitur. Jam supra non est: nisi creator. Erige te ad illum. Noli desperare. noli dicere multum ẽ ad me. Magis multum ẽ ad te habe forte aurum: qd̃ queris. & aurum si uolueris: non habebis. Deum cũ uolueris habebis: quia & antequam uelles uenit ad te. Et cum aduersa uoluntate esses uocauit te. & cum consul esses ũtuit te: & cum ũtuit confiteris consolatus ẽ te. Iste qui tibi pstitit omnia. iste qui fecit ut esses: qui cum his qui tecum sunt. etiam matis pstat solem. pstat pluuiam. pstat fructus fontes. uitam. salutem. tantas consolationes: seruat t̃ aliquid quod non det̃ tibi. Quid ẽ autem quod t̃ seruat. nisi se? Pete aliud: si melius inuenis. Se t̃ seruat deus. Quare quid inhias celo & terre? Melior ẽ: qui fecit celum et terram. Ipsum uisurus es: ipsum bibiturus es. Queris ut sit tua illa uilla? & transiens p illam dicis: beatus cuius est possessio ista. Hoc dicunt quam multi qui transeunt p uillam: & tamen cum dixerint transeunt p uillam. Possunt caput agitare: & suspirare. Numquid & possidere? Sonat cupiditas:

sonat iniquitas: sed non concupiscas rem proximi
tui. Beatus cuius illa uilla? cuius est domus ista:
cuius est ager iste. Compesce iniquitatem: au
di uitatem. Beata gens cuius est. Quid? Jam
nostis: quod dicturus sum. Ergo desiderate ut
habeatis: tunc demum beati eritis. Hoc solo be
ati eritis. Si meliorem quesistis: meliores eritis.
Re meliore quam uos estis: meliores eritis. Deus
est inquam melior te: qui fecit te. Beata gens
cuius est dominus deus eorum. Hoc ama:
hoc posside. Hoc cum uis habebis: hoc gratis
habebis. Beata gens cuius est dominus deus eorum:
noster deus est. Cuius enim non deus? Non pla
ne omnium eodem modo. Noster magis. Noster
quinimus de illo: tamquam de pane nostro.
Ipse sit hereditas nostra: possessio nostra. An forte
temere dicimus faciendo nobis dominum possessionem:
cum sit dominus. cum sit creator? Non est
ista temeritas. Affectus est desiderii: et dulcedo
spei. Dicat anima omnino secura: dicat deus
meus es tu: qui dicit animae nostrae salus tua
ego sum. Dicat secura dicat: non faciet in
iuriam cum hoc dixerit: immo faciet si non
dixerit. Arbores uolebas habere: quibus beatus
esses. Audi scripturam dicentem de sapientia:
lignum uite est omnibus possidentibus eam.
Ecce possessionem nostram: dixit esse sapien
tiam. Sed ne putes ipsam sapientiam quia
possessionem scriptura dixit aliquid esse quod
sit te inferius: sequitur et adiungit. Et
incumbentibus in eam: uelut in domo tuta.
Ecce dominus tuus factus est tibi: quasi baccu
lus. Securus homo incumbit: quia ille non
succumbit. Dic ergo securus. Possessio tuta est. Possi
dentibus eam: scriptura dixit. Impleuit fidu
tiam: dubitationem tuam remouit. Dic se
curus: ama securus: spera securus. Tua etiam
illa uerba sint in psalmo. Dominus pars heredi
tatis meae. Ergo inde beati erimus: dominum possi
dendo. Quid ergo? Nos possidebimus eum: et
ille nos non possidebit? Unde ergo ysaias dicit:
domine posside nos? Possidet ergo: et possidebitur.
Et totum propter nos. Non enim ut nos ex illo
beatissimus possidetur a nobis: ut ille autem
beatus sit possidet nos. Et possidet nos et possi
detur a nobis: non ob aliud nisi ut nos beatissi
mus. Possidemus eum et possidet nos: quia
colimus eum et colit nos. Colimus eum tam
quam dominum deum: colit nos tamquam ter
ram suam. Quia colimus eum nemo dubitat:
quia colit nos quis nobis indicat? Ille qui ait.
Ego sum uitis uos estis sarmenta: pater meus
agricola est. Ecce et in isto psalmo utrumque nobis
dicit: utrumque nobis indicat. Jam dixit: quia
possidemus eum. Beata gens cuius est dominus
deus eorum. Cuius est fundus iste? Illius.
Cuius ille? Illius. Cuius est iste? Dicamus
de deo. dicamus. Cuius est? Et quomodo
nobis solet responderi quando de fundis et
predijs aliquibus amplis. atque amenissimis que
rimus: est quidam senator et illud aut illud
uocatur cuius est ista possessio: et dicimus
beatus ille homo: sic si queramus cuius est
deus iste: est quedam beata gens cuius est. Nam
dominus deus eorum est. Et nunc sicut sena
tor ille possidet fundum suum. non autem
possidetur a fundo suo: sic et deus gentis huius
unde ut ciues simus laborare debemus. pos
sidet eam ut et ipsa eum non possideat: sed
alterutrum se possident. Audistis quia gens
possidet eum: beata gens cuius est dominus
deus eorum: audite quia et ille possidet illam.
Populus quem elegit dominus in hereditatem
sibi. Beata gens possessione sua: beata here
ditas possessore suo. Populus quem elegit
dominus in hereditatem sibi. De celo pros
pexit dominus: uidit omnes filios hominum.
Omnes hic ita accipe ut gentis illius: omnes
intelligas illam hereditatem tenentes. uel illa
hereditas existentes. Hereditas est enim dei ipsi
omnes: et ipsius omnes. Et ipsos omnes de celo
prospexit dominus: et uidit eos ille qui ait. Cum
esses sub arbore fici: uidi te. Vidit enim eum:
quia miseratus est eum. Unde plerumque rogan
tes misericordiam dicimus homini: uide me. Et
de illo qui te contempnit: quid dicis? Non
me uidet. Est ergo quedam uisio miserantis:
non uisio punientis. Illa uisio punientis. illa
uisio ad peccata animaduersio est: quia ille
peccata non uult uidi qui dicit. Auerte faciem

tuam a peccatis meis. Quod utiq; ignosci. ñ utiq; agnosci. Aúte inquit faciem tuam: a peccatis meis. Cum g aúterit faciem suam á peccatis tuis: uidebit te. Vnde alibi dicit. Ne aútat faciem tuam áme. Ergo aútat á peccatis tuis: ñ aútat á te. Videat te. miseẽtur tui: subueniat tibi. De cło respexit dominus: uidit omnes filios hominum: p̃nentes ad filium hominis. De p̃parato habitaculo suo: quod sibi p̃parauit. Vidit nos de aplis: uidit nos de p̃dicatorib; uitatis: uidit nos de anglis quos ad nos misit. Hec omnia domus eius: hec omnia habitaculum eius: quia h̃ omnia celi qui enarrant glã dei. Vidit oñs filios hominum. De p̃parato habitaculo suo: respẽ dominus sup omnes qui inhabitant tã. Ipsi sunt sui: sunt gens illa beata cuius ẽ dominus deus eorum: ppls ille ẽ quem elegit dominus in hereditatem sibi. Quia p̃ omnes tãt est & non ẽ in parte: respexit sup oñs qui inhabitant tã. Qui finxit singillatim corda eorum. Manu gratie sue: manu misericẽ sue finxit corda: plasmauit corda ñra. finxit singillatim corda eorum. singula quedam dans nob: que tamẽ non diuinum unitatem. Quoñ singillatim membra formata sunt omnia. singillatim h̃nt opa sua. & tamen in unitate corpis unum: manus facit quod oculus non facit. auris non ualet qd nec oculus nec manus ualet. oña tamen unitatem opantur: & manus & oculs et auris diuisa faciunt. nec sibi adulantur: sic & in xpi corpore singuli homines tangẽ membra singula domus sunt gaudent: quia ille qui elegit pplm in hereditatem sibi. finxit singillatim corda eorum. Numquid enim omnes apli: Numquid omnes ꝓphẽ? Numquid omnes doctores? Numquid omnes dona h̃nt sanitatum? Numquid omnes linguis loquuntur? Numquid omnes interpretantur? Alij quidem datur p spm sermo sapientie: alij sermo scientie. Alij fides eadem spm: alteri dona curationum. Quare? Quia finxit singillatim corda eorum. Quoñ autem in membris nostris diuisa sunt opa ꝙ sanitas una: sic in omnib; membris xpi diuisa munera. ꝙ caritas una. Qui finxit singillatim corda eorum: qui intellegit omnia opa eorum. Intelligit quid ẽ. Secretus & manus uidet. Habes in psalmo: intellige clamorem meum. Non enim quasi uocib; opus ẽ: ut pueniat aliquid ad aures dei. Occulti usus: intellectus uocatur. Expssius dixit: quam si diceret uidet omnia opa eorum. Tunc putaret uidi opa ista: quando & cu uidet opus hominis. Homo facium hominis motu eius corporis uidet: deus autem in corde uidet. Qa g manus uidet: dictum est intelligit. Oña opa eorum. Dant duo pauperib;: unus sibi mercedẽ querit celestem: alius humanam laudem. Tu in duob; unam rem uidet: ds duas intelligit. Intellectus enim intelligit: intus agnoscit: fines ipsorum uidet: intentiones ipsas uidet: qui intelligit omnia opa eorum. Non saluus fiet rex ꝑ multitudinem uirtutis sue. Ad dñm oñs: in domino oñs. Spes tua deus sit. fortitudo tua deus sit. firmitas tua deus sit. exhortatio tua ipse sit. laus tua ipse sit. finis in quo requescas ipse sit. adiutorium cum laboras ipse sit. Auditatem. Non saluus fiet rex ꝑ multitudinem uirtutis sue: nec gigas saluus erit. in multitudine fortitudinis sue. Gigas supb; aliquis ẽ. extollens se adulus deum. quasi ipse aliquid in se & ꝑ se. Non fit iste saluus in multitudine uirtutis sue. Sꝫ equus hẽ magnũ fortẽ ualdeũ uelocem. Vel si aliqꝺ inruerit: de pcło cito illũ liberare. Non fallat aũ dicat qd sequit. Mendax equus ad salutẽ. Intellexitis. Qd dictũ sit? Mendax equus ad salutẽ. Non tibi promittat equus tuus salutem: si promiserit: mentietur. Si enim ds uoluit liberabit: si ds noluit cadente equo alacris eadet. Non g sic putetis dictum mendax equus ad salutem quasi mendax iustus ad salutem: qđ ut iustus ad salutem mentiantur. Non est enim scriptum equus quod ab equitate dr: sꝫ equus animal quadrupes. Hoc greci codices indicat. Et redarguunt mala iumenta homines: q sibi querunt occasiones mendaciorum: cum separata dicat. Os qđ mentitur occidit animam: & ꝑdes oñs qui locuntur mendacium. Quid est g mendax equus ad salutem? Mentitur tibi equus: quando promittit salutem.

Numquid equus aliquid loquitur? & promittit
salutem? Sed cum tu uides equum bene forma
tum? bonis uiribus magno cursu perditum: ista
omnia uelut promittunt tibi de illo salutem. Sed fal
lunt si deus non tuetur: quia mendax equus
ad salutem. Equum accipe etiam figurate quam
libet amplitudinem seculi huius: quemlibet
honorem. In quo cum superbus incedis: quo altius
ingrederis. eo te non tantum celsiorem. sed etiam
tuciorem falso putas. Quomodo enim te deiciat nes
cis: tanto elisum grauius. quanto sublimius fe
rebaris. Mendax equus ad salutem: in abun
dantia autem uirtutis sue non erit saluus. Et
unde erit saluus? Non de uirtute. non de ui
ribus. non de honore. non de gloria: non de equo.
Unde? Quo ibo? Ubi inueniam? unde saluus
sim? Noli diu querere: noli longe. Ecce oculi
domini super timentes eum. Videtis quia ipsi
sunt quos prospexit: de habitaculo suo. Ecce oculi
domini super timentes eum: sperantes super miseri
cordia eius. Non de meritis suis. non de uirtute.
non de fortitudine. non de equo: sed de mise
ricordia eius. Ut eruat a morte animas eorum.
Vitam eternam promittit. Quid in ista peregrinatio
ne? Numquid deserit? Uide quid sequatur.
Et alat eos in fame. Tempus famis est modo:
tempus saturitatis post erit. Qui nos in fa
me huius corruptionis non deserit? immor
tales factos. quomodo satiabit? Sed quamdiu tem
pus est famis tolerandum est durandum est: perseue
randum est usque in finem. Iam currenda sunt
omnia? quia et plana sunt: et cogitandum est
quid portemus. Adhuc quidem spectatores
in amphiteatro forte insaniunt: et in sole
sedent? et nos si stamus [illegible] tamen in
umbraculo sumus: et utiliora et [illegible] pulcri
ora sunt que spectamus. Spectemus pul
chrum: et a pulchro spectemur. Spectamus
nos mente ea que dicuntur in sensibus diui
narum scripturarum: et gaudemus tali specta
culo. Spectator autem noster quis est? Ecce
oculi domini super timentes eum: sperantes
autem in misericordia eius ut eruat a morte ani
mas eorum: et alat eos in fame. Sed
propter peregrinationis tolerantiam quamdiu deci fa

mes est. et expectamus in uia refici ne deficiamus?
quid nobis imponitur uel quid profiteri debemus?
Anima nostra patiens erit in domino. Secura ex
pectabit misericorditer promittentem. misericor
diter et ueraciter exhibentem? et donec exhi
beat quid agimus? Anima nostra patiens erit in
domino. Sed quid si in ipsa pacientia non dura
bimus? Immo plane durabimus: quoniam
adiutor et [illegible] protector noster est. Adiuuat in
pugna? [illegible] Sed protegit ab estu? non te de
serit: tolerabilia dura. Qui perseuerauerit usque in finem:
hic saluus erit. Et quid cum durauerit. cum
patiens fueris? cum usque ad finem perueneris. quid
tibi erit? Qua mercede tolerabis? Ut quid tanta
dura tamdiu pateris? Quoniam in ipso letabitur
cor nostrum: et in nomine sancto eius speramus.
Spera hic: ut leteris ibi. Esuri hic et siti: ut
epuleris ibi. Hortatus est ad omnia? impleuit
gaudio spei: proposuit nobis quid amemus? in
quo solo et de quo solo presumamus: post hec fit
et oratio breuis et salubris. fiat domine misericordia tua
super nos. Et quo merito? Sicut speramus in te.
Fui quibusdam onerosus. sentio? quibusdam
autem cito terminaui sermonem: et hoc sen
tio. Ignoscant infirmi fortioribus: et pro infir
mis deprecentur fortiores. In uno corpore omnia
membra sumus? a capite nostro uegetemur et
in illo spes nostra est. et in illo fortitudo nostra est.
non dubitemus exigere de domino nostro misericordiam.
Vult omnino exigi a se. Non enim turbabitur
cum exigetur. aut omnino angustabitur?
quomodo ille a quo petis quod non habet. aut quod
parum habet: et timet dare ne minus habeat.
Vis nosse quomodo tibi eroget deus misericordiam? Tu
eroga caritatem. Videamus si finis dum erogas.
Quanta est ergo opulentia in ipsa caritate? si potest
tanta esse in imagine? Ergo fratres ad hanc maxi
me exhortamur uos caritatem? non solum
in uos ipsos. sed in eos etiam qui foris sunt.
siue adhuc pagani nondum credentes in xpm
siue diuisi a nobis. nobiscum caput confitentes
et a corpore separati. Doleamus illos fratres
tanquam fratres nostros. Uelint nolint: fratres nostri
sunt. Tunc esse desinent fratres nostri: si destite
rint dicere pater noster. Dixit de quibusdam

ꝓpheta. His qui dicunt uob. non estis frs nri
dicite: frs nostri estis. Circumspice de quib;
hoc dicē potuit. Numquid de paganis?
Non. Neq; enim dicimus eos frs nostros se
cundum scripturas & ecclasticum loquendi
morem. Numquid de iudeis qui in xpm non
crediderunt? Legite aplm: & uidete quia frs
quando dicit apls. sine aliquo additamento
non uult intelligi nisi xanos. Non ē autem
subiectus inquit frat aut pdica soror in
huiusmodi: cum dicēt de coniugio. Fra
trem & sororem dixit xanum uel xanam.
Item dicit. Tu autem quid iudicas fratrem
tuum? aut tu quid spnis frem tuum? Et
alio loco. Vos inquit iniquitatem facitis et
fraudatis: & hoc frib. Isti g qui dicunt non
estis frs nri: paganos nos dicunt. Ideo enim
et rebaptizare nos uolunt: dicentes habē nos
quod dant. Vnde est consequens error ip
sorum: ut negent nos frs suos ēē. S; quare
nob dixit ꝓpha uos dicite ill frs nostri estis?
n quia nos in eis agnoscimus quod non repe
timus? Illi g agnoscendo baptismum nrm
negant se esse frs: nos autem non repetendo
ipsorum s; agnoscendo non ipsorum. dicimus
eis frs nostri estis. Dicunt illi. Quid nos que
ritis? Quid nos uultis? Respondeamus frs
nri estis. Dicant illi. Ite anob: non uobcum
habeamus racionem. Nos prorsus habemus
uobcum racionem. Vnum xpm confitem:
in uno corpore sub uno capite ēē debemus.
Quid g me queris ait. si pij? Magna absur
ditas: magna uesania. Quid me queris si pij?
Quare quererem? n quia pisti? Si g pij in
quit: quom sum frat tuus? Ut dicatur in
de te fr tuus mortuus fuat & reuixit: pierat
et inuentus ē. Adiuramus g uos frs p ipsa
uiscera caritatis cuius lacte nutrimur: cuius
pane solidamur: p xpm dnm. p mansue
tudinem eius adiuramus uos. Tempus est
enim ut impendamus in eos magnam cari
tatem abundantem miscdam. in depcando
dm p ill: ut aliquando det ill sensum so
brium ut respiciant se & uideant se: quia
non hnt omnino quod dicant contra uitatē

non in eis remansit nisi sola infirmitas animosi
tatis: que tanto est languidior. quanto se ui
res maiores habē existimat. Pro infirmis p car
naliter sapientib; p animalibus: & carnalibus:
tamen p frib; nostris eadem sacramta cele
brantib;. & si non nobcum eadem tam: unum
amen respondentib;: & si non nobcum unum:
tamen medullas caritatis ure fundatis domino
p eis. Aliquid enim p salute ipsorum egimus
in concilio: quod explicare uob hodie iam
tempus non sufficit. Vnde exhortamur uos.
ut alacriores & numerosiores: audient enī a uo
bis frs nostri qui nunc non assunt. conueni
atis crastino die: ad basilicam tricliarum.

Expl tractat de psalmo. xxx.mo scdo.
Incipit de titulo psalmi tricesimi
tercij.

Psalmus iste nich
quidem obscurum & quod exposi
tore indigeat: uidetur habē in tex
tu suo. Titulus autem eius intentos facit: et
pulsantes desidat: s; quemadmodum hic
scriptum ē. quia beatus uir qui spat in eum.
spemus omis quod pulsantib; apturus ē. Non
enim hortaretur nos ut pulsaremus: si nollet
apire pulsantib;. Si enim aliquando contin
git ut qui disponebat semp claude. tedio
compulsus. ad manum pulsantis contra dis
positionem suam surgat & apiat ne diu pul
santem patiatur: quantomagis sperare debe
mus citius apturum illum qui ait. pulsate
et apietur uob? Pulso g nc intentione cor
dis ad dnm deum: ut dignetur nob hoc
misterium reuelare. Pulset mecum & caritas
uera intentione audiendi: & humilitate
orandi p nob. Hic est enim quod
faten dum est archanum: & grande
misterium. Sic enim se ht titulus psalmi. Psal
mus dauid cum mutauit uultum suum co
ram abimelech: & dimisit eum & abijt. In
scripturis querim scdm res gestas. que nob
de dauid conscripte sunt. quando sit factum:
quemadmodum inuenimus titulum psal
mi cum fugēt a facie absalon filij sui. Legi
m librum regnorum & inuenimus
r tib. quando dauid fugēt a facie absa

lon filij sui: & ultimum est quia contigit
et quod contigit sēptum est. Et quamuis
titulus psalmi in mitio sic sēptus sit: tamē
dicitur ē de re que gesta ē. Sic credo & qđ
hic sēptum est cum mutauit uultum suum
coram abimelech: & dimisit eum & abiit.
Sēptum ē. Sz in regnorum libro ubi omnia
nob sēpta sunt que pinent ad rei gestas da
uid. non inuenimus hoc: & tamen aliquid in
uenimus unde appareat hoc esse tractum.
Nam sēptum ē quia cum fugēt dauid pse
cutorem saul. contulit se ad regem achis re
gem geth: to ē cumuldam gentis cuenē regno
iudeorum: ubi latitabat ut psecutionem saulis
euitaret. Recens autem erat gloria eius. Unde
p beneficio meruit mulcram: quando goliam
interfecit: & in una pugna glām securitatemq;
regni. & regi & pplō compauit. Saul autem
cum p uocante gloria estuaret prostrato golia
hostis ē cepit ei: p cuius manum hostem deus
necauerat: & mulcte gloie dauid maxime
qua ppls in exultatione constituit. & choro
etiam facto mulieres cantauerunt gloriam
dauid. quod saul peussisset in milib; & dā
in decem milib;. Unde ille commotus quod ce
pat habe maiorem gloriam p unam pugnam
puer: & iam in laudib; omnium regi ppo
nebatur: ut se hr pestilentia luxuriē & sup
bia seculi. mulcē cepit ei & psequi. Tum se
ille ut dixi contulerat ad regem geth: qui
uocabatur achis. Suggestum ē autem regi
ipsi: quod illum apud se habēt qui magnam
gloriam habe cepat in pplō iudeorum: et
dictum ē illi. Nonne iste ē dauid cui chorum
fecerunt mulieres istabeltre dicentes: saul
peussit in milib;. & dauid in decem milibus:
Si autem ppr hanc gloriam mulcē cepit
ei saul. nonne metuendum erat dauid ne &
ille rex ad quem confugerat uellet oppmē
cum: quem posset de uicino hostem habē
si saluum seruaret: Timuit & illum: et
sicut sēptum ē mutauit uultum suum co
ram ipsis: & affectabat & timpanizabat ad
ostium ciuitatis: & ferebatur in manib; suis.
Et precedebat ad ostia porte: & saliue decurre
bant sup barbam eius. Uidit eum rex ille
apud quem latebat: & ait suis. Ut quid inf
tum arreptitium adduxistis? Nunquid
maturus est in domum meam? & sic il
lum dimisit: psciens illum. Et recessit inde
dauid in columis. p istam figurationem fuit
ris. Uidetur g ad hystoriam ipsam ptinē qđ
hic sēptum ē. Mutauit dauid commutauit
uultum suum coram abimelech: & dimisit
eum & abiit. Sz ille achis erat: non abime
lech. Nomen solum uidetur non conuenire.
Nam res gesta ppe ipsis ub parte designata ē
in psalmo: atq; sēpta ē in regnorum libro.
Doceo magis monet nos ad querendum sāc
mentum: qua nō p mutatum ē. Nam neq;
illud sine causa factum ē quamuis sit factū
si qua aliquid figurabat: neq; hoc sine cau
sa sēptum ē: nomine commutato. Uidetur
ēe fis p simulatrem sāc mentorum. Si non ē
in mitio quod a puero golie occisus ē: nonē
in mitio qua immutauit uultum suum
et affectabat & timpanizabat: & cadebat
ad ostia ciuitatis & ad ostia porte: & saliue
decurrebant sup barbam eius. Unde fieri po
test ut non hoc aliquid significaret: quan
doquidem apte dicit apls. hec autem in
figura contingebant illis: sēpta sunt autē
ppr nos. in quos fines seculorum obuenit? Si
nichil significat manna de qua dicit apls.
et cibum spualem manducauerunt. si nichil
significat quod diuisum ē mare & p medium
ductus est pplus ut euadēt psecutionem pha
raonis. cum dicat apls nolo enim uos igno
rare fis. quia patres nri oēs sub nube fuerūt.
et oēs in moyse baptizati sunt in nube & in
mari: si nichil significat quod peussa petra
aqua pfluxit. cum dicat apls. petra autem
erat xps: si nichil denq; duo filij abrahe signi
ficant nati secundum ordinem nascendi ho
minum & tamē ipsos duos filios duo testamēta
apellat apls uetus & nouum & dicit hec
sunt duo testamēta que sunt in allegoria:
si g illa nichil significant que uidetur alle
gorizate aplici in mitio futurarum rerū
ēe gesta: debemus arbitrium nichil signi

ficare etiam hoc quod uob ex libro regnoꝝ
de dauid paulo ante narraui. Non g nichil
significat. Et quod nomen mutatum ē et
dictum ē coram abimelech ibi coram achis:
intendite mecum. Omnia enim que dicūt:
quasi ad manus ꝓmptū pulsantis. Nondum
apertum ē. Pulsauimus cum ista dicēmus: pul
sabit & uob cum ista audieritis. Adhuc pulse
mus orando: ut aperiat. Nominum hebreoꝝ
habemus interꝓtationem. Non defuerunt
doctorum: qui nob nomina ex hebreo in gre
cam linguam. & inde in latinam lingam
transferrent. Consulentes g nomina ista
inuenimus interꝓtari abimelech patris mei
regnum: & interꝓtari achis quomodo est.
Si quaeris quid ē achis: respōdet quid ē. Hec noīa
attendamus: inde incipit aperiri nob pulsan
tibus. Quomodo est ubum ē ammirantis: &
non intelligentis. Abimelech patris mei reg
num: dauid manu fortis. In figura xp̄c dr:
sicut goliath in figura diabolus. Et qd dauid
ꝓstrauit goliath: xp̄c est qui diabolum occi
dit. Quid ē autem xp̄c qui diabolum occidit?
Humilitas: occidit superbiam. Cum g xp̄s
homo sis mei: maxima nob humilitas
cōmendatur. Nam enim nob fecit p humili
tatem: quia p superbiam recesseramus adeo.
Redire ad eum n̄ p humilitatem non potera
mus & quem nob ꝓponēt ad imitandum n̄
habebamus? Omnis enim mortalitas hominum
superbia tumuerat: & si existēt aliqui humi
les uiri in spū sicut ꝓphē erant patriarche:
designabatur humanum genus unitari hu
miles homines. Ne g dedignaretur homo uni
tari hominem humilem: deus factus ē humil:
ut ul sic superbia genis humanā n̄ dedignaret
sequi uestigia di. Erat autem ut nostis sacrificium
uidelicet unum antea secūm ordinem aaron. in quo
nus peccatum: & hoc in mistio. Nondum erat
sacrificium corporis & sanguinis domini quod
fideles nouunt? & qui euuangelium legerunt:
quod sacrificium nunc diffusum ē toto orbe ter
rarum. Proponit g uob ante oculos duo sacrifi
cia: & illud secūm ordinem aaron: & hoc se
cundum ordinem melchisedech. Scriptum ē
enim. Iurauit dominus & non penitebit eum:
tu es sacerdos in ēternum secūm ordinem melchise
dech. De quo dr tu es sacerdos in ēternum secūm
ordinem melchisedech? De domino nro ihu
xp̄o. Quis erat melchisedech? Rex salem.
Salem ciuitas fuit antea illa: que post ea
sicut doctores ꝓdiderunt: iherusalem dicta ē. Ergo
antea quam ibi regnarent iudei. ibi erat ille
sacerdos melchisedech: qui scribitur in genesi.
sacerdos di excelsi. Ipse occurrit abrahe qñ
libabant loth de manu ꝓsequentium: & ꝓstrauit
eos aquilo: ille reuertebatur: & libauit fratrem.
Post libationem fili occurrit ei melchisedech.
et tantus erat melchisedech. a quo benedicebatur
abraham. Proculte panem & uinum: & benedixit
abrahe: & dedit illi decimas abraham. Videte
quo ꝓcul ei: & quem benedixit: & cui dicti
ē post ea tu es sacerdos in ēternum secūm ordinem
melchisedech. Dauid hoc in spū dixit: longe
post abraham. Temporib; autem abrahe: fi
ut melchisedech. De quo alio dicit. tu es sacer
dos in ēternum secūm ordinem melchisedech.
n̄ de illo cuius nostis sacrificium? Sublatum
ē g sacrificium aaron: & cepit ee sacrificium se
cundum ordinem melchisedech. Ergo mira
uit nescio quis uultum suum. Quis est ihs?
Nescio quisnam sit: & scio quis. Notus est
enim dominus nr ihs xp̄s. In corpore et
sanguine suo: uoluit esse salutem nostram.
Vnde autem commendauit corpus & sanguinem suum? De humilitate sua. Nisi enim esset
humil: nec manducaretur nec bibetur. Respice atq; adtende ipsius: in principio erat uerbum? & uerbum erat apud deum: & deus erat
uerbum. Ecce ecclesiam. Sed manducant
angeli: manducant sempiterne uitatem? man
ducant celestes spūs? & manducantes sagi
nantur. & integrum manet quod eos sacrat
et letificat. Quis autem homo posset ad illum
cibum? Vnde eo tam idoneum illi cibo?
Oportebat g ut mensa illa lactesceret: & ad
paruulos ꝓueniret. Vnde autem fit cibus lac?
Vnde cibus in lac conuertitur? n̄ p carnem ma
tris? Nam mater hoc facit. Quod man
ducat mater: hoc manducat infans. Sed

quia minus idoneus est infans qui pane ues-
catur: ipsum panem mat̄ incarnat: & p hu-
militatem mammille & lactis succum. de ipso
pane pascit infantem. Quom̄ g̊ de ipso pane
pascit infantem? Quom̄ g̊ de ipso pane pa-
uit nos sapientia dī? Quia ūbum caro fac-
tum ē: & habitauit in nob̄. Uidete g̊ humi-
litatem: quia panem angl̄orum manducauit
homo: ut scr̄ptum ē. Panem celi: dedit ill̄.
Panem angl̄orum manducauit homo: id ē
ūbum illud quo pascuntur angeli sempiter-
num. quod ē equale pat̄ manducauit homo:
quia cum in forma dī esset. non rapinam ar-
bitratus ē esse equal̄ dō. Saginantur illo an-
geli. S; semet ipsum exinaniuit. ut man-
ducaret panem angl̄orum homo formam
serui accipiens: in similitudinem homi-
num factus & habitu inuentus ut homo: hu-
miliauit semet ipsum factus obediens usq; ad
mortem. mortem autem crucis: ut iam
de cruce comm̄dareatur nob̄ caro & sanguis
domini nouum sacr̄ficium: quia mutauit
uultum suum coram abimelech: id ē coram
regno pat̄s. Regnum enim pat̄s: regnum
erat iudeorum. Quom̄ regnum pat̄s? Reg-
num dauid: regnum abrahe. Nam regnum
pat̄s dī magis ecc̄la: quam pp̄l̄s iudeorum.
S; sc̄dm carnem regnum pat̄s: pp̄l̄s isr̄l̄. Dic-
tum ē enim. Et dabit ei deus sedem dauid pa-
t̄s sui. Demonstrat̄ g̊ sc̄dm carnem pat̄ domini
esse dauid. Secundum diuinitatem autem x̄c:
non filius s; dominus dauid. Judei ů x̄m sc̄dm car-
nē norunt. sc̄dm diuinitatē n̄ norunt. Jdō facit
ill̄ questionem: & dicit. Cuius esse dicitis fi-
lium xp̄m? Et respondūnt. Dauid. filium.
Et ille. Quom̄ g̊ dauid in sp̄u uocat eum
dn̄m ubi ait: dix̄ domin̄ domino meo sede
ad dextr̄am meam donec ponam inimicos
tuos sub pedib; tuis? Si g̊ dauid in sp̄u uo-
cat eum dn̄m: quom̄ filius eius ē? Et non
potuerunt illi respondē: quia n̄ norant
in dn̄o xp̄o. nisi quod uidebatur oculis: n̄
qd̄ corde intelligebatur. Si autem habēnt
intus oculos sicut habebant foris: ex eo qd̄
foris uidebant intelligēnt filium dauid.

ex eo quod intus intelligebant. intelligēnt
dn̄m dauid. Mutauit g̊ uultum suum: coram
abimelech. Quid ē coram abimelech? Coram
regno pat̄s. Quid coram regno pat̄s? Coram
iudeis. Et dimisit eum: & abijt. Quem di-
misit? Ipsum pp̄l̄m iudeorum dimisit: et
abijt. Queris m̄ xp̄m apud iudeos: & non
inuenis. Vn̄ dimisit & abijt? Quia mutauit
uultum suum. Herentes enim illi sacr̄ficio
sc̄dm aaron. non tenuerunt sacr̄ficium se-
cundum ordinem melchisedech: amiserunt
xp̄m: & cep̄unt eum hab̄e gentes: quo n̄
miserat ante p̄cones. Nam ad illos p̄cones
miserat ipsum dauid. abraham. ysaac. ia-
cob: ysaiam. ihēmiam. & cetēos pp̄h̄as mise-
rat: & pauci inde cognouerunt. Et ipsi
pauci in comp̄atione p̄euntium. Nam multi
erant. Milia enim legimus fuisse. Scr̄ptum ē.
Reliquie salue fient. Et queris m̄ circum-
cisos x̄anos: & non inuenis. Erant autem
de circumcisione recentib; temporib; fidei
multa milia x̄anorum. Queris m̄: & non in-
uenis. Mīto non inuenis. Mutauit enim
uultum suum coram abimelech: & dimisit
eum & abijt. Et coram achis mutauit
uultum suum: & dimisit eum & abijt.
Jdeo enim sunt mutata nomina: ut ad mis-
terij significationem nos excitaret muta-
cio nominum: ne putaremus non narrari
aut commemorari in scr̄pturis psalmorum.
n̄ qd̄ in libris regnorum gestum inuenitur:
et non ibi querēmus futurorum figuras: s;
tamquam res gestas accip̄emus. Cum g̊ no-
mina mutantur: quid t̄ dicitur? Clausum
hic ē aliquid. Pulsa. Noli herere in littera q̄
littera occidit: s; desicl̄a sp̄m: sp̄c enim ui-
uificat. Intellectus sp̄ual̄: credentem saluū
facit. Quom̄ g̊ dimisit achis regem? Atten-
dite fr̄s. Achis dixi int̄p̄tari: quom̄ ē. Recor-
damini euuangl̄ium. Quando loquebatur
domin̄ n̄r ihc xp̄c de corpore suo: ait.
Nisi quis manducauit carnem meam: et
bibit sanguinē meū n̄ habebit in se uitam
ēternam. Caro enim mea uere esca ē: & san-
guis meus uere potus ē. Et discipuli eius

qui eum sequebantur expauerunt & exhor
ruerunt sermonem. quem non intelligentes
putauerunt nescio quid durum dicere dnm
ihm xpm: quod carnem eius quam uidebant
manducaturi erant: & sanguinem bibitur:
et non potuerunt tolerare quasi dicentes.
Quomodo est? Error enim & ignorantia & stul
ticia: in psona est regis achis. Ubi enim dr
quomodo est: non intelligitur. Ubi non intelligitur:
tenebre ignorantie sunt. Erat ergo in illis reg
num ignorantie. quasi rex achis: id est reg
num erroris eis dominabatur. Ille autem
dicebat. Nisi quis manducauerit carnem meam
et biberit sanguinem meum: quia muta
uerat uultum suum. Quasi furor iste & insa
nia uidebatur dare carnem suam mandu
candam hominibus: & bibendum sanguinem.
Ideo quasi insanus deputatus est dauid: quando
dixit ipse achis. Arrepticium hunc michi
adduxistis? Nonne uidetur insania man
ducare carnem meam & bibere sanguinem
meum: & quicumque non manducauerit car
nem meam. & biberit sanguinem meum. non
habet in se uitam? Quasi insanire uidebatur. Sed
regi achis insanire uidebatur: id est stultis et
ignorantibus. Ideo dimisit eos: & abiit. Fugit de
corde eorum intelletus: ne eum possent com
prehendere. & quid dixerunt illi? Quasi quomodo est:
quod interpretatur achis. Dixerunt enim. Quo
modo potest hic nobis dare manducare car
nem suam? Arrepticium putabant dnm:
et nescire quid loquebatur: & insanire. Ille
autem qui nouerat quod dicebat: in illa
mutacione uultus sui. & quasi furore & insa
nia sacramenta predicebat: & affectabat & tim
panizabat ad ostia ciuitatis. Querendum est
quid sit & ipsum affectabat: querendum est
quid sit & ad ostia timpanizabat. Non sine
causa dictum est. procidebat ad ostia porte:
non sine causa dictum est. & saliue decurrebant
super barbam eius. Non frustra dicta sunt:
mercede intelligentie diuturnus sermo one
rosus esse non debet. Nostis fratres uideos ipsos
coram quibus ille mutauit uultum suum. &
dimisit eos & abiit: hodie uacare. Si illi qui

xpm amiserunt. quos dimisit & abiit habent
manem uacationem: nos habemus fructuosam
uacationem: ut intelligamus xpm qui illos
dimisit & uenit ad nos. Omnia enim non frustra
facta sunt: & in illo furore dauid. & quod dicitur
affectabat & timpanizabat ad ostia ciuitatis:
et ferebatur in manibus suis & procidebat ad
ostia porte: & saliue decurrebant super bar
bam eius. Affectabat ille. Quid est affectabat?
Affectum habebat. Quid est affectum habere?
Quoniam compassus est infirmitatibus nostris.
Et ideo uoluit ipsam carnem suscipere: in
qua mortem occideret. Compassus est ergo nobis:
affectasse dictus est. Ideo reprehendit apostolus eos
qui duri sunt: & sine affectu. Reprehendens
enim quosdam: ait. Sine affectu: sine misericordia.
Ubi est affectus: ibi misericordia. Ubi misericordia est?
Miseratus est nos: de supernis. Nam si exinanire
se nollet manens in ea forma in qua equalis
erat patri: semper nos in morte remansissemus.
Sed ut nos de morte sempiterna liberaret. quo
nos peccatum superbie perduxerat: humiliauit
se factus obediens usque ad mortem: mortem
autem crucis. Ergo affectauit: quia peruenit
usque ad mortem crucis. Et quoniam qui cru
cifigitur in ligno extenditur: ut autem tim
panum fiat: caro id est eorum in ligno exten
ditur. dictum est & timpanizabat. Ergo timpa
nizabat: hoc est crucifigebatur: in ligno ex
tendebatur. Affectabat id est affectum in nos ha
bebat: ut animam suam poneret pro ouibus suis.
Timpanizabat. Quomodo? Ad ostia ciuitatis.
Ostium nobis est quod aperitur: ut credamus in
dm. Clauseramus ostium contra xpm: et
aperueramus diabolo. Contra uitam eternam: clau
sum cor habebamus. Ille autem dominus deus
noster cui clausum cor habebamus homines
aduersus uitam eternam: nec poteramus uidere
uerbum quod uident angeli: cruce aperibat cor
da mortalium: quia timpanizabat ad ostia
ciuitatis. & ferebatur in manibus suis. Hoc
uero fratres quomodo posset fieri in homine quis in
telligat? Quis enim portatur in manibus
suis? Manibus aliorum potest portari homo:
manibus suis nemo portatur. Quomodo intelligatur

in ipso dauid secundum litteram non inuenimus:
in xpo autem inuenimus. Ferebatur autem
xpc in manibus suis: quando commendans ip
sum corpus suum: ait. Hoc est corpus meum.
Ferebat illud: in manibus suis. Ipsa est humili
tas domini nostri ihu xpi: ipsa multum com
mendatur hominibus. Ad ipsam nos hortatur
frs ut uiuamus. id est humilitatem eius
imitemur: & percutiamus goliam: & te
nentes xpm uincamus superbiam. Procide
bat enim: ad ostia porte. Quid est procidebat?
Ad humilitatem se ipsum deiciebat. Quid
est ad ostium porte? Ad initium fidei quo
salui efficimur. Nemo enim incipit nisi ab initio
fidei: sicut dr in cantico canticorum. Venies et
pertransies ab initio fidei. Venturi sumus facie ad
faciem: sicut scriptum est. Dilectissimi filii dei
sumus: & nondum apparuit quid erimus.
Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus:
quoniam uidebimus eum sicuti est. Videbimus.
Quando? Cum ista transierint. Audi etiam
paulum apostolum. Videmus nunc per speculum
in enigmate: tunc autem facie ad faciem.
Antequam ergo uideamus facie ad faciem uer
bum quod uident angeli: opus est nobis adhuc ostiis
porte ad que procidit dominus humilians se
usque ad mortem. Quid est quod saliue decurre
bant super barbam eius? In hoc enim immu
tauit uultum suum coram abimelech uel achis:
et dimisit eum & abiit. Non intelligentes
dimisit. Ad quos discessit? Ad gentes. Ergo
nos intelligamus: quod ipsi non potuerunt.
Decurrebant super barbam dauid saliue. Quid
sunt saliue? Quasi uerba infantilia. Saliue
enim currunt in infantibus. Nonne erant tan
quam infantilia uerba: manducate carnem
meam. & bibite sanguinem meum? Sed ista in
fantilia uerba: tegebant uirtutem ipsius. Virtus
enim: in barba intelligitur. Saliue ergo decurren
tes super barbam quid sunt nisi uerba infirma uir
tutem eius tegentia? Intellexit ut arbitror
sanctitas uestra: titulum psalmi huius. Si uelimus
iam psalmum exponere: timendum est ne illa
que audistis labantur de cordibus uestris. Titulum
psalmi huius exposuimus in nomine domini
nostri ihu xpi: & quoniam crastinus dies dominicus
est. & debemus uobis sermonem: differamus in
crastinum: ut etiam psalmi textum libenter
audiatis.

Explicit tractatus de titulo psal
mi. xxxiii. Incipit sermo primus.

Qui hesterna
die adfuistis: non dubito quod me
minitis pollicitationis nostre.
Tempus enim iam est in nomine
domini: debitum soluere. Ipse qui inspirauit ut
promitteremus: ipse dabit sede ut soluamus:
semper existentes debitores caritatis. Ipsa est enim
que semper redditur: & semper debetur: sicut
dicit apostolus. Nemini quicquam debeatis: nisi ut
inuicem diligatis. Psalmi huius titulum heri ex
posuimus: cuius expositio nos cum diutius reti
neret: eiusdem psalmi textum exponendum dis
tulimus. Audiamus ergo quid spc sanctus per os
prophete sancti sui dicat in isto sermone psalmi:
quod congruat titulo quem hesterno die tracta
uimus. Qui non affuerunt tamen: & hoc debitum
petunt. Sed ne forte per alias tantas moras frau
demus eos quibus iam reddendum est quod debemus:
breuiter commemoratum agnoscant quantum
possunt qui hodie assunt. & heri non affuerunt.
Siquid autem eos mouet quod diligentius interro
gare debeant: patentes aures uestras inueni
ent in nomine xpi aliis temporibus: ne isti modo
occupentur. Diximus scriptum esse ~~in libro~~ in li
bro regnorum: quod dauid cum fugeret saul la
tere uoluit apud regem quendam geth
nomine achis. Sed cum gloria eius ibi
fuisset commemorata: ne per liuorem
idem rex ad quem confugerat aliquid in eum
machinaretur. finxit insaniam: & quasi fu
rore correptus mutauit uultum suum: et
sicut legimus affectabat & timpanizabat ad
ostia ciuitatis: & ferebatur in manibus suis:
et procidebat ad ostia porte. Et dixit rex achis.
Quid huc mihi adduxistis istum? Numquid
arrepticio ego opus habeo? Et sic eum di
misit ut impleatur hic quod scriptum est:
mutauit uultum suum & dimisit eum et
abiit. Dimisit autem regem achis. Hic uero
dictum est quod mutauit uultum suum coram

abimelech: & dimisit eum & abiit. Diximus
autem nomina mutata esse: ut sacramentum
ostenderetur: ne si idem nomen repetitum esset
in titulo psalmi: non nobis prophetasse aliquid in
sacramento: sed quasi gesta narrasse uideretur.
Utrumque autem nomen: magnum continent
sacramentum. Nam achis interpretatur quomodo est.
Abimelech interpretatur patris mei regnum. In illo
uerbo quod dicitur quomodo est. ignorantia signifi
catur: ut uerbum mirantis & non agnoscentis
intelligas. In isto autem quod dicitur abi
melech: regnum iudeorum significatur. Ex
xpi enim persona potest dici patris mei regnum:
quia pater ipsius secundum carnem dauid: et
regnum dauid erat in gente iudeorum.
Coram regno quo patris sui mutauit uultum suum
et dimisit eum & abiit: quia erat ibi sacrificium
secundum ordinem aaron: & postea ipse de corpore
et sanguine suo instituit sacrificium secundum
ordinem melchisedech. Mutauit quo uultum
suum in sacerdotio: & dimisit gentem iudeorum:
et uenit ad gentes. Quod quo affectabat: affectu
plenus erat. Quid enim tam plenum affectu
quam misericordia domini nostri ihesu xpi: qui uidens
infirmitatem nostram ut nos a sempiterna morte li
beraret. temporalem uitam cum tanta iniuria
contumeliaque suscepit? & timpanizabat. Quia
timpanum non fit nisi cum corium in ligno exten
ditur: & timpanizabat dauid significans
quod crucifigendus esset xpc. Timpanizabat
autem ad ostia ciuitatis. Que sunt ostia ciui
tatis. nisi corda nostra? Clauseramus ea: contra
xpm. De timpano crucis: aperuit corda
mortalium. Et ferebatur in manibus suis. Quo
modo ferebatur in manibus suis? Quia cum
commendaret ipsum corpus suum & sanguinem
suum: accepit in manus suas quod norunt fide
les: & ipse se portabat quodammodo cum diceret
hoc est corpus meum. Et procidebat ad ostia por
te: id est humiliabat se: hoc est enim procidere
usque ad initium fidei nostre. Ostium enim porte
initium fidei: unde incipit ecclesia & peruenit ad
spem: ut cum credit ea que non uidet mere
atur frui cum facie ad faciem uidere cepit. Sic
se habet titulus psalmi. Breuiter audiuimus. Audi
amus iam ipsa uerba affectantis & timpanizan
tis: ad ostia ciuitatis. Benedicam dominum in
omni tempore: semper laus eius in ore meo.
Dicit xpc: dicat & xianus: quia xianus in
corpore xpi est. & propterea xpc homo ut posset
esse xianus angelus. & quid ait? Benedicam
dominum. Quando? Quando tibi bene facit?
quando secularia abundant? quando abun
dat multum frumenti. olei. uini. auri. argenti.
mancipiorum. pecorum. salusque ista mortalis
inuulnerata & incorrupta persistit: eaque nascuntur
crescunt omnia: nichil in matura morte subtrahitur:
felicitas tota abundat in domo. circumfluunt
omnia: tunc benedicis dominum? Non se in omni tem
pore. Ergo & tunc & quando ista secundum
tempus. & secundum flagellum domini dei nostri
turbantur & auferuntur: minus nascuntur:
iam nata dilabuntur. Fugiunt enim hec: et
inde sequetur penuria. egestas. labor. & dolor
temptationis. Sed tu qui cantasti benedicam
dominum in omni tempore semper laus eius in ore
meo? & quando ista dat benedic. & quando ista
tollit benedic: quia ille dat ille tollit: sed se
ipsum a benedicite non tollit. Quis est autem
qui benedicit dominum in omni tempore? nisi hu
milis corde? Ipsam enim humilitatem docuit
dominus noster in corpore & sanguine suo: quia cum
commendat corpus & sanguinem suum humilitatem
suam commendat. In eo quod scriptum est in ipsa hys
toria in illo quasi furore dauid quod pretermisimus:
et saliue decurrebant super barbam eius: cum
legeretur apostolus. audistis ipsas saliuas sed decurren
tes super barbam. Dicit aliquis. Quas saliuas au
diuimus? Nonne modo lectus est apostolus cum diceret
iudei signa petunt: & greci sapientiam querunt?
Modo lectum est. Nos autem predicamus inquit
xpm crucifixum. Tunc enim timpanizabat.
Iudeis quidem scandalum: gentibus autem
stulticiam: ipsis uero uocatis iudeis & grecis
xpm dei uirtutem & dei sapientiam: quia quod
stultum est dei sapientius est hominibus: & quod
infirmum dei. fortius est quam homines. Sa
liue enim significant stulticiam: saliue sig
nificant infirmitatem. Sed si quod stultum est
dei sapientius est hominibus. & quod infirmum

dī fortius est quam homines: non tamq̄ saliue
offendant: sed attende quia sup barbam decur
runt. Quom̄ enim in saliuis infirmitas: sic in
barba uirtus ostenditur. Texit ḡ uirtutem suam:
corpore infirmitatis sue. Et quod forinsecus in
firmabatur: tamquam saliua apparebat: int̄
autem diuina uirtus tamquam barba tegebat̄.
Ergo humilitas nob̄ commendatur. Esto hu
milis si uis benedicē dn̄m in omni tempore et
semp laus eius sit in ore tuo: quia et iob non
tantum bn̄dicebat dn̄m. quando abundabant
illa om̄a quib; eum legimus diuitem fuisse.
et pecore. et seruis. et domo. felicem filiis:
et omnib; reb;. Ablata sunt omnia uno tem
pore: et impleuit qd̄ scriptum ē in hoc psalmo
dicens. Dn̄s dedit dominus abstulit: sicut
domino placuit ita factum ē: sit nomen
domini benedictum. Ecce habes exemplum
bn̄dicentis: in omni tempore. Quare autem
bn̄dicit dn̄m homo in omni tempore? Quia
humil est. Esse humilem quid ē? Nolle in se
laudari. Qui in se uult laudari: sup̄b; ē. Qui
sup̄b; non ē: humil est. Non uis ḡ esse sup̄b?
Ut possis esse humil: dic qd̄ dictum est. In
domino laudabitur anima mea: audiant man
sueti et letentur. Ergo qui non in domino nr̄o
uolunt laudari. non sunt mansueti. sed truces. as
peri. elati: sup̄bi. Iumenta mansueta: uult ha
bere dn̄s. Esto iumentum domini: id ē esto mā
suetus. Sedet ille sup te: ipse te reget. Noli ti
mere ne offendas: ut eas in p̄ceps. Infirmitas
quidem tua ē: sed attende quis t̄ p̄sideat. Pullus
asini es: sed xp̄m portas. Nam ipse in pullo asi
ni uenit ad ciuitatem: et fuit illud iumentum
mansuetum. Numquid laudabat̄ iumentum
illud? Numquid iumento dicebat̄ osanna fi
lio dauid. benedictus qui uenit in nomine do
mini? Asellus portabat: sed ille qui portabatur
a p̄cedentib; et consequentib; laudabatur:
et dicebat forte iumentum. In domino lauda
bitur anima mea: audiant mansueti et le
tentur. Numquam illud dixit ille asinus
fr̄s: sed dicat illud ppl̄s qui imitatur iumentum
illud. si uult portare dn̄m suum. Irascitur
forte ppl̄s quia comparatur asello in quo sedit
dn̄s: et dicent m̄i aliq̄ sup̄bi et elati. Ecce asinos nos
fecit. Asinus dn̄i sit q̄sq̄s hoc dic̄: ne sit eqū et mul̄ q̄b;
n̄ ē intellect̄. Nostis enī psalmū ū dr̄: nolite fieri sic̄ eqū
mul̄ q̄b n̄ ē intellect̄. Equus enim et mulus eri
gunt c̄uicem alinquando: et sua ferocitate
excutiunt a se sessorem. Domantur frenis. cha
mo ūbib; donec desinant. donec discant subi
ci: et portare dn̄m suum. Tu autem antequam
freno tundantur ora tua: esto mansuetus: et
porta dn̄m tuum. Noli in te uelle laudari: sed
laudetur ille qui sup te sedet: et dices. In do
mino laudabitur anima mea: audiant mansu
eti et letentur. Nam quando audiunt: non
mansueti non letantur sed irascuntur: et ipsi
sunt qui dicunt. qd̄ asinos eos fecimus. Qui
autem mansueti sunt: dignantur audire et
esse qd̄ audiunt. Sequitur. Magnificate do
minum mecum. Quis ē iste qui exhortatur
ut magnificemus cum illo dn̄m? Quisquis
est fr̄s in corpore xp̄i: ad hoc debet dare
op̄am: ut magnificetur cum illo domin̄. Amat
enim dn̄m: quisquis ē iste. Et quom̄ illum
amat? Ut non uideat eo amatori suo. Quis
quis enim amat carnalit̄: necesse ē ut cum
zelo pestifero amet. Si forte mangonium aliq̄s
p magno nudam uide potuit. quam pestifero
amore desiderauit: numquid uult ut uideat
illam et alius? Necesse ē ut zelo et liuore sau
cietur: si alius eam uidit. Et sic seruatur
castitas: si aut ille uideat cui licet: et alius n̄
uideat aut nec ipse. Non sic ē sapientia dī. Vi
debimus illam facie ad faciem: et om̄s uidebim̄:
et nemo sibi se zelabit. Omnib; se exhibet:
et integra ē: et casta est omnib;. Illi mutan
tur in ea: et ipsa in eos non mutatur. Ipse
ūitas: ipse ē deus. Numquid aliquando au
distis fr̄s: qd̄ potuit commutari deus nr̄?
Sup eminens omnib; ūitas ē. ūbum dei ē.
sapientia dei ē: p quem facta sunt omnia.
Habet amatores suos. Sed quid dicit amator
ipsius? Magnificate dn̄m mecum. Nolo so
lus magnificare dn̄m: nolo solus amare:
nolo solus amplecti. Non enim si ego am
plexus fuero: non h̄t alius ubi man̄
ponat. Latitudo tanta ē in ipsa sapientia:

ut omnes animę amplectantur & perfruantur.
Et quid dicam fratres? Erubescant qui sic amant
dominum: ut inuideant aliis. Aurigam perditi ho-
mines amant: & quisquis amauit aurigam
aut uenatorem: uult ut totus populus cum
ipso amet: & hortatur & dicit. Amate me-
cum illum pantomimum: amate mecum
illam turpitudinem. Et clamat in populo ut
ametur cum illo turpitudo: & xpianus non
clamat in ecclesia ut ametur cum illo ueritas dei?
Excitate ergo in uobis amorem fratres: & clamate
unicuique uestrorum & dicite. Magnificate do-
minum mecum. Sit in uobis: iste feruor. Qua-
re uobis ista recitantur. & exponuntur? Si
amatis dominum: rapite omnes ad amorem dei qui
uobis iunguntur: & omnes qui sunt in domo uestra.
Si amatur a uobis corpus xpi: id est unitas
ecclesie: rapite eos ad amorem dei & dicite. Mag-
nificate dominum mecum: & exaltemus nomen
eius in id ipsum. Quid est exaltemus nomen eius
in id ipsum? Hoc est in unum. Nam multi co-
dices sic habent. Magnificate dominum mecum: &
exaltemus nomen eius in unum. Siue in id
ipsum dicatur: siue in unum: hoc idem
dicit. Ergo rapite quos potestis hortando.
portando. rogando. disputando: racionem
reddendo. Cum mansuetudine. cum lenita-
te. rapite ad amorem: ut si magnificant
dominum. in unum magnificent. & pars do-
nati: uidetur sibi magnificare dominum.
Quid eos offendit orbis terrarum? Dicamus illis.
Fratres magnificate dominum mecum: & exal-
temus nomen eius in unum. Quare in pre-
cisione uultis magnificare dominum? Ille unus est.
Quare duos populos uultis facere deo? Quare
uultis dissipare corpus xpi? Certe enim
pendebat in cruce: quando timpanizabat.
Et cum penderet in cruce emisit spiritum:
et uenerunt illi qui eum suspenderant: &
inuenerunt illum dimisisse spiritum: & non
fregerunt illi crura. Latronibus autem ad-
huc in cruce uiuentibus fregerunt: ut per
ipsum dolorem compendio mortis ab illo
cruciatu liberarentur: quomodo solebat cruci
fixis fieri. Ergo uenit persecutor: inuenit
dominum quiete deposuisse spiritum: quia ipse dixit:
potestatem habeo ponendi animam meam.
Pro quibus posuit animam suam? Pro uniuersa
plebe sua: pro toto corpore suo. Venit ergo perse-
cutor. & non fregit crura xpi: uenit dona-
tus & dirupit ecclesiam dei. Integrum corpus
xpi in cruce inter manus persecutorum est: inter
manus xanorum non est integrum corpus
ecclesie. Clamemus ergo fratres cum gemitu quan-
tum possumus dicentes: magnificate do-
minum mecum: & exaltemus nomen eius
in unum. Ecclesia illis clamat. Vox est ecclesie: cla-
mans illis qui se precipitauerunt. Unde enim
dirupti sunt? Per superbiam. Docet autem
xpc per humilitatem. cum commendat corpus
suum & sanguinem: quod diximus sanctitati
uestre in hoc textu psalmi agi & celebrari.
ubi commendatur corpus & sanguis domini:
ubi commendatur humilitas xpi: quam pro nobis
suscipere dignatus est. Inquisiui dominum & exaudi-
uit me. Ubi exaudit dominus? Intus. Ubi
dat? Intus. Ubi oras: ibi exauditis: ibi bea-
tificaris. Orasti intus: exauditus es. beatificatus
es: & non scit qui iuxta te stat. Gestum est
totum in occulto: sicut dominus dicit in eu-
uangelio. Intra in cubiculum tuum: claude
ostium tuum & ora in occulto: & pater tuus
qui uidet in occulto reddet tibi. Cum ergo intras
in cubiculum tuum: intras in cor tuum.
Beati qui gaudent quando intrant ad
cor suum: & nichil mali ibi inueniunt.
Attendat sanctitas uestra quomodo nolunt in-
trare domos suas: qui habent malas uxores:
quomodo exeunt ad forum & gaudent. Ce-
pit esse hora qua intrent in domum suam:
contristantur. Intraturi sunt enim ad tedia.
ad murmura. ad amaritudines. ad euersi-
ones. quia non est domus composita: ubi
inter uirum & uxorem pax nulla est. Et
melius illis est foris circuire. Si ergo miseri sunt
qui cum redeunt ad parietes suos timent
ne aliquibus suorum perturbationibus euitantur:
quam sunt miseriores qui ad conscientiam
suam redire nolunt: ne ibi litibus peccatorum
euitantur? Ergo ut possis libens redire ad

cor tuum: munda illud. Beati enim mundo corde: quoniam ipsi deum uidebunt. Aufer inde cupiditatum sordes: aufer labem auaricie: aufer tabem superstitionum: aufer sacrilegia & malas cogitationes odia. non dico aduersus amicum: sed etiam aduersus inimicum. Aufer ista omnia: intra in cor tuum: & gaudebis ibi. Cum ibi ceperis gaudere. ipsa mundicia cordis tui delectabit te. & facit orare: quomodo si uenias ad aliquem locum. silentium est ibi forte: quies est ibi mundus est locus: oremus hic dicis: et delectat te compositio loci & credis quod ibi te exaudiat deus. Si ergo loci uisibilis te delectat mundicia: quare te non offendit immunditia cordis tui? Intra munda omnia: leua oculos tuos ad dominum: & statim te exaudiet. Clama & dic. Inquisiui dominum et exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Quare? Quia cum fueris illuminatus: cum ceperis hic habere bonam conscientiam. restant tribulationes: quia restat aliquid infirmum. Donec absorbeatur mors in uictoria. & mortale hoc induat immortalitatem: necesse est ut in hoc seculo flagelleris. necesse est ut aliquas temptationes suggestionesque patiaris. Mundabit dominus omnia: eruet te ab omni tribulatione. Ipsum quere. Inquisiui dominum & exaudiuit me. Qui ergo non exaudiuntur: non dominum querunt. Intendat sanctitas uestra. Non dixit inquisiui aurum a domino & exaudiuit me: inquisiui a domino senectutem & exaudiuit me: inquisiui a domino hoc & illud et exaudiuit me. Aliud est aliquid inquirere a domino: aliud ipsum dominum inquirere. Inquisiui inquit dominum: & exaudiuit me. Tu autem quando oras & dicis occide illum inimicum meum: non dominum inquiris: sed quasi facis te iudicem super inimicum tuum: et facis questionarium dominum tuum. Unde scis ne melior sit cuius mortem queris: eo ipso forte quia ille non querit tuam? Ergo noli aliquid a domino extra querere: sed ipsum dominum quere & exaudiet te: & adhuc te loquente dicet. ecce adsum. Quid est ecce adsum? Ecce presens sum. Quid uis? Quid a me queris? Quicquid tibi dedero uilius est quam ego. Me ipsum habe. me fruere: me amplectere. Nondum potes totus. ex fide contingere me & inherebis mihi. Hoc tibi deus dicat. & cetera onera tua ego a te deponam. ut totus michi hereas cum hoc mortale tuum ad immortalitatem conuertero: ut sis equalis angelis meis: & semper uideas faciem meam & gaudeas: & gaudium tuum nemo auferet a te: quia inquisisti dominum & exaudiuit te. & ex omnibus tribulationibus eruit te. Diximus quid esset hortatus amator ille qui non solus uult amplecti quod amat: & dicit. Accedite ad eum & illuminamini. Dicit enim quod ipse probauit. Spiritualis enim quidam in corpore christi uel etiam ipse dominus noster ihesus christus secundum carnem caput: exhortans membra cetera quid dicit? Accedite ad eum & illuminamini: aut potius christianus aliquis spiritualis ad ipsum dominum nostrum ihesum christum inuitat ut accedamus. Sed accedamus ad eum & illuminabimur: non quomodo ad eum accesserunt iudei ut tenebrarentur. Accesserunt enim ad illum ut crucifigerent: nos ad eum accedamus: ut corpus & sanguinem eius accipiamus. Illi de crucifixo tenebrati sunt: nos manducando crucifixum et bibendo illuminemur. Accedite ad eum & illuminamini. Ecce gentibus dicitur. Crucifixus est christus: inter iudeos erat seuientes & uidentes: gentes absentes erant. Ecce illi accesserunt qui in tenebris erant: & qui non uiderunt illuminati sunt. Unde accedunt gentes? Fidem sectando: corde inherendo: caritate currendo. Pedes tui caritas tua est. Duos pedes habeto: noli esse claudus. Qui sunt duo pedes? Duo precepta dilectionis dei & proximi. Istis pedibus curre ad dominum. Accedis ad illum: quia ut curreres ipse hortatus est. Et ipse suum lumen aspersit: sic ut magnifice & diuine secutus est. & uultus uestri: non erubescent. Accedite inquit ad eum & illuminamini: & uultus uestri non erubescent. Non erubescit uultus: nisi superbi. Quare? Quia elatus uult

ēē. Et quando fuit passus contumeliam. aut ignominiam. aut caulam secūm scīm: aut aliquam afflictionē: erubescit. Sz nolite timē. accede ad eum: & ñ erubescet quicquid fecit t inimicus. Videtur te superior ēē apud hominē: sz ut apud dñm superior illo est. Ego cepi. ego ligaui: ego interfeci. Quam superiorē sibi uidentur qui ista dicunt? Quam sibi uidebantur superiorē uidere. quando dñm colaphizabant: quando spuebant in faciem eius. et de canna percutiebant caput. quando spinis coronabant: quando tunica ignominiosa circumdabant quam superiorē erant: & ille uidebatur inferior quia perdebat ad ostia portę: sz ille ñ erubescebat. Lumen enim erat uerū qđ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundū. Sicut g lum̄ non potest confundi: sic & illuminatum ñ sinit confundi. Accedite g ad eum & illuminamini: & uultus uri non erubescent. Sz dicit aliquis. Quom̄ ad eum accedo? qui tantas mat. tantas peccatorū tantas sum? Tanta secū clamant de conscientia mea? quom̄ audeo accedē ad eum? Quom̄? Si humiliauit te: ppenitentiam. Sz erubesco aīs agē penitentiam. Accede g ad eum & illuminabis: & uultus tuus non erubescet. Si enim timor erubescentiā reuocat te a penitentia. penitentia autem facit te accedē ad eum? non uides qua penam gestat in uultu: qua rōne erubuit uultus tuus quoniam non accessit ad eum? rōne non accessit quia non uult agē penitentiam: sicut attestatur Aphetа. Iste mopſ clamauit: & dominus exaudiuit eum. Docet te quom̄ exaudiaris: ideo non exaudiris quia diues es. forte clamabas: & non exaudiebaris. Audi quare. Iste mops clamauit: & dominus exaudiuit eum. Inopſ clama: & dominus exaudit. & quomodo clamabo inopſ? Ut & tu habes aliquid? ñ inde plumas de uentre tuo: ut intelligas te indigentem. ut intelligas tandiu te ēē paupem: quandiu non habes illum qui facit te diuitem. Quom̄ autem dñs exaudiuit eum? & ex omnib; tribulationib; eius inq̄t saluum facit eum. & quom̄ facit ab omnib; tribulationib; saluos? Immittit angelus dñi in circuitu timentium eum: & eruet eos. Sic ſeptum ē filiis non quom̄ hoīe aliq̄ men dosi coducet. immittet angelum dominū in circuitu timentium eum & eruet eos: tu sic immittet angelus dominū in circuitu timentium eum: & eruet eos. Quem hic dicit angelum dominū? qui immittit in circuitu timentium eum & eruet eos? Ipse dñs ihc xp̄c in Aphia dictus ē: magni consilij angl̄s. Sic illum dixerunt Aphē. Ipse g magni consilij angl̄s? magni consilij nominus? immittet in eos qui timent dñm: & eruet eos. Noli g timē ne lateas. Ubicunq; dñm inueneris? nouit te ille angl̄s qui immittit in circuitu: & eruet te. Aptē in de ipso sacramento uult dicē: quo ferebatur in manib; suis. Gustate & uidete qm̄ suauis ē dominus. Nonne apte se psalmus & ostendit t illam quasi insanam. et furiosam constantem. sanam insaniam. et sobriam ebrietatem illius dauid. qui in figura nescio quid ostendebat? quando illi miser coram rege achis dixerunt quom̄ ē? Quando dicebat dñs. ñ qui manducauit carnem meā et bibit sanguinem meum. ñ habebit in se uitam? illi in quib; regnabat achis. rōne erroꝛ et ignorantia. quid dixerunt? Quomodo iste potest dare nob; carnem suam manducare? Si ignoras: gusta & uide quam suauis ē dominus. Si autem non intelligas. rex est achis. Immutabit faciem suam dauid et recedet ate: & dimittet te & abibit. Beatus uir qui spat in eum. Hoc quid opus ē dicere? Quisquis in domino non spat: miser est. Quis est qui non spat in domino? Qui in se spat. Aliquando qđ peius ē filiis meis attendite? homines nolunt spare in se: sz in alijs hominib;. Salua salute aīs eius: nichil in potest facē. Et forte loquitur de homine iam mortuo. Sz in ista ciuitate dicit salua salute illius: & ille in alijs locis forte mortuus est. Et quam cito dicunt homines hoc: & ñ dicunt credo in dñm. quia non te pmittat nocē in. Non dicunt credo in dō meo. quia & si te pmisit ad aliquid meum: ad aiam meā

ñ te pmittet. S; cum dicunt salua salute illius
nec ipsi uolunt habe salutem: & illos gauant
p quos putant habe salutem. Timete dñm
oñs sancti eius: quoniam nich deest timen
tib; eum. Multi enim ppta nolunt time dñm:
ne famem patiantur. Dicitur illi. Noli frau
dem face. & ille dicit. Vnde me pasco? Non
pot ars sine impostura esse: non pot negotiũ
sine fraude. S; fraudem punit ds. Time deum.
S; si timuero dñm: non habebo unde uiuam.
Timete dñm oñs sancti eius: qm nichil de
est timentib; eum. Copiam pmittit trepido
et dubitanti: ne si forte timuit dñm. deserant illũ
supflua. Pascebat te dominus contempnentem se.
et deseret te timentem se? Attende: & noli di
cere. Ille diues e. & ego paup: ego timeo dñm.
Ille non timendo quanta adquisiuit: & ego ti
mendo nudus sum. Vide quid sequitur.
Diuites eguerunt & esurierunt: inquirentes
autem dñm non minuentur omni bono. Si
ad litteram accipias: uidetur te falle. Respicis
enim multos diuites in quos mori in diui
tijs suis: non factos fuisse paupes cum uiuunt.
Vides illos insenescẽ pduci ad ultimum uite:
int magnas copias diuitiarum: celebrari
eis pompam funis in magnis effusionib; pdu
ci usq; ad sepulchrum diuitem: q & expi
rauit in lectis eburneis circumfluente familia
suorum: & dicis in animo tuo. si forte nosti
aliqua peccata: & scela ipsius. Ego noui qnta
fecit homo iste: ecce senuit: mortuus est in
lecto suo: deducunt illum sui: pompa tanti
funis celebratur. Ego noui quid fecit dece
pit me scptura & fefellit ubi audio & canto:
diuites eguerunt & esurierunt. Quando
iste inops fuit? Quando esuriuit? Inqui
rentes autem dñm: non minuent omni
bono. Cotidie ad basilicam surgo: coti
die genu flecto cotidie inquiro dñm.
et nich boni habeo: iste non inquisiuit
dñm. & non int tanta bona defunct
est? Sic cogitantem. suffocat laqueus
scandali. Escam enim mortalem querit
in tra: & ueram mercedem non querit
in celo. Et mittit caput in laqueum dia
boli: constringuntur ei fauces & tenet
diabolus ad malefaciendum: ut sic imi
tetur illum diuitem. quem uidet in tan
ta copia defunctum. Noli g sic intelli
gere. & quom intelligo? In bonis spa
libus. S; ubi sunt? Non uidentur oculis s;
corde. Non uideo ipsa bona. Videt illa: qui
amat iusticiam. Non uideo ego. Non enim
aurum e: non enim argentum e. Si aurum
esset uides: quia fides e non uides? Si non
uides fidem: quare amas seruum fidelem?
Interroga te ipsum: qualem seruum diligis.
Forte habes seruum formosum. statu
rosum. bene compositum: furem. nequam.
fraudulentum. Habes autem alium forte
paruulum statura: deformem facie. colore
tetrum: fidelem. sobrium. parcum. Attende
rogo te. Quem istorum duorum diligis? Si
oculos carnis interroges: uincit apud te pulcher
iniustus. Si oculos cordis: uincit deformis fi
del. Vides g. Quod uis ut exhibeat t alter
id e fidem: exhibe illi & tu. Quare gaudes ad
eum qui fidem t exibet & laudas eum? His bo
nis g que non uidentur n oculo cordis: cum
repletus fuis paup eris. & ille diues ideo fuit
quia habebat lectum eburneum: & tu paup
es cuius cubiculum cordis plenum e. tantis
gemmis uirtutum iusticie uitatis. caritatis.
fidei pacientie. & tolerantie? Explica diui
tias tuas si habes illas: & compara diuitijs
diuitum. At ille in mercatu inuenit mul
tas pciosas: & emit eas. Si fidem inuenires
uenalem. quantum p illa dares. quam te
uoluit ds gratis habe: & ingratus es? Egent
g illi diuites egent: & quod e grauius pa
ne egent. Ne forte putetis quia auro egeant
et argento: quanquam & hoc egeant.
Quantum habuit quidam: & quis eum saci
auit? Sic mortuus e egenus: quia plura uo
lebat adquirere quam tenebat. Egent &
pane. Quare egent & pane? Si intelligas
panem: intellige qualem. Ille enim dixit.
Ego sum panis uiuus qui de celo descendi:
et beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam.
quia ipsi saturabuntur. Inquirentes autem

dn̄m: non minuentur omni bono. S; quo
bono? Jam diximus. Venite filij audite
me: timorem domini docebo uos. Putate
fr̄s quia ego dico. putate qd̄ dauid dicit
putate quia apl̄s dicit: immo putate quia
ipse dominus n̄r ih̄c xp̄c dicit: uenite filij
audite me. timorem domini docebo uos.
Audiamus simul: audite illum p̄ nos: docē
enim uult ille humil̄. ille timpanizans.
ille affectans: docē nos uult. Et quid dicit?
Venite filij audite me: timorem domini do
cebo uos. Doceat. g̊ p̄beamus aurem: pre
beamus cor. Non apiamus aures carnis. et
cordis claudamus: s; sicut ipse dicit in euuā
gelio qui h̄t aures audiendi audiat. Quis
nolit audire docentem ih̄m xp̄m p̄ ꝓpham?
Quis ē homo qui uult uitam: diligit dies
uidē bonos? Interroga. Nonne omnis in uob̄
respondet ego? An quisquam ē in uob̄ qui
non diligit uitam. idē qui non uult uitam:
et non diligit uidē dies bonos? Nonne coti
die hoc murmuratis & hoc dicitis: quamdiu
ista patimur. cotidie peiora & peiora? Apud
parentes n̄ros fuerunt dies letiores: dies
meliores. O si interrogares ipsos parentes tuos:
similiter t̄ de dieb; suis murmurarent. Fue
runt beati patres n̄ri: nos miseri sumus:
malos dies habemus. Dominatus ē ille: puta
bamus quia illo mortuo posset aliquod refri
gerium dari: deteriora uenerunt. O deus osten
de nob̄ dies bonos. Quis homo ē qui uult ui
tam: & diligit uidē dies bonos? Non hic
querat dies bonos. Bonam rem querit: s;
n̄ in regione eius illam querit. Quom̄ si ali
quem iustum quereres in ea patria ubi
n̄ habitaret: dicētur t̄ bonum uirum que
ris. magnum uirum queris: quere illum
s; noli hic. Supfluo hic eum queris: nun
quam eum inuenturus es. Dies bonos queris:
simul eos queramus: nolite hic. S; habue
runt illos patres n̄ri. Fallimini. Omnes hic
laborauerunt. Legite scripturas. Id̄o uoluit
d̄s ut scribēntur: ut nos consolaremur. Tem
poribus helye fuit fames: passi sunt eam
patres n̄ri. Capita iumentorum mortuorum

auro uendebantur. Occidant filios & co
medant eos: & due mulieres statuerunt
inter se. ut occidēnt filios suos: & man
ducarent. Occidit una filium suum: et
manducauerunt eum ambe. Alia nolebat
occidē filium suum: & exigebat illa que
p̄ior occidat filium: & tal̄ rixa uenit ante
regem. Adduxerunt se ad regem conten
dentes: de interfectione filiorum. De talib; ci
bis aūtat d̄s ea que legimus. Semp̄ dies
mali in seculo: s; semp̄ dies boni in d̄o. Ha
buit dies bonos abraham: s; intus in corde.
Habuit dies bonos: quando a fame mutauit
regionem: & querebat cibum. Sic om̄s
quesierunt. Paulus habuit dies bonos qui
dicit: in fame & siti. in frigore & nuditate?
S; non irascantur serui. Ipse dn̄s n̄ habuit
dies bonos in hoc seculo. Contumelias. in
iurias. crucem: & tanta mala patiebatur. Non g̊
xanus murmuret: uideat cuius uestigia sequi
tur. S; si dies bonos amat: audiat docentem &
dicentem. Venite filij audite me: timorem
domini docebo uos. Quid uis? Uitam & dies
bonos. Audi & fac. Contine linguam tuam
a malo. Facite illud. Nolo dicet homo miser.
Et linguam meam nolo continē a malo: & ui
tam uolo & dies bonos. Si oparius tuus dicēt t̄
deuasto istam uineam. & exigo ate mercedē
meam: adduxisti me ad uineam ut falcitem
illam & putem. concido ligna utilia omnia.
p̄cidam ipsa robora uitium ut non hic h̄as
quod colligas: & cum fecero ista redditurus
es m̄i laborem meum: nonne insanum illum
dicēs? Nonne illum de domo tua pelleres:
antequā mittēt manum ad falcem?
Tales sunt qui uolunt facē mala & iurare
mendacium: & blasphemare contra dn̄m &
murmurare & fraudes facē: & inebriari et
adulterare: & ligaturas adhibē & ire ad sor
tilogos: & dies bonos uidē. S; d̄r illis. Non
potes malefaciens: querē bonam mercedē.
Si tu iniustus es. iniustus erit & d̄s? Ergo
quid faciam? Quid uis? Uitam uolo: dies
bonos uolo. Contine linguam tuam a malo:
et labia tua ne loquantur dolum: idē declina

amalo. Parum ē. Noli frau- dem: noli
mendacia. Sz quid ē declina amalo? Parum ē.
Nulli noceas. nullum occidas. non fureris. n̄
adultereris. non fraudem facias. non falsum
testimonium dicas: declina amalo. Cum de
clinauerīs dicis. sz securus sum. Pfeci omnia: habeo
uitam: uidebo dies bonos. Nondum. Declina
amalo: & fac bonum. Parum ē ut non expo
lies uestitum: uesti nudum. Si non expolia
uerīs: declinasti amalo: sz non facies bonum. n̄
cum peregrinum susceperis in domum tuam. Ergo
sic declina amalo: ut facias bonum. Quere pa
cem: & psequere eam. Non tibi dixit habebis hic
pacem. Quere illam: & sequere. Quo eam
sequor? Quo pcessit. Dominus enim ē pax
nr̄a: resurrexit & ascendit in celum. Quere
pacem & psequere illam: quia tunc cum re
surrexeris hoc mortale mutabitur: & amplectis
pacem ubi tibi nemo molestus erit. Ibi est enim
pfecta pax: ubi non esuries. Nam hic pacem tibi
facit panis. Subduc panem: & uide quale
bellum ē intra uiscera tua. Ipsi iusti quomodo ge
munt hic frs? Ut sciatis quia querimus hic
pacem: consequimur autem in fine. Sz ex par
te hic habeamus: ut ex toto illic habe mere
amur. Quid ē ex parte? Concordes simus hic
diligamus pximum quomodo nos. Sic dilige
fratrem. quomodo te ipsum: habe cum illo
pacem. Sz non possunt n̄ existē aliqua m̄
int̄ frs. quomodo int̄ sanctos extiterunt: int̄
barnabam & paulum: sz non que occidēnt
concordiam. n̄ que intimerent caritatem.
Nam & tibi ipsi resistis aliquando: & tamen
non te odisti. Omnis quem penitet aliquid:
rixatur secum. Peccauit: redit. irascitur se hoc
fecisse: se illud commisisse si non occiditur.
Rixam ergo secum habet: sz ipsa rixa ad concor
diam tendit. Vide quomodo secum rixetur:
et quidam iustus dicat. Quare tristis es
anima mea: & quare conturbas me? Spa
in domino: quoniam confitebor illi. Cum
dicit anime sue quare conturbas me: turba
bat utique illum. Volebat forte ipse pati p
xp̄o: & anima ipsius contristabatur. Et ille qui
sciebat & dicebat quare tristis es anima mea

et quare conturbas me. pacem adhuc non
secum habebat: sz ex mente herebat xp̄o:
ut sequeretur illum anima eius: & n̄ illum
conturbaret. Ergo querite pacem frs. Do
minus dixit. Hec loquor uob: ut in me
pacem habeatis. Pacem in tra uob n̄ pmitto.
In ista uita pax uera non ē: nec tranquilli
tas. Gaudium immortalitatis: societas an
gl̄orum pmittitur. Sz quisquis non illam
cum hic ē quesierit: non illam habebit
cum uenit. Oculi domini sup iustos. Noli ergo
timē. Laboras. Oculi domini sup iustos: &
aures eius in pces eorum. Quid uis amplius?
Si murmurantem seruum in domo mag
na non audiret patrfamilias: quereretur
et dicēt. Quanta hic patimur: & nemo nos
audit. Numquid dicis illud de deo: quanta
patior & nemo me audit? Si audiret me
forte dicis: tollēt m̄ tribulationem. Clamo
et tribulor. Tantum tu tene uias eius: et
quando tribularis audit te. Sz medicus ē ad
huc putre hs nescio quid: clamas sz adhuc
secat: & non tollit manum n̄ secuit quan
tum uidetur. Et enim medicus crudelis est.
qui exaudit hominem: & parcit uulneri
et putredini. Matres quomodo fricant in bal
neis ad salutem filios? Nonne paruuli
clamant int̄ manus earum? Ille ergo crude
les sunt. ut non parcant: non exaudiant
lacrimas? Nonne plene sunt pietate? Et
tamen clamant pueri: & non eis parcitur.
Sic & dominus nr̄ plenus ē caritate: sz ido
uidetur non exaudire ut sanet. & parcat
in sempiternum. Oculi domini sup iustos:
et aures eius in pces eorum. Forte dicunt
mali. Ergo securus facio male: quia non
sup me sunt oculi domini. Iam ds ad iustos
attendit: me non uidet: quicquid fecero
securus facio. Statim subiecit uidens cogi
taciones hominum sps sanctus: & ait. Oculi
domini sup iustos: & aures eius in pces
eorum. Vultus autem domini sup facientes
mala: ut pdat de tra memoriam eorum.
Clamauerunt iusti & dominus exaudiuit
eos: & ex omnibz tribulationibz eorum eruet eos.

Iusti erant tres pueri: clamauerunt de cha
mino ad dn̄m: & in laudib; eorum ignes fri
guerunt. Accedē & ledē non potuit flamma
laudantes deum innocentes & iustos pueros:
et eruit eos de flamma. Dicit aliquis. Ecce ue
re iusti: qui exauditi sūt sicut scr̄ptum ē. Cla
mauerunt iusti: & dominus exauduit eos:
et ex omnib; tribulationib; eorum eruit eos. Ego
autem clamaui: & non merui exauditi. Aut
ego non sum iustus: aut non facio que m̄
iubet: aut forte me ille non uidet. Noli timē
tantum fac qd̄ iubet: & si non te eruet cor
poralit̄: eruet te spūaliter. Iue enim qui tulit
tres pueros de flamma: numquid tulit de flam
ma machabeos? Nonne illi in ignib; hymni
zabant: & illi in ignib; expirabant? Deus
tium puerorum: nonne ipse ē & machabeorum?
Iuos eruit: & illos non eruit. Immo utrosq;
eruit. S; tres pueros sic eruit: ut & carnales
confundēntur. Machabeos autem non sic
ideo eruit: ut illi qui p̄sequebantur in penas
maiores irent: cum putant se oppressisse mar
tires dī. Eruit petrum quando uenit ad il
lum angelus cum esset in uinculis: & ait illi.
Surge: & exi. & subito soluta sunt uincula:
et secutus ē angelum: & eruit illum. Num
quid petrus p̄dicat iusticiam: q̄ndo non
illum eruit de cruce? Non eruit tunc: &
eruit tunc. An idō diu uixit: ut iniustus
fiēt? Forte plus eum exauduit p̄ea. Nam
quom̄ p̄mum illum eruit: quando p̄tulit ille
postea? Quando illum de omnib; p̄ssuris
eruit: illuc eum misit p̄ea: ubi nichil
mali pati potuisset. Iuxta ē dominus his qui
obtriuerunt cor: & humiles spū saluos faciet.
Altus est dñs: humil̄ xp̄ianus. Si uult ut altus
dñs uicinet̄ illi: humil̄ sit. Magna mistia fr̄s.
Deus sup̄ om̄a ē. Erigis te: & non illum tan
gis. Humilias te: & ipse ad te descendit. Mul
te tribulationes iustorum. Numquid dixit
idō sint xp̄iani iusti. idō audiant uerbum meū:
ut nich̄ tribulationis patiantur? Non hoc
p̄mittit: s; dicit multe tribulationes iustorum.
Magis si iniusti sunt pauciores habent tri
bulationes: si iusti multas habent: s; p̄ paucas

aut [illegible] nullas tribulationes. illi
ueniunt ad tribulationem sempiternam. unde
numquam eruentur: isti autem p̄ multas
tribulationes uenient ad pacem sempiternam:
ubi numquam aliquid mali patientur.
Multe tribulationes iustorum: & de omnib;
his eruet eos dominus. Dominus custodit
om̄a ossa eorum: unum ex ill̄ non contētur.
Et hoc fr̄s: non accipiamus carnaliter.
Ossa sunt firmamenta fidelium. Quomodo
enim in carne nr̄a: ossa faciunt firmamen
tum: sic in corde xp̄iano fides facit firma
mentum. Pacientia g̊ que ē in fide ossa sunt
interius: ipsa sunt que frangi non possunt.
Custodit dominus om̄a ossa eorum: unum ex
ill̄ non contētur. Si de dn̄o nr̄o ih̄u xp̄o
hoc dixisset. custodit dn̄s omnia ossa eorum.
scil̄ filij sui. unum ex ill̄ non conteretur:
sicut etiam alio loco p̄figuratur de illo q̄ndo
agnus ductus ē mactandus & dictum ē de
illo. os eius nolite frangē impletum ē in dn̄o:
quia cum penderet in cruce expirauit ante
quam uenirent illi ad crucem: inuenerunt
iam corpus exanime. & noluerunt crura eius
frangē: ut implētur qd̄ scr̄ptum ē. Os non
comminuetis ex eo. S; p̄misit illud & ceteris
xp̄ianis. Dominus custodit om̄a ossa eorum:
unum ex his non contētur. Ergo fr̄s si uide
rimus aliquem sanctum tribulationes pati: &
forte l̄ a medico sic secari. ul̄ ab aliquo p̄secu
tore sic cedi. ut ossa eius frangantur: non di
camus n̄ erat iustus iste. Nam dn̄s hoc pro
misit iustis suis: de quib; ait. Custodit dn̄s
om̄a ossa eorum: unum ex his n̄ contētur.
Vis uidē quia alia ossa dixit que diximus
firmamēta fidei: idē pacientiam & tolerantiā
in omnib; tribulationib;? Ipsa enim sunt ossa
que non frangunt̄. Audite: & in ipsa passi
one dn̄i aspicite qd̄ dico. Dn̄s erat in me
dio crucifixus: iuxta illum duo latrones
erant: unus insultauit alt̄ credidit. Vnus
dampnatus ē: alt̄ iustificatus ē. Vnus habuit
penam suam & hic & in futurum: alteri
autem dixit dominus: am̄ dico tibi: hodie
mecum eris in paradiso. & tam̄ illi qui uenerūt.

dñi ossa ñ fregerunt: latronum autem fre
gerunt. Sic fracta sunt latronis ossa qui blas
phemauit: quom̄ latronis qui credidit.
Vbi ē ḡ quod dictum ē dominus custodit om̄a
ossa eorum: unum ex illis non conteretur?
Ecce cui dixit hodie mecum eris in paradi
so: non potuit om̄a ossa eius custodire.
Respondet t̄ dominus. Immo custodiui.
Nam firmam̄tum fidei ipsius frangi non
potuit illis ictibus: quibus crura sunt fracta.
Mors peccatorum pessima. Attendite fratres.
ꝓpt̄ illa que dicebamus. Vere magnus dominus
et misericordie eius. Vere: qui dedit nobis
manducare corpus suum in quo tanta ꝓpes
sus ē. & sanguinem bibē: quom̄ respicit ma
le cogitantes & dicentes. Ille male mortuus
ē: abestijs cum iustus ēēt consumptus est.
Non erat ille iustus: idō male ꝑijt. Nam ñ
ꝑiret. Ergo ille iustus ē: qui in domo sua &
in lecto suo moritur. Hoc ē ḡ inquis quod
miror quia noui peccata & scelā ipsius: &
bene mortuus ē in domo sua intra limina
sua: nulla ꝑegrinationis iniuria. nulla imma
tura etate. Audi dñi. Mors peccatorum pes
sima. Que tibi uidetur bona mors pessima
ē: si intus uideas. Uides foris iacentem in
lecto: numquid intus uides raptum ad ge
hennam? Audite fr̄s & ex euuangelio in
spicite: quid sit mors peccatorum pessima.
Numquid ñ duo erant erant in isto sclō.
diues qui induebatur purpura & bysso &
epulabatur splendide: alter pauꝑ qui iace
bat ad ianuam eius ulcerosus. & canes uenie
bant & lingebant ulcera eius: & desidābat
de micis saturari que cadebant de mensa
diuitis? Contigit autem mori inopem illū:
iustus erat inops: & afferri ab angelis in
sinum abrahe. Qui uidēt corpus illius iacē
ante limen diuitis: & non ēēt qui sepeliret:
quanta forte dicēt. Sic moriatur ille ini
micus meus: & ille qui me ꝑsequitur.
Sic illum uideam. Execratur corpus sputore:
putent uulnera: & ille in sinu abrahe requi
escit. Si xp̄iani sumus: credamus. Siñ credi
mus fr̄s: nemo se fingat xp̄ianum. Fides
nos ꝑducit. Quom̄ illa dixit dominus sic sunt.
An uero dicet t̄ mathematicus & uerum ē.
dicit xp̄c & falsum ē? Quali autem morte
mortuus ē ille diues? Qualis mors ēē potuit
in purpura & bisso: quam sumptuosa: quam
pomposa. Que exequie funis ibi erant: quan
tis aromatibus sepultum ē illud cadauer: et
tam̄ cum apud inferos in tormētis esset. desi
dāuit ex illius contempti pauꝑis digito stilla
ri aque guttam ardenti lingue sue: neq; impe
trauit. Discite ḡ quid sit mors peccatorum
pessima: & nolite intrōgare stratos p̄ciosis uestibus
lectos. & carnem multis deliciis obuolutam. la
m̄tacionis pōpā exhibētē plangentem familiam:
turbam obsequentium p̄cedentem. ac sequen
tem cum corpus effertur: marmoratas aura
tāq; memorias. Nam si hec intrōgatis: res
pondent uob̄ falsum: qd̄ multorum non
lenit̄ peccōrum. s; omnino scelātorum mors
optima ē: qui sic plangi. sic condiri. sic con
tegi. sic efferri: sic sepeliri meruerunt. Sed
intrōgate euuangelium: & ostendet fidei uīre
in penis ardentem animam diuitis. quam
nich̄ adiuuarunt om̄s honores & obsequia:
que mortuo corpori eius: uiuentium uani
tas p̄buit. S; quia multa sunt genā peccōrum:
et non ēē peccōrem difficile ē ac fortasse in
hac uita impossibile: subiecit statim. cuius
genis peccōrum esset mors pessima. Et qui
oderunt iustum delinquent. Quem iustum:
nisi eum qui iustificat impium? Quem iustum
nisi dñm ih̄m xp̄m: qui ē etiam ꝓpiciatio
peccōrum nr̄orum? Qui ḡ hunc oderunt
mortem hn̄t pessimam: quia in peccatis suis
moriuntur: qui ꝑ eum dō non reconciliant.
Redimet enim dominus animas seruorum
suorum. Scd̄m enim animas intelligendum
ē mors aut pessima. aut optima: non scd̄m cor
porum aut contumelias aut honores quos
homines uident. Et non delinquent om̄s qui
sp̄ant in eum. Iste ē modus humane iusticie:
ut uita mortalis quantumlibet ꝓficiens. quia
sine delicto esse non potest: in hoc non de
linquat dum sp̄at in eum: in quo est re
missio peccatorum amen.

In finem psalmus dauid.

Psalmum ... ilium nob̃ aiu
bentib; frib; & coepiscopis mei
mpositum esse ad tractandum:
nouit etiam carnalis uia. Voluerunt. Ꝑ hunc
oñe aliquid audiamus. Ab illo enim omnes
audimus ãquo parte discimus: & in eccl̃ia
la conditipuli sumus. Titulus ipsius moram
nob̃ ñ facit: breuis ẽ enim & ad intelligendũ
ngxime nutritiu ẽcclã dñi non difficilis.
Habet enim ipsi dauid. Psalmus g̃ ipsi dauid.
Dauid inꝑatur manu forti: ut desiclabilis.
Psalmus g̃ manu forti. & desiclabilis: qui
mã̃ mortem uicit. qui nob̃ uitam ꝓmi
sit. In hoc enim ẽ manu forti: qua mor
tem nr̃am uicit: in hoc desiclabilis. qua
uitam ẽtnam ꝓmisit. Quid enim fortius ma
nu hac. quę tenuit loculum: & mortuus re
surrexit? Quid fortius manu hac quę hostẽ
et mundum uicit? non ferro armata. s;
ligno transfixa? Quid autem desiclabilius
eo. quem ñ uidentes martires mori uolue
runt: ut ad illum puenire mererentur?
Ergo psalmus illi. illi cc̃e nr̃m: illi lingua
nr̃a digna canter: si tam dignabit̃ ipse do
nare quod canter. Nemo illi cantat digna:
ñ qui ab illo accepit quod cantare possit.
Denique hoc qd̃ in cantamus? spũ eius dic
tum ẽ ꝑ apl̃m eius: & in eius ũb ibi nos
agnoscamus & ipsum. Nec imuriam faciam?
qua dicimus nos & ipsum: qñ cum ẽet in
celo. sic clamauit quid me ꝑsequeris? cum
eum nemo tangẽt: & nos in nr̃a laborarem?
Ergo uocem eius audiamus: nunc corpus
nunc capitis. Est enim psalmus iste inuo
cans dñm cont̃ inimicos in tribulationib; hui
ꝰ
seculi: & unq; ipse ẽ x̃pc tribulato nunc ca
pite. tribulato nunc corpore? tam ꝑ tribulatio
nes omnib; imbrib; suis clamat uitam ẽtnam:
quam ꝓmittendo desiclabit̃ factus est;
uelica inquit Psalmus tricesimꝰ quartus.
domine nocentes me: expugna
impugnantes me. Si deus ꝓ nob̃: quis cont̃
nos? & unde hoc nob̃ ꝓstat deus? Appre
hende inquit arma & scutum: & exurge
in adiutorium mi. Magnum spectaculum ẽ:
uidẽ deum armatum ꝑ te. Et qd̃ ei scutum?
Quę arma? Domine inquit alio loco homo
ibi qui & hic loquitur: ut scuto bone uo
luntatis tuę coronasti nos. Arma autem eius
quib; non solum nos munit? s; etiam pcu
tiat inimicos: si bene ꝓficimus & nos ar
mat. Sicut enim nos ut armemur ab illo
habemus: sic ipse armatur de nob̃. s; ipse
de his armatur quos fecit. nos de his armaꝰ
quę ab ipso accepimus qui nos fecit. Dicit
enim quodam loco arma mea apl̃s? scutum
fidei & galeam salutis: & gladium spũ quod ẽ
ũbum dei. Armant nos talib; armis qua
lib; audistis? laudabilib; & inuictis? insupa
bilib; & splendidis? spũalib; same atq; in
uisibilibus. quib; & hostes inuisibiles expug
namus. Si uidet hostem tuum: uidearmis
arma tua. Armamur earum rerum fide
qua ñ uidemus: & ferimus hostes quos ñ
uidemus. Verumtam̃ hãc arma ista ne
putetis sic ee: ut quasi quod scutum ẽ semp
scutum sit: aut quod galea ẽ. semp galea
sit: aut quod lorica ẽ. semp lorica sit. In iste
enim armis corporalib; ita ẽ: quamquam &
de ferro quę fiunt mutari possint ut ex
gladio securis fiat? tam̃ ipsum apl̃m u
demus dixisse quodam loco loricam fidei:
et alio loco scutum fidei dixisse. Ergo ipsa
fides: & lorica pot̃ esse & scutum. Scutum
ẽ: quia tela inimicorum excepit & repel
lit. Lorica ẽ: quia uulnera tua transfigi ñ
sinit. Hęc arma nr̃a. Dei autem quę? Qua
legimus in quodam loco. Erue ab impiis
animam meam: frameam tuam ab inimi
cis manus tuę. Quod scriptus dixit ab im
pius: hoc sequens usu dixẽ ab inimicis ma
nus tuę: & quod scriptus dixẽ animam mea:
hoc sequens usu framea tua: id ẽ gla
dium tuum. Ergo framea dei dixẽ animã
suam. Erue inquit animam meam ab
impio: id ẽ ab inimicis manus tuę: erue
framea tua. Apprehendes enim animã
meam: ut debelles inimicos meos. Et
quid ẽ anima nr̃a quamuis splendida

quamuis ꝓducta. quamuis acuta. quam
uis uncta: quamuis luce sapientie & co
ruscatione uibrata? Quid ē anima nostra
ipsa aut quid potest: nisi dꝰ illam teneat.
et pugnet de illa? Nam quelibet optime
facta framea. si non hāt bellatorem: iacet.
Dixeāmus autem in armis nr̄is: non quasi ali
quid fixum accipi debe: ut quod est res
una. ipsa aliud esse n̄ possit. Sic & in armis dī
inuenimus. Ecce animam iusti dixit frameam
dī: iterum dicit animam iusti ēē sedem dei.
Anima iusti: sedes ē sapientie. Deus g̊ quicquid
uult facit de anima nostra. Cum in manu eiꝰ
ē: utatur ea quemadmodum uult. Exur
gat g̊: sic enim inuocatus ē. App̄hende arma:
exurge in adiutorium nob̄. Vnde exurgat?
Alio etiam loco dr̄ illi ipsa ē. Exurge quare
obdormis domine? Et quando ille dr̄ dormire
nos dormimus: & quando ille dr̄ exurgere:
nos excitamur. Nam & dominus dormiebat in
naui: & idō fluctuabat nauis: quia dormiebat
ihc. Nam si illic uigilaret ihc: non fluctuaret
nauis. Nauis tua cor tuum. Ihc in naui: fides
in corde. Si meministi fidei tue: non fluctuat
cor tuum. Si oblitus es fidem tuam: dormit
xp̄c. Obserua naufragium. Verumtamen quod
restat fac ut si dormit excitetur: dicas illi. Do
mine: exurge. Pimus domine. Et increpet
uentos: & fiat tranquillitas magna in corde
tuo. Recedent enim om̄s temptationes: aut
cte nich̄ ualebunt: quando xp̄c hoc ē fides
tua uigilauit in corde tuo. Exurge g̊ quid ē.
Innotesce. appare: sentire. Exurge g̊: in adiu
torium m̄i. Effunde frameam & conclude:
adūsus eos qui me ꝑsequuntur. Qui sunt
qui te ꝑsequuntur? Forte uicinus tuus. aut
ille quem lesisti. aut cui fecisti iniuriam. aut
qui uult auferre res tuas: aut cont̄ quem
p̄dicas uitatem. aut cuius peccatum obiur
gas: aut quē male uiuentem. bene uiuendo le
dis. Sunt quidem & isti inimici nr̄i: & ꝑsequun
tur nos. Sꝫ alios docemur inimicos nosse cont̄
quos inuisibilit̄ dimicamus: de quibꝫ nos
ammonet apl̄s dicens. Non ē uobis colluctatio
adūsus carnem & sanguinem: id ē adūsus homi
nes. adūsus eos quos uidetis: sꝫ aduersus
quos non uidetis: adūsus p̄ncipes & potesta
tes & rectores mundi tenebrarum harum.
Cum dicēt enim rectores mundi. dicebat
quippe de diabolo & angel̄ eius: cauendum
erat ne male intelligēnt: & putarent a dia
bolo & demonibꝫ mundū regi. Sꝫ q̄a mun
dus dr̄ in peccatoribꝫ. dr̄ mundus & in eis qui
diligunt mundum. de quibꝫ dictum ē et
mundus eum non cognouit: & de quibꝫ dic
tum ē. totus mundus in maligno positus est.
exposuit apl̄s cuius mundi essent rectores. Te
nebrarum inquit harum. Mundi dico tene
brarum harum. Rursus cogit nos intelligē:
qui dixit harum tenebrarum. Quarum tene
brarum rectores sunt diabolus & angl̄i eius?
Omnium infidelium: omnium iniquorum
de quibꝫ dictum ē: lux lucet in tenebris. & te
nebre eam non comp̄henderunt. Denique ex
ipsorum numō credentibꝫ multis: quid dicit
idem apl̄s? Fuistis enim aliquando tenebre.
nunc autem lux in domino. Non uis regi a dia
bolo: migra ad lucem. Et unde migrabis ad
lucem. n̄ effundat ille frameam & eruat te
ab inimicis tuis: & a ꝑsequentibꝫ te? Quom̄
effundit frameam: q̄m iam audiuimus quid sit?
Framea ipsius. anima iusti ē. Abundent iusti: &
effunditur framea: & concluditur adūsus ini
micos. Nam de ipsa effusione framee monens
apl̄s: ut iuste uiuamus: in consequenti ait.
Vt adūsarius reuereatur: nich̄ hn̄s de nob̄ dicē
prauum. Conclusum ē adūsus eum: qui qd̄
loquatur adūsus sanctos non potest inuenire.
Et unde erunt iusti: aut quid dicunt inimi
ci qui nos ꝑsequuntur inuisibiles illi? Quid
dicunt inimici isti? Nich̄ maxime suggitur
humano cordi ab inuisibilit̄ expugnantibꝫ
inimicis: n̄ quia dꝰ nob̄ non ē adiutor: ut
requirentes alia adiutoria inueniamur in ua
lidi. & ab inimicis ipsis capiamur. Hoc g̊
suggitur. Contra istas uoces maxime uigi
lare debemus: que in alio psalmo ostendun
tur. Multi insurgunt adūsum me: multi
dicunt anime mee non ē salus ipsi in dō eiꝰ.
Contra istas uoces: quid hic dr̄? Dic anime

meę: salus tua ego sum. Cum dixeris enim
anime meę salus tua ego sum: iuste uiuet
ut neminem in adiutorium pt̄ te queram.
Et quid sequitur? Confundantur & re-
uereantur requirentes animam meam. Ad hoc
enim illam requirunt: ut pdant. Nam
utinam bene querant. In alio quippe psal-
mo hoc rep̄hendit in hominib; : quia non
erat qui requireret animam ipsius. Pit
fuga a me. & non ē qui requirat animam
meam: id ē qui querat. Quis ē ille qui cruci-
figitur? Non ē qui dicat. Numquid forte
ille ē. de quo tanto ante p̄dictum ē. foderunt
manus meas & pedes meos. dinumerauerunt
omnia ossa mea: ipsi u̅ considerauerunt & con-
spexerunt me. diuiserunt sibi uestimenta
mea. & sup uestem meam miserunt sortem?
Iam omnia ista ante oculos eorum fiebant.
et nemo erat qui requireret animam eius.
Inuocemus g̅ fr̄s: ut dicat animę n̄rę salus
tua ego sum. & apiat aures eius. ut audiat
dicentem salus tua ego sum. Dicit enim. sed
quidam obsurdescunt: unde audiunt potius
psequentes inimicos. in tribulatione consti-
tuti. Si aliquid deest. si in angusto ē anima.
in inopia temporalium: querit auxilium ple-
rumq; a demonib: arrepticios demonum uult
consule. sortilogos querit. Psequutores illi hostes
inuisibiles adierunt: intrauerunt. expugnaue-
runt. captiuauerunt. uicerunt dicendo: non
ē salus illi in d̄o eius. Obsurd uit cont̄ uocem
dicentem. salus tua ego sum. Dic animę meae
salus tua ego sum: ut confundantur & reue-
reantur requirentes animam meam. Cui dicis
salus tua ego sum? Audiam dicentem m̄i salus
tua ego sum. Aliam salutem n̄ requiram: p̄ter
dn̄m deum meum. De creatura m̄i salus sugge-
ritur: ab ipso ē. Et si leuo oculos meos in mon-
tes unde ueniat auxilium m̄i: non tam̄ a mon-
tibus. s; auxilium meum a domino: qui fecit
cęlum & t̄ram. In ipsis temporalib; angustiis
p hominem subuenit d̄s: salus tua ipsę est.
Pangelum subuenit d̄s: salus tua ipsę est.
Omnia illi subiecta sunt. & ad istam q̄dem
uitam temporalem subuenit alii inde: alii

inde: ęt̄nam uitam n̄ dat n̄ de se. S; ecce in
angustiis constituto t̄. n̄ subē qd̄ q̄ri. s; adē qd̄
q̄ris. & illū quere qui deesse n̄ q̄ua. pot. Sub-
trahantur quę dedit: numquid subt̄hitur
qui dedit? Reddantur quę dedāt: numq̄d
ipsę sunt diuitię cum reddita fuīnt illa. & n̄
illę qui subtraxāt pbando. & reddidit conso-
lando. Consolatur enim: quando ista nob̄ n̄
desunt. Consolatur: tamquam in uia. S; si &
nos intelligamus uiam quia tota ista uita et
omnia quib; uteris in hac uita: sic t̄ debent
esse tamquam stabulum uiatori. n̄ tamq̄m
domus habitatori: meñto quidem pegisse
te aliquid. restare aliquid: deuītisse te ad re-
fectionem n̄ ad defectionem. Sunt q̄ dicunt
d̄s bonus. summus. magnus. inuisibil. ęt̄nus.
incorruptibil: uitam ęt̄nam nob̄ daturus ē.
et illam incorruptionem quam in resurrec-
tionem pmisit: ista u̅ sęcularia & tempora-
lia ad demones ptinent: & ad potestates
illas: harum tenebrarum. Dicendo hęc et
quando amore implicantur harum rerum.
dimittunt deum quasi ad quem ista non pti-
neant: & querunt nefandis sacrificiis. ac nescio
quib; remediis. aut nescio qua hominum illi-
cita psuasione puidere sibi qd̄ temporale ē:
ueluti pecuniam. uxores. filios: & si qua sunt
quę humanam uitam aut consolantur tran-
seuntem: aut impediunt ambulantem. Cont̄
istam opinionem diuina puidentia uigilante:
ut ostendēt d̄s ad se ptinē ista omnia & in
sua ēē potestate non solum ęt̄na quę in futu-
rum pmisit: uerum etiam temporalia quę
in t̄ra dat quib; uoluīt. quando uoluīt. opor-
tune sciens cui det & cui n̄ det. tamquam me-
dicus medicam̄ta. sciens melius morbum egr̄i
quam ipse egr̄us: ut g̅ deus hoc ostenderet:
distribuit tempora uetis & noui testam̄ti.
In uetī testam̄to pmissiones sunt rerum t̄re-
narum: in nouo autem regni cęlorum. Pie-
raq; p̄cepta deum colendi: & recte uiuendi:
ipsa sunt & ibi & hic. S; quia pmissio alia
ibi uidetur. alia hic: iubentis imp̄ium et
obedientia seruientis eadem ē. s; merces
quasi non eadem. Et enim illi dictum ē. ut

acceptaſ ꝯam ꝓmissionis ut in illa
regnetis: ut inimicos uꝝos superet: ut ab eis non
subrugeminꝫ: ut omnia uob abundent in hac
ꝯa: ut filios pereat. Hec trena ꝓmissa sunt: ꝫ
tamꝫ figurata. Hec aut quos sic ulta accipe: quoꝝ
ꝓmissa sunt: & uere multa sic acceperunt. Nam
tata ē ꝯa filios isr̃l. date sunt diuitie. date sunt
filij. & sterilib; & ancillis rogantib; dn̄o: de illo
solo ꝑsumentib;. Alium sibi aduersarem nec ad
ista querentib: que uocem domini in corde
audierunt salus tua ego sum. Si ad ꝯa: quare
non & ad temporalia? Ostendit hoc ds in causa
uiri illius sancti iob: quia & ipse diabolus aufe-
rendi hec non hꝫ potestatem. ñ cum accepit
a summa illa potestate. Iuuidē potuit sancto:
nocere numquid potuit? accusare potuit?
numquid dampnare potuit? Numquid ul-
tra aliquid tollē? Numquid ut unguem. tum
quid ut capillum tetigē? ñ dō dicēt mitte ma
num tuam? Quid ē mitte manum tuam? Da
potestatem. & accepit. Que temptauit: ille
temptatus ē. Temptatus tamꝫ uictus: temptator
uictus ē. Deus enim qui diabolo ꝓmiserat ut illa
tolleret: illum seruum suum inuictum non desebat:
et ad ipsum diabolum superandum. animam
serui sui fortem sibi fecerat. Quantum ualet hoc?
De homine dico. Victus in paradiso: uictor in
iroe. Ibi uictus ē a diabolo ꝑ mulierem: hic
uicit diabolum & mulierem. Loquuta est in
quit tamquam una ex insipientib; mulierib;.
Si bona accepimus de manu domini: mala aut
non sustineamus? Quam bene audierat: salus
tua ego sum. Confundantur & reuereantur:
requirentes animam meam. Respice ad hom
net. Orate inquit: ꝓ inimicis uris. S; hec ꝓphia
est: & que figura optandi dicuntur. animo ꝓphe
tandi explicantur. Aliud fiat & aliud fiat: nichil ē
aliud: quam hoc & hoc futurum ē. Sic & au
dite ꝓphiam. Confundantur & reuereantur:
requirentes animam meam. Quid ē confundan
tur & reuereantur? Confundentur: & reuere
buntur. Factum ē enim. Multi salubriter con
fusi sunt. multa reuersa a persecutione xpi: ad
societatem membroꝝ eius: deuota pietate
transierunt. & non fiet hoc: ñ confundentur
et reuerebuntur. Ergo bene ille optauit. Sed
quia duo sunt genera eoꝝ qui uincuntur
duob; enim modis uincuntur: aut ad hoc un
cuntur ut conuertantur ad xpm. aut ad hoc
uincuntur ut dampnentur exꝓo: explicata
sunt & hec duo ipsa genera obscure quidem.
ꝫ intellectorem desiderant. De his qui conuer
tuntur accipe quod dictum ē. Confundantur
et reuereantur. requirentes animam meam:
auertantur retrorsum. Non ꝓcedant ꝫ sequantur:
non dent consilium: ꝫ accipiant. Nam petrus
ꝓcedere uoluit dn̄o: quando dominus de
passione sua futura condixit: consilium illi
quasi saluti uoluit dare: consilium saluti:
egit saluatori. Et quid aut domino de illa
futura sua passione confirmanti? Absit a te
domine: ꝓpitius esto: non fiet istud. Precede
uolebat: ut dominus sequetur. Et ille quid?
Redi retro sathanas. Precedendo sathanas es:
sequendo discipulus eris. Hoc ergo & isti. Di
cuntur retrorsum. & confundantur: qui
cogitant ñ mala. Cum enim ceperint retror-
sum sequi: tam non cogitabunt mala: ꝫ osi-
dabunt bona. Quid illis? Non enim omnes sic
uincuntur: ut conuertantur & credant. Mul
ta impedimenta remanent: multa spin̄ tem
tenchi seruant in corde: & si non exierunt
tam parturiunt: & ubi locum inuenerunt
pariunt. De talib; quid sequitur? Fiant
tamquam pulus ante faciem uenti. Non sic
impij non sic: ꝫ tamquam pulus quem
ꝓicit uentus a facie tre. Uentus temptacio ē:
pulus inquit. Quando uenit temptacio
tollitur pulus: nec stat. nec resistit. Fiant
tamquam pulus ante faciem uenti: & ange
lus domini tribulans eos. Fiat uia illoꝝ
tenebre & lubricum. Tenebre & lubricum:
horrenda uia. Tenebras solum? quis non hor
reat? Lubricum solum? quis non caueat?
In tenebris. in lubrico quia ut? Ubi pedem
figis? Sunt ista duo mala: magne pene
hominum. Nam tenebre ignorantia: lubri
cum luxuria ē. Fiat uia eoꝝ tenebre &
lubricum. & angelus dn̄i ꝑsequens eos: ut
ñ possint stare. Nam unus quisq; in tenebris

et lubrico. cum uidit quia si pedem mouit labi
tur: & lux illi ante pedes non ē: uel hoc forte
facit. ut expectet diem donec luceat. Sed ibi est
angelus domini persequens eos. Hec eis futura pre
dixit: non quasi ut euenirent optauit. Quam
quam propheta in spiritu dei sic ea dicat. quomodo illa deus
facit certo iudicio: bono. iusto. sancto. tranquillo:
non perturbatus ira: non amaro zelo: non ani
mo inimicitiarum exercendarum. sed iusticia ui
ciorum puniendorum. Verumptamen prophetia ē.
Unde autem tanta mala ista? Quo merito? Audi
quo merito. Quoniam gratis absconderunt mihi
muscipulam corruptionis sue. In ipso capite
nostro attendite. Hoc fecerunt iudei: & absconderunt
muscipule sue corruptionem. Cui absconderunt
muscipulam? Qui uidebat corda absconden
tium. Sed tamen erat inter illos ignoranti similis
quasi falleretur: cum illi eo deciperentur quo
eum falli arbitrarentur. Ideo enim ille tam
quam fallebatur inter illos uiuens: quia nos inter
tales sic uicturi eramus: ut sine dubio fallere
mur. Ille uidebat traditorem suum: & elegit
illum magis ad opus necessarium. Illius malo
magnum bonum operatus ē. Et tamen inter
duodecim electus ē: ne ipse duodecimus tam
exiguus numerus esset sine malo. Hoc ad
exemplum nostre pacientie: quam necesse erat
ut inter malos uiueremus. Et quia necesse erat
ut malos siue scientes. siue nescientes tolerare
mus: exemplum pacientie prebuit: ne deficias
cum ceperis inter malos uiuere. Et quia illa scola
xpi in duodecim non defecit: quanto magis nos
infirmi esse debemus: cum implerentur in ecclesia
magna que de malorum permistione predicta sunt.
Neque enim uidebat ipsa sola redditum semini abra
he quod erat promissum: & ipsam aream unde mas
sa que implebit horreum processura ē. Quare ergo
non cum trituratur. in ea digne palea toleratur:
donec ultima uentilatione purgetur? Hoc enim
futurum ē malis: quod audistis. Sed tamen quid fa
ciendum ē? Gratis absconderunt mihi corruptionem
muscipule sue. Quid ē gratis? Quibus nichil male
feci: quibus nichil nocui. Uane exprobrauerunt
animam meam. Quid ē uane? Falsum dicen
tes: nichil probantes. Ueniat illis muscipula quam

ignorant. Magnifica retributio: nichil iustius. Qui ab
sconderunt muscipulam: ut ego ignorarem: illis
ueniat muscipula quam ignorant. Nam ego scio
muscipulas ipsorum. Que autem illis muscipula
uentura ē? Illa quam ignorant. Audiamus:
ne forte dicat illam. Ueniat illis muscipula:
quam ignorant. Forte aliam illi absconderunt:
alia illis uentura ē? Non. Sed quid? Funiculis
peccatorum suorum: unus quisque constringitur.
Inde decipiuntur: unde decipere uoluerunt. Inde
illis nocebitur: unde nocere conati sunt. Sequi
tur enim. Et captio quam occultauerunt: eos
comprehendat. Tamquam si quisquam ueneni
calicem preparet alicui & oblitus bibat: & tam
quam si foueam fodiat in quam quisque ini
micus eius in tenebris incidat: & ille oblitus
quod fodiat ambulans ea uia: prior illuc cadat.
Prorsus fratres mei ita credite: ita certi estote: ita
si ē in uobis excellentior prudentie racio. uidete
atque perspicite. Nemo malus: qui non sibi prius no
ceat. Sic enim esse putate maliciam: quomodo
ignem. Incendere uis aliquid? Illud quod admo
uetur: prius ardet. Nisi ardeat: non incendit.
Facula ē. Hanc faculam apponis: ut aliquid
incendat. Numquid non ipsa facula quam
apponis prior ardet: ut aliquid posset incendere?
Malicia ergo: procedit ex te. Et quem prius uastat:
nisi te? Quo profunditur ramum ledit: ubi radicem
habet non ledit? Et quidem dico quod malicia tua
ut alteri non noceat fieri potest: ut autem tibi non
noceat non potest. Numquid nocitum ē sancto uiro
iob. de quo preloquitur sumus? Quomodo in alio psal
mo dicitur? Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Quid
fit de acuta nouacula? Capilli. res superflue decidun
tur. Quid ergo facis ei quem uis nocere: si nequa
quam tibi ad malum consentiat? Cui uis nocere non
malicia tua ei nocitura ē: sed sua. Si autem intus
ipse malicia careat: & cor mundum subdat illi
uoci dicenti salus tua ego sum. forinsecus op
pugnas: interiorem hominem non expugnas.
Malicia tua ab interiore tuo procedit: te prius in
anem reddit. Tu putrescis intus: unde iste
uermis processit. intus nichil integrum dereliquit.
Et captio quam occultauerunt comprehendat
eos: & in muscipulam incidant in ipsam. Non quod

putabas forte pauloante cum audires ueniat
illi muscipula quam ignorant: id ēē quasi ali
quid aliud ex occulto ineuitabile. In quam
g̃? In ipsam. In quam? Quam michi abscon
derunt. Nonne hoc factum ē uideis? Dominus
eorum iniquitatem uicit: illi in iniquitate sua
uicti sunt. Ille surrexit p nob: illi mortui sunt
in se. Hec g̃ malis: nocē m̄ uolentib. Michi quid?
Anima autem mea exultabit in domino: tam
quam in eo a quo audiuit salus tua ego sum:
tamquam non querens alias extrinsecus diui
cias: tamquam non querens circumfluere
uoluptatib; bonisq; t̄renis: s; coniugem uerū
gratis amans: non ab illo uolens accipe quod
delectet: s; ipsum solum sibi ꝓponens a quo de
lectetur. Quid enim melius d̄o? Dicis michi.
Amat me d̄s? Amat te d̄s. Ecce ꝓposuit: pete
qd̄ uis. Si t̄ imperator dicēt pete qd̄ uis: quos
tribunatus. comitatus ue quereres: quanta t̄
ꝓponeres: & accipienda. & aliis largienda. Deo
t̄ dicente pete quod uis. quid petiturus es?
Excute mentem tuam: exerce auariciam tuam:
ꝓtende quantum potes. & dilata cupiditatem
tuam. Non quicumq; s; om̄ps dixit: pete qd̄
uis. Si possessionum es amator: desiderāturus es
totam t̄ram: ut om̄s qui nascuntur coloni
tui aut serui sint. Et quid cum totam t̄ram
possedis? Mare petiturus es: in quo uiuē tam̄ n̄
potis. In hac auaricia: te pisces supabunt. S;
et exercitibus angelorum: ut fiat illa una ciuitas sub uno rege. & una quedam prouincia sub uno imperatore: felix in perpetua pace & salute: laudans deum sine fine. beata sine fine. Corpus autem xpi quod est ecclesia tanquam unus quidam homo primo iunior fuit: & ecce iam in fine seculi in senecta pingui. quam de illa dictum est. adhuc multiplicabitur in senecta pingui. multiplicata est super omnes gentes: et ipsius uox est attendentis quasi unius hominis primam etatem suam & istam nouissimam respicientes per omnia: quia omnes etates notas habet per scripturas: & ait exultans & monens. Iunior fui primis temporibus seculi. & ecce senui iam nouissimis temporibus seculi: & numquam uidi iustum derelictum. neque semen eius querens panem. Agnouimus hominem iuniorem & senem: & tamquam aperto tecto peruenimus ad xpm. Sed quis est iustus qui non est iusus derelictus: nec semen eius querens panem? Si intelligas panem: intelliges illum. Panis est enim uerbum dei: quod numquam ab ore iusti discedit. Nam & in capite suo iustus iste temptatus. hoc respondit. Quando enim ipsi domino diabolus ait esurienti & famem patienti. dic lapidibus istis ut panes fiant: respondit. Non in pane solo uiuit homo: sed in omni uerbo dei. Deinde fratres mei attendite. quando faciat iustus uoluntatem dei. Semper enim facit: & secundum uoluntatem eius uiuit. Uoluntas dei de corde eius non recedit: quia uoluntas dei ipsa est lex dei. & quid dictum est de tali? Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Panem istum manducas una hora: et dimittis panem illum uerbi die & nocte. Quando enim audis. aut quando legis: manducas. Quando inde cogitas ruminas: ut sis animal mundum non immundum: quod significat etiam sapientia per salomonem dicens. Thesaurus desiderabilis: requiescit in ore sapientis. Vir autem stultus glutit illud. Quid enim glutit? Ut non in illo appareat quod uorauit: oblitus est quod audiuit. Qui autem non est oblitus cogitat: & cogitando ruminat: ruminando delectatur. Unde dicitur. Cogitatio sancta seruabit te. Et ecce si seruat te in ruminatione panis huius sancta cogitatio: numquam uidi iustum derelictum. nec semen eius querens panem. Tota die miseretur & feneratur. Feneratur quidem latine dicitur: & qui dat mutuum: & qui accipit. Planius hoc autem dicitur: si dicamus fenerat. Quid ad nos quid gramatici uelint? Melius in barbarismo nostro uos intelligitis: quam in nostra disertitudine uos diserti eritis. Ergo iustus iste tota die miseretur & fenerat: sed non gaudeant feneratores. Inuenimus quendam feneratorem: sicut inuenimus quedam panem: ut ubique aperto tecto. peruenimus ad xpm. Nolo sitis feneratores. Sed ideo nolo: quia deus non uult. Nam si ego nolo. & deus uult: agite. Si autem deus non uult: etiam si ego uellem. malo suo ageret qui ageret. Unde apparet deum hoc nolle? Dictum est alio loco. Qui pecuniam suam non dedit ad usuram. Et quam detestabile sit quam odiosum. quam execrandum: puto quia & ipsi feneratores nouerunt. Rursus autem ego ipse immo deus noster qui te prohibet esse feneratorem: iubet te esse feneratorem: & dicitur tibi. Si feneraueris spem non habebis: sed rursus nisi feneraueris spem non habebis. Si feneraueris hominem. idem mutuam pecuniam tuam dedisti. a quo aliquid plusquam dedisti expectes accipere. non pecuniam solam sed aliquid plusquam dedisti. siue illud triticum sit. siue uinum. siue oleum. siue quod libet aliud: si plus quam dedisti expectes accipere. feneratores: et hoc improbandus non laudandus. Quid ergo faciam inquit: ut sim utiliter fenerator? Attende quid fenerator. Minus uult dare certe: & plus accipere. Hoc fac & tu. Da modica: & accipe magna. Vide quam late crescat fenus tuum. Da temporalia: et accipe eterna. Da terram: accipe celum. & cui dabo? Forte dicis. Ipse dominus procedit quem feneres: qui tibi iubebat ne fenerares. Audi scripturam quomodo feneres domino. Fenerat inquit domino: qui miseretur pauperi. Non enim eget ante dominus: sed habes alium qui ante egeat. Iui porrigis: ille accipit. Non enim habet pauper quod tibi retribuat: & tamen uult & ipse retribuere & non inuenit quid. Sola in illo remanet beniuolentia orandi pro te. Cum autem pauper orat pro te: tamquam deo dicit. Domine

accepi mutuum : fideiussorem do te. Proinde & si non uenes pauperem redditorem : sidoneum te uel fideiussorem. Ecce deus ꝛ de scptura sua dicit. Da securus : ego reddo. Quoñ solent dicere fideiussores? Quid dicam? Ego reddo : ego accipio : ih das. Putamus ne & hoc deus dicit : ego accipio ih das? Plane si deus xpc quod non dubitatur : ipse dixit. Exurui : & dedisti in manducare. & cum illi dicent quando te uidimus esurientem? ut ostenderet se pauperem fideiussorem . omnium membrorum suorum sponsorem . quia ille caput illi membra? & cum accipiunt membra caput accipit : cum unusquisque ex his minimis meis recipit. ih recipit. Hera auare fenerator : unde quid dedisti : unde quid accepturus es. Si dedisset paruam pecuniam & ille cui dedit paruam pecuniam . p parua pecunia tua daret ꝛ magnam uillam . incompabiliter ampliꝰ ualentem quam dedit tu pecuniam : quamalegre ageret. quanta lenocia tolleretur? audi quam possessionem det : cui fenerasti. Venite benedicti patris mei : percipite. Quid? Quod dedisti? Absit. Terrena dedisti : que si non daret in tua putrescerent. Quid enim inde faceturus esses : si non dedisses? Quod preparatum erat in tua : seruatum e in celo. Ergo quod seruatum e : hoc acceptaturi sumus. Seruatum e mihi : facius e thesaurus tuus mihi tuum. Nam unde quid sis acceptaturus. Percipite regnum : qđ uobis paratum e ab initio mundi. Contra illi qui fenerare noluerunt? quid audiunt? Ite in ignem eternum : qui preparatus e diabolo & angelis eius. & quid uocatur regnum quod accepturi sumus? Attende se quentia. Ibunt in combustionem eternam : iusti autem in uitam eternam . Ad hoc ambite : hoc emite : ad hoc fenerate. Habeat xpm in celo sedentem : in ua pereuntem . Inuenit quoñ fenet iustus. Totadie miseretur & commodat : & semen eius in benedictione erit. Et hic non occurrat carnalis cogitatio. Uidimus multos filios iustorum : fame morientes . Quoñ g semen eius in benedictione erit? Semen eius reliquie eius. Unde hic seminat : et postea metet . Nam qp apls dicit. Bonum autem facientes non deficiamus : tempore enim suo metemus infatigabiles. Itaq dum tempus habemus

operemur bonum ad omnes. Hoc est semen tuum : quod erit in benedictione. Terre commutus . & tanto amplius colligis? xpo committus & pdis? Unde ipsum semen excellentius nominatum ab apło : cum de elemosinis dicit. Hoc autem dic. qui parce seminat parce & metet? et qui seminat in benedictione : de benedictione & metet. Si laboras forte cum seminas? et doles cum miseris : quia miserol undes. Melius enim non habebimus aliquando quibus ista demus : cum oñs in incorruptione commutabimur. Nullus esuriet cui porrigas panem . nullus sitiet cui dederis potum : nullus nudus erit quem uestias : nullus peregrinus quem suscipias. Hic autem mr erumpnas . temptationes. dolores. gemitus. mittamus semen. Si respice ad psalmum alium. Euntes ibant & flebant : mittentes semina sua. Attende quia semen eius in benedictione erit. Uenientes autem uenient cum exultatione : portantes manipulos suos. Uide g quid sequitur : et noli ee piger. Declina a malo : & fac bonum. Noli putare sufficere : si non expoliaris uestrum . Non expoliando enim uestrum : declinasti a malo. Si noli arescere : & sterilis ee. Sic noli expoliare uestrum : ut uestias nudum . Hoc est enim declinare a malo : & facere bonum. & quid inde habebo dicturus es? Jam commendauit ille quem fenerasti. Quid e dabit? Utram etiam dabit e. Da illi securus : & audi & id quod sequitur . Declina a malo & fac bonum : et inhabita in seculum seculorum. & noli putare cum das quod nemo te uideat . aut quia te deserit deus . quando forte dedit pauperi . & consecutum fuit aliquod dampnum : ut aliqua rebus rei amisit : & dicas e. Quid prodest me fecisse bona opa? Putas non amat deus homines : qui bene faciunt. & unde ista uia sic murmuratio? Unde iste strepitus : in qua abundant iste uoces? Unus quisque in cognoscere potest uocem . aut in ore suo . aut in ore uicini sui : aut in ore amici sui. Deleat illas deus : et exterpet spinas de agro suo. Plantet ibi frugem bonam : & arborem fructiferam. Quid enim contristatus es o homo quia dedisti

de semine.

de elemosina.

pauperi. & aliquid perdidisti. Nonne
uides quia hoc perdidisti: quod non dedisti.
Quare non respicis ad deum tuum? Ubi est
fides? Quare sic dormit? Excita illam in corde
tuo: attende quid tibi dixerit dominus quando te ad
huiusmodi bona opera exortabatur. Facite uobis
sacculos non uetustescentes: thesaurum non defi-
cientem in celis: quo fur non accedit. Hoc ergo modo
commemora: quando plangis in dampno. Quid
ploras stulte preuii cordis: aut non sani cordis? Qua-
re perdidisti: nisi quia mihi non commendasti? Quare
perdidisti? Quis tibi abstulit? Respondebis. Fur.
Nonne hoc te premonueram: ne ibi ponerem quo
fur posset accedere? Si ergo dolet qui perdidit: hoc
doleat quia non ibi posuit. unde perire non potuit.
Quoniam dominus amat iudicium: & non de-
relinquet sanctos suos. Quando patiuntur la-
bores sancti: nolite putare quia non iudicat
deus: aut perverse iudicat. Qui te monet ut
iuste iudices: ipse perverse iudicaturus est?
Amat ille iudicium: & non derelinquet sanctos
suos. Sed quomodo sit abscondita apud illum ui-
ta sanctorum uide: ut qui modo laborant in terra
quasi tempore hiemis arbores non ferentes
fructum & folia. illo apparente tanquam
nouo sole exorto: illud quod in radice uiuebat:
in fructibus apparebat. Amat ergo ille iudicium: &
non derelinquet sanctos suos. Sed laborat sanctus
in fame. Non illum derelinquet deus. Flagellat
omnem filium quem recipit. Contempnis illum
quando flagellatur: & parcit illi quando ditatur.
Unde enim flagellatur? Pressuris temporalibus.
Quando ditabitur? Quando audiet uenite
benedicti patris mei percipite regnum: quod uobis
paratum est ab initio mundi. Noli ergo piger esse.
Flagellaris: ut sis inter eos qui merentur recipi.
Usque adeo ille amat iudicium: ut non derelin-
quat sanctos suos. quos flagellat ad tempus. Et
quoniam flagellat omnem filium quem recipit:
nec unico pepercit: in quo delictum non inuenit
Quoniam dominus amat iudicium: & non derelinquet
sanctos suos. Quia ergo non eos derelinquet: forte
hoc eis dabit quod hic amas: multos annos uiuere
senescere. Non attendis quia si senectutem optas
uenire: hanc optas de qua cum uenerit con-

queraris? Non tibi dicat ergo anima. uel mala. uel in-
firma. & paruula. Quomodo uerum est dominus amat
iudicium: & non derelinquet sanctos suos? Re-
uera non deliquet tres pueros in chamino lau-
dantes: non eos tetigit ignis. Numquid sancti
eius machabei non erant: qui ignibus defecerunt
carne non fide? Sed hoc inquit maiorem questio-
nem habet: quia cum fide illi non defecerint. ille
illos non dereliquit. Audi quod sequitur. In eternum
conseruabuntur. Tu paucos annos eis optabas:
quos eis si daret dominus non derelinquerent sanctos
suos. Visibiliter non deliquit tres pueros: occulte
non deliquit machabeos. Illis etiam dedit uitam
temporalem ad confundendos infideles: illos
autem occulte coronauit: ad iudicandam impie-
tatem persecutoris. Nec illos tamen nec illos reli-
quit: quia non derelinquet sanctos suos: & nichil
magnum acceperunt tres pueri. si non in eternum
conseruarentur. In eternum conseruabuntur.
Iniusti autem punientur: & semen impiorum
peribit. Quomodo semen illius in benedictione erit:
sic semen impiorum peribit. Semen impiorum:
opera impiorum. Nam inuenimus rursus filium
impii florere in seculo: & aliquando fieri
iustum: & florere in xpo. Vide ergo quomodo
accipias: ut tectum aperias: & ad xpm perue-
nias. Noli carnaliter: nam deciperis. Semen impi-
orum: omnia opera impiorum peribunt: fructum
non habebunt. Ad tempus enim aliquid ualent:
postea querent & non inuenient. quod operati sunt.
Nam perdentium quod operati sunt: uox erit illa.
Quid nobis profuit superbia: aut quid diuitiarum
iactantia contulit nobis? Transierunt omnia illa
tanquam umbra. Ergo semen impiorum peribit.
Iusti hereditate possidebunt terram. Rursus aua-
ricia non surrepat. nec tibi aliquam uillam mag-
nam promittat: ne quod hic uiberis contemp-
nere ibi speres. Terra est quedam illa uiuorum
regnum sanctorum: unde dicitur spes mea es tu: por-
tio mea in terra uiuentium. Nam & si uita tua
illa est: intellige qualem terram accepturus
sis. Illa est terra uiuentium. Hec autem est terra
morientium: receptura mortuos quos nutri-
uit uiuos. Qualis ergo illa terra? Qualis & ipsa uita.
Si eterna uita: eterna terra. Et quomodo eterna terra?

Et habitabunt in seculum seculi sup eam.
Alia g̃ ita erit: ubi inhabitabimus in seculum
seculi. Nam de ista dictum ē: celum & ita
transient. Oculus meditabitur sapientiam.
Ecce ē ille paul. Videte quam libenē man
ducet iustus iste: quos ñ ūlet in ore suo sapi
entiam. Et lingua eius loquetur iudicium.
Lex dei eius in corde ipsius. Ne forte putaret
eum in ore habē qđ in corde non habet: ne
forte eum putaret eum in illis de quib; dictum ē.
ppls hic labiis me honorat: cor autem eorum
longe ē a me. Et lingua eius loquetur iudicium.
Lex dī eius in corde ipsius. Et quid illi dest?
Et non supplantabunt gressus eius. Libat ala
queo ūbum dī in corde: libat alia praua ūbum
dī in corde: libat alapsu ūbum dī in corde. Te
cum ē: cuius ūbum ate non recedit. Quid autē
mali patietur quem custodit deus? Custodem
ponis in munea? & contra furem securus es: & po
test dormire custos ille. & ipse cadē & furem ad
mittē. Non autem dormit neq; dormitabit: qui
custodit isrl. Lex dī eius in corde ipsius: & non
supplantabuntur gressus eius. Viuat q̃ securus: &
inter malos viuat securus: & inē impios viuat
secur. Quid enim iusto malit? potest impius aut
iniustus facē? Ecce iude quo sequit. Confidat
peccator iustum: & quert mortificare eum.
Dicit enim quod in libro sapientie p̃dictum ē.
Gratus est nob̃ eram ad uidendum: quoniam
dissimil ē aliis uita ipsius. Quert q̃ mortificare.
Quem? Dominus qui custodit qui eum illo ha
bitat. qui de ore ipsius. qui de corde non recedit.
dimittet eum. Ubi ē qđ supius dictum ē. & non
delinquet sanctos suos? Ergo confidat pecca
tor iustum. & quert mortificare eum: dñs autem
non delinquet eum in manib; eius. Quare q̃ de
liquit marcarel in manib; impiorum? Quare
fecerunt illi quecumq; uoluerunt? Alios gladio
percusserunt. alios crucifixerunt? alios bestiis subie
cerunt? alios ignib; cremauerunt: alios in cae
mi ducentes tabe diuturna confecerunt. Certe ñ
delinquet sanctos suos. Dominus autem non dere
linquet eum in manib; eius. Postremo ipsum fili
um suum quare dimisit in manib; iudeoꝝ?
Et hic tecum agi. sicut omni mano membro
constringi: quem ad dñm? audi quid dicat alia
scriptura dñm p̃udens passurum ab impijs. Quid
aut? Terra tradita ē in manus impij. Quid est
ita tradita ē in manus impij? Caro tradita est: in
manus persequentis. Non ibi autem dimisit iustum
suum ds. De carne capta ducit animam ad uitam.
Dimittet deus iustum suum in manib; impij: si il
lum fecisset consentire impio. Contra qđ malum
orat in alio psalmo: & dicit. Ne tradas me domine
a desiderio meo peccatori. Quis ē ut a desiderio tuo ñ
tradaris peccatori: ne cum desiderat uitam p̃sentem
uitam alterius illam. & p̃dat cōnam. A quo desiderio ñ deb&
tradi peccatori? ab illo de q̃ta dr. Et diem ho
minis non concupisti tu scis. Qui enim desiderat
et concupiscit diem humanum? quando illi nocet
fuit aduersarius qđ tollit illi diem humanum q̃
occidet eum & p̃det hanc uitam: qui non spat
aliam uitam. deficit & consentiat inimico. Qui
autem audit dñm dicentem noli timē eos qui oc
cidunt corpus: animam autem non possunt oc
cidē: & si tradatur ita in manus impij capta
ita. spe euadet. Spu euadente: & ita resur
get. Spe mutatur ad dñm: ita mutabitur
in celum. Non enim aliquid de ipsa ita pte.
que ad tempus tradita est in manus impii. Ca
pilli capitis uri numerati sunt. Ergo ē securitas: si
simul sit deus. Si autem expellatur diabolus:
admittatur deus. Dominus autem non dere
linquet eum in [illegible] manib; eius: nec dāp
nabit eum cum [illegible] iudicabitur illi. Ha
bent aliqua exemplaria: & cum iudicabit
eum. Cum iudicabitur autem illi dictum ē:
cum iudicium sit de illo. Possumus enim sic
loqui ut dicamus homini iudicia in: id ē audi
causam meam. Cum q̃ cepit audire causam
iusti sui ds: q̃m oportet oēs exhiberi
ante tribunal x̃i & adstare: ut illic recipiat
unusquisq; q̃ p̃ corpus gessit siue bonum
siue malum: quando q̃ uenturus fuit ad illud
iudicium non cum dampnabit? & si ad temp?
iudicat dampnari ab homine. Et si dixerit
sententiam proconsul in cipanum: alia ē sella
ferrea. aliud ē tribunal celorum. Ab inferiore
accepit sententiam: a superiore coronam. Nec
dampnabit eū cū iudicabitur illi. Sz q̃ndo

erit. Noli ñ putare. Tempus laboris ē. temp⁹ seminis ē. tempus frigoris ē. Si ñ ē uentos & si ñ pluuias seminas noli ēē piger. estas uenit que te letificet: in qua te gaudeas seminasse. Quid g̃ facio m̃? Expecta dñm. Et cum eum expecto quid ago? & custodi uias ei. Et si custodiero. quid accipio? & exaltabit te ut hereditate possideas ter̃am. Quam ter̃am? Ne forte ne aliqua uilla occurrat animo? illam de qua dr uenire benedicti patris mei: percipite regnum qđ uob̃ paratum ē ab origine mundi. Quid de illr qui nos angustiauerunt mē quos gemimus. quorum scandala tolleramus. pro quib; seruientib; frustra oramus? qđ deus auertat. Sequitur. Cum pierint peccatores uidebis. Et quam de primo uidebis? Tu eris ad dexteram: illi ad sinistram. Hoc ad fidei oculos pertinet. Quos fidei oculos qui non habent. dolent felicia tē ipsor & putant & se sine causa ēē iustos: qui uident hic florē impios. Qui autem hr illum oculum fidei quid dicit? Vidi impium sup exaltatum: & eleuari sicut cedros libani. Et puta qua sup exaltatus est: puta qua eleuatus est. Quid sequitur? Et transiui & ecce non erat: & quesiui eum. & non ē inuentus locus eius. Quare non erat? & non ē inuentus locus eius? Quia transiuit. Si autem adhuc carnalit̃ cogitas. & ista terrena felicitas uera t uidetur felicitas: fidum transiuit. Aute equat illi est. aute infra est. Profice & transi. Et cum proficiendo transieris. attendis eum fide. unde nouissima ipsius: & dicas t. Ecce non ē iste qui sic fluxerat: quos̃ si transirem uexata fluxa. Iam & hunc dictum ē: in isto psalmo supius. Defecerunt ueluti fumus deficient. Cito grauis in altum fumus: & in globum cumulū pgit. Quanto magis attollitur: tanto amplius intumescit. Sed cum transieris attende post te. Post te enim fumus: si ē ante te dr. Noli posteriora ex desidio attendē: sicut attendit uxor loth & remansit in ua: & respice ex despectu. & uidebis nusquam impium ēē. & quereris locum ei? Qui ē locus eius? Quos̃ hr potestatem. hr diuicias. hr ordinem suum quendam in reb; humanis? ut multa ei obsequant̃: ut timeat & audeatur. Iste locus non erit si transieris: ut possis dicē. Transii & ecce non erat. Quid ē transii? Profeci: puenit ad spiritalia: intrauit in sanctuariū dei ut intendem in nouissima? & ecce si erat: et quesiui eum & non ē inuentus locus eius. Custodi innocentiam. Tene quos̃ cum auarus esset: sacellum tenebat. Quos̃ tenebat sacellum ne t extorqueatur a fure: sic custodi innocentiam ne t extorqueatur a diabolo. Sit illa cum patrimonium tuum: de qua sunt diuitie & paupes. Custodi innocentiam. Quid t p dest lucrum auri: et dampnum innocentie? Custodi innocentiam: et uide directionem. Habeto oculos directos ut uideas directionem: non pruos quib; malos uidet et distortos: ut distortus t & pruus uideatur dñs quia fauet impio: & psequitur fidelem. Non uidet quam distortum uideat? Corrige oculos tuos: & uide directionem: Quam directionem? Noli ad plenta attendē. Et quid uidebis? Cum sunt reliquie hominū pacifico. Quid ē sunt reliquie? Cum mortui fuis: non eris mortuus. Hoc ē sunt reliquie. Erit illi aliquid & post hanc uitam: hoc ē illud semen qđ in benedictione erit. Vñ dñs. Qui credit in me inquit licet moriatur uiuet: qui sunt reliquie hominū pacifico. Iniusti autem dispient: in id ipsum. Quid ē in id ipsum? In sempiternum: ut omnes simul in unum. Reliquie impiorum interibunt. Sunt autem reliquie hominū pacifico. Ergo qui non sunt pacifici: impii sunte. Beati enī pacifici: quia ipsi filii dei uocabunt. Salus autē iustorum a dño: & protector eorum ē in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos dñs & eruet eos et eximet eos ex peccatoribus: & saluabit eos. qm̃ sperauerunt in eum. Tolerent g̃ in peccatore iusti. tolerent frumenta zizania. tolerent triticum paleam? quia uenit tempus separationis: & eximetur semen bonum ab eo qđ igne consumet. Illud in honorem meritum: illud autem in gehennam conflagrationem: quia ideo simul fuerunt primo iusti & iniusti. ut ille supplicaretur. ille pareret. pea autem ille dampnaretur. ille coronaretur. Dō gr̃as tibi: reddidimus debitum in nomine xpi: si nos carnalis debitor tenere. Illa enim una ē. que & sic odit reddatur semp

debeam. Multas dicimus aduersus donatistas: multa uob recitauimus. multas carta. multa pter canonem scripturarum ut cogentibus. Nam si reprehendent hec. quia talia uob legimus: nos reprehendamur. dum uos instruimus. Possumus enim eis & in hac parte sic respondere: Fecimus stulte insipienti uos me coegistis. Tamen fris amte omnia scripsore humilitatem mam. de qua securi sumus in testamto patris mi ee: non in aliqua carta triuiola alicuius hominis: sed in testamto patris. Inde securi sumus: quia qui fecit testamtum uiuit. Qui fecit testamtum heredi suo: ipse iudicabit de testamto suo. In rebus humanis aliud est testator aliud e iudex: et tam qui tenet testamtum. quam apud iudicem altum: non apud iudicem mortuum. Quam g secura e nra uictoria: cum iudicabit qui testatus e? Et si enim mortuus e xpc ad tempus: sed tam uiuit in cnum. Loquantur g ad usus nos quicquid uolunt: nos diligamus illos et nolentes. Nouimus enim fras. nouimus linguas eorum: xpi quas eis non transeamus: patienter ferre nobcum. Videant enim in causa mea se habe: & linguas conuitiantur in nos: & mepiunt de nob dice mala multa que nescunt. multa que nescunt. Que sciunt pcerta nra sunt. Fatemur enim aliquando sicut dicit apls stulta & mereduli: & ad omne opus bonum reprobi: uetrore pius desipientes & insanientes fatemur non negamus. Et quanto pcatum mum non negamus: tanto magis om qui nob ignoscit laudamus. Quid g hic dicimus causam: & ils ad hominem? Quid enim ego sum? Quid sum? Numquid catholica ego sum? Numquid hedera xpi diffusa pgentes ego sum? Sufficit mihi ut in ea sim. Vtquid mala mea pcata? quid magnum facis? Scelior sum ego in mala mea quam tu. qui tu uitia pasci: ego dampnatus. Vtinam uelles uindicari ut & error tuus fieret aliquando pcatus. Ista sunt mala pcata que nouerunt: maxime in ista ciuitate. Hic enim male uiximus quod ego confiteor: & quantum gaudeo de gia di. tantum de mea pcati mei. Quid dicam? Doleo. Dolerem: si adhuc sic eem. Sed quid dicam. Dicam. Gaudeo. Nec hoc possum dicere: uana enim niquam fuissem. Que ego tm fui: in nomine xpi pcatum e. Quod autem mi reprehendunt: si non sunt. Sunt que adhuc in me reprehendant: & tam multum e ad illos ut hi nouint. Multa enim ago in cogitationib; mee pugnans aduersus malas suggestiones meas: & hanc conflictationem diuturnam & xpe contrariam cum temptationib; inimici subitere me uolentis. Gemo apud dm in infirmitate mea: & nouit quod parturit cor meum: ille qui nouit paruum meum. Michi autem minimum e ut audiar uidicer aut ab humano die aut apls: nec ego me ipsum diiudico. Metuit enim me nouit quam illi: & melius dicit quam ego. Non g uob insultent de nob. Non faciat xpc. Dicunt enim. Et qui sunt. & unde sunt. Malos hic illos nouimus. Et ubi baptizati sunt. Si nos bene nouerunt. sciunt quia & nauigauimus aliquando: sciunt qa & peregrinati sum? scitt qa alii uenim? & alii reuenim? Si hic baptizati sumus: si ubi baptizati sumus ecclia e. Nota unusquisq; orbi fratrum. Et multi fres mi sunt qui & nouunt quia & baptizati sumus: & nobcum baptizati sunt. Facile e g hoc nosse si quis frem em de sollicitus: istis autem satis factum sumus. & demonstratum sumus aliquid de testimonio ecclie. cui non communicant. Vtrum non nos nouunt transmare baptizatos in xpo. quia & transmare non hnt xpm. Ille enim xpm transmare hbt. qui & transmare communionem unusquisq; ecclie tenet. Quomodo potest cognosci ubi sim ego baptizatus? Communio ipsius uix transit mare. Veruntamen fres mei. quid eis dicam? Suspicamur quid uultis de nob. Si boni sumus in ecclia ex frumento sumus? si mali sumus in ecclia ex palea sumus: tamen ab area non recedimus. Tu qui uento temptationis foras uolasti quid es? Triticum non tollit uentus ex area. ex eo g ubi es: agnosce quod es. Sed tu inquit quis es. qui contra nos dicis tanta? Quicunq; sis quod uir attende: si aliquis uir. Sed peccatum inquit dicit dns. Vt quod assumis testamti meum post tuum. Dicat hoc dns peccatum. forte e gen peccatum: cum hoc recte dicat dns. Sed in quemlibet

hoc dicat dn̄s: ideo dicit quia peccatori n̄ pdest.
quando legem dei loquitur. Numquid & audi
toribus non pdest. Utrumque genus habemus in
ecclesia domino dicente: & bonorum & malorum.
Boni cum pdicant quid dicunt. Imitatores mei
estote: sicut & ego xp̄i. De bonis quid dr̄. Sed for
ma esto fidelium. Hoc nos ēē laboramus. Quid
autem simus: ille nouit ad quem gemimus. De
mal tamē dictum ē aliud. Sup cathedram moy
si: sederunt scribe & pharisei. Que dicunt facite
que autem faciunt facē nolite. Vides quia in ca
thedra moysi cum successit cathedra xp̄i sedent
et mali & tamen dicendo bona non obsunt au
ditoribus. Quare tu ppt̄ malos. ipsam cathe
dram dimisisti. Redi ad pacem: redi ad con
cordiam: que te non offendit. Si bona loquor
et bona facio: imitare me. Si autem n̄ facio
que dico: habes consilium domini. Que dico fac.
que autem facio noli facē: tamen a cathedra ca
tholica noli discedē. Ecce in nomine xp̄i ituri
sumus: & multa dicturi sunt. Quis finis.
Cito contempnite causam nr̄am. Non illi dicatis:
nisi frat̄ ad rem responde. Hic augustinus ep̄s
est in ecclesia catholica: sarcinam suam portat:
rationem reddituris ē deo. In bonis eum noui:
si malus est ipse nouit. Si bonus ē: nec sic
spes mea est. Hoc ante omnia didici in catho
lica: ut spes mea non sit in homine. Merito
g̃ uos homines rep̄henditis: quia spem ues
tram in hominibus posuistis. Certe cum rep̄
henderint nos: contempnite & uos. Noui
mus enim qualem locum habemus in corde
uro: quia scimus qualem locum habeatis in
corde nr̄o. Nolite p nob̄ c̄tare aduersus illos.
Quicquid de nob̄ dixerint cito transite: ne la
borantes cura defensionis nr̄e dimittatis cau
sam ur̄am. Hoc enim agunt astute nolentes
et timentes: ut de ipsa causa dicamus. In
gerunt nob̄ quo nos auocent: ut cum in
tendimus purgare nos. sileamus ab ipsis
conuincendis. Non prorsus. Quid me dicis
malum? Dico & ego alia innumerabilia: cito
aufer de medio: fini causam meam. De re
age: ecclesie causam attende: ubi sis uide
Veritas tibi unde libet loquatur esuriens
accipe: ne numquam ad te peueniat panis. dū
semp quid rep̄hendas in uasculo: fastidiosus
et calumpniosus inquiris. Explicit psalm̄
tricesimus sextus. Incipit de
psalmo tricesimo septimo.

Oportune ad id qd̄ cantauimus
iniquitatem meam ego pnuntio:
et curam geram ppeccato meo.
respondit hec mulier de lectione euuangelij. Ini
quitates enim eius intuens dominus: canem
appellauit dicens. Non est bonum panem filiorum
mittē canibus. Et illa que nouerat iniquitatem
suam pnuntiare & curam gerere ppeccato suo:
n̄ negauit qd̄ ueritas dixit: sed miseriam confessa:
potius misericordiam impetrauit: curam gerens
ppeccato suo. Nam & curari petiuerat filiam suā:
fortassis in filia significans uitam suam. Psalmū
g̃ totum quantum possumus dum considera
mus & ptractamus: aduertite. Assit dominus in
cordibus nr̄is ut salubrit̄ hic inueniamus uoces
nr̄as: & quom̄ inuenimus pferamus: nec
difficulter inueniendo. nec impite proferendo.
Titulus eius ē ipsi dauid: in recordatione sabbi.
Querimus que nob̄ scripta sunt de sancto dauid
ppha ex cuius semine dominus nr̄ ihc xp̄c se
cundum carnem: & int̄ bona que de illo
nob̄ nota sunt p scripturas: non inuenimus
eum aliquando recordatum sabbatum. Quid enim
ita recordaretur secundum illam obseruationē
iudeorum: qua obseruabant sabbatum. Quid
enim ita recordaretur: quod int̄ septem dies
necessario ueniebat. Obseruandum g̃ erat:
non sic recordandum. Nemo autem recordat̄:
n̄ qd̄ in p̄sentia non ē positum. Vbi gr̄a. In hac
ciuitate recordaris carthaginem ubi fuisti aliqn̄
do: & hodierno die recordaris hesternum
diem: uel prioris anni. uel quemlibet anteriorem:
et aliquod factum tuum quod iam fecisti:
aut aliquid ubi fuisti: uel cui rei interfuisti.
Quid sibi uult ista recordatio sabbati fr̄s mei.
Que anima sic recordatur sabbatum. Quid ē
hoc sabbatum. Cum gemitu enim recordat̄.
Et cum psalmus legētur audistis. & m̄ cum re
texerimus audietis quantus sit meror: quant̄
sit gemitus. quantus sit fletus. que miseria:

felix est qui sic miser est. Unde & dñs in euangelio. beatos appellauit quosdam lugentes. Unde beatus si lugens? Unde beatus si miser? Immo miser esset: si lugens non esset. Talem & hic accipiamus sabbatum recordantem nescio quem lugentem: & utinam nos simus. ipse nescio quis. Est enim hic q̃dã dolẽs gemens lugens: recordans. sabbatum. Sabbatum: est requies. Sine dubio iste timescio qua inquietudine erat: qui tamen cum gemitu requiem recordabatur. Ipse itaq; inquietudinem quam patiebatur narrat & commendat deo: nescio quid grauius timens quam erat ubi erat. Nam quia in malo ẽ apte dicet: nec ĩprete opus est nec suspitione. nec coniectura in quo malo sit: non dubitatur. ex eius ũbis: nec opus est ut quæramus: sicut q̃d dicit intelligamus. Et ĩ per aliquid timẽt: quam erat illud quo tenebatur: non sic inuenit. Psalmus dauid in rememoratione sabbati.

Domine ne in indignatione tua arguas me: neq; in ira tua emendes me. Iracundum ẽ enim ut quidam in ira dei emendentur. & in indignatione arguantur: & forte ĩ omnes qui arguuntur emendabuntur: ĩ tamen iracundi sunt in emendatione quidam salui. Iracundum ẽ quidem quia emendatio nominata est: sic tamen tanquam p ignem. Iracundi autem quidam qui arguentur: & non emendabuntur. Nam utiq; arguet eos quibꝫ dicet. Discedite ã me maledicti in ignem ęternum. & non dedistis ĩ manducare. sitiui & non potastis me. & cetera quę ibi pſequens. quandam in humilitatem & tristitiam increpitat malis ad sinistram constitutis: quibꝫ dicet: ite in ignem ęternum qui ꝓparatus ẽ diabolo & angelis eius. Hęc iste grauiora formidans excepta ista ira in cuius malis plangit & gemit: rogat et dicit. Domine ne in indignatione tua arguas me. Non sim inter malos quibꝫ dicturus es. ite in ignem ęternum: qui ꝓparatus ẽ diabolo & angelis eius. Neq; in ira tua emendes me: Ut in hac ira purges me. & talem me reddas cui iam emendato ignis non opus sit: ꝓpter illos qui salui erunt. sic tamen tanquam ꝑ ignem. Quare: ĩ qua hic edificant supꝫ fundamentum ligna. fenum. stipulam. Si edificarent autem aurum. argentum. lapides ꝑciosos: & de utroq; igne securi essent: non solum de illo ęterno qui in ęternum cruciaturus est impios: sed etiam de illo qui emendabit eos: qui p ignem salui erunt. Dicetur enim. Ipse autem saluus erit: sic tamen quasi ꝑ ignem. Et quia dñs saluus erit: contemnitur ille ignis. Ita plane quamuis saluꝫ ꝑ ignem: grauior tamen erit ille ignis: quam quicquid potest homo pati in hac uita. Et nostis quanta hic passi sunt mali et possint pati: tamen tanta passi sunt: quanta potuerunt pati & boni. Quid enim quisq; maleficus. latro. adulter. sceleratus. sacrilegus pati ut legibus: quod non pauit martir in confessione xpi. Ista & quę hic sunt. multo facilliora sunt: & tamen uidete quemadmodum ex homines ne patiamur. quicquid iusseris faciam. Quanto melius faciam qđ iubet deus: ne illa grauiora patiamur. Quare autem petit iste ne in indignatione arguatur: neq; in ira emendetur: tanquam dicens dõ. Qm̃ ista quę patior multa sunt. magna sunt: quelo ut sufficiant. Et incipit ille numerare satisfaciens dõ: offerens illa quę patitur: ne peiora patiatur. Quoniã sagittę tuę infixę sunt ĩ me: & confirmasti sup me manum tuam. Non ẽ sanitas in carne mea: a facie ire tuę. Iam hęc dicebat quę hic patiebatur: & tamen hoc tam de ira domini: quia & de ira dicta domini. De qua iracundia: Quam excepte de adam. Non enim in illum non est iudicatum: aut frustra dixit deus morte morieris. Aut aliquid patimur in ista ira: ĩ ex illa morte quam meruimus ꝓmo peccato. Et enim portamus corpus mortale: qđ utiq; non esset mortale: plenum temptationibus: plenum sollicitudinibus: obnoxium doloribꝫ corporalibꝫ egrum indigentiis. mutabile. languidum. & cum sanum ẽ: quia utiq; ñ dum plene sanum. Nam unde dicebat ñ est sanitas in carne mea: ĩ qua ista quę uitiis ire dei sanitas. bene intelligentibꝫ et sabbatum recordantibꝫ non ẽ utiq; sanitas. Simon manducauis: inquietat fames. Ista fames naturalis quidam morbꝫ ẽ: qua natura nob facta est pena & iudicta. Primo hominu

qđ erat pena: nob natura est. Vnde dicit et
aplš. Ipsi & nos natura filij ire: sicut & ceteri.
Natura filij ire: id ē portantes undictam. S; ire
sumus dicit. Quia spe iam non sumus: nam
re adhuc sumus. S; illud melius dicimus qđ spe
sumus: quia ēt sumus de spe. Non enim mēta
ē spes nra: ut de illa dubitemus. Audi ipsam
gloriam in spe. In nob met ipsis inquit inge
musc[imus]: adoptionem expectantes redemp
tionem corpis nri. Quid enim? Nondum re
demptus est opulle? Nondum pro pcium pso
lutum est? Nonne sanguis ille tam fusus est?
Nonne ipsum ē pcium omnium nrm? Plane
ipsum. S; unde quo ait. Spe enim salui fac
ti sumus. Spes autem que uidetur: non ē
spes. Qđ enim uidet quis, quid sperat? Si
autem qđ non uidemus speramus: p patientiā
expectamus. Qđ autem expectat p patientiā?
Salutem. Cuius rei salutem? Ipsius corpis:
quia hoc dixit redemptionem corpis nri. Si
salutem corporis expectabat: non erat salus
ulla quam habebat. Cuiuscunq; sit, infirm: si
subuentum non fuit. Medicamentum enim
famis est cibus: medicamentum sitis ē potus:
et medicamentum fatigationis ē somnus. De
trahe ista medicamenta: unde si non interfi
unt ulla que exhibent: si sepositis ibi non
sunt morbida. In quib; si sanitas ē nondum
plena ē. quia etto deficere potest: immo ad
huc penat ē. Si autem habet aliquid quod te
possit infirmare. ñ manducauit: noli gloriari
de sanitate: si; gemens expecta redemptionem
corpis tui. Gaude te redemptum: si nondum
re. si; spe securus es. Et enim si non gemueris
in spe: non pueniet ad rem. Hoc ē sanitas ñ
est. Ait. non ē sanitas in carne mea: a multitu
dine tue. Vnde ē sagitte infixe? Ipsam pe
nam. ipsam undictam? & forte dolorem quo
bic necesse est pati & animi & corpis: ipsas
dicit sagittas. De his enim sagittis: & sanctus
Iob fecit commemorationem. Et cum esset in
ill' doloib; dixit sagittas dei infixas sibi.
Solemus tamen & uba di. sagittas accipere. S;
numquid ab his posset iste sic dolere te pcm?
cum uba dei tamquam sagitte excitant
amorem non dolorem? An qua & ipse amor
non potest esse sine dolore? Quicquid enim ama
mus & non habemus: necesse ē ut doleamus.
Nam ille amat & non dolet: qui hꝫ qđ amat.
Qui autem amat ut habeat & nondum hꝫ qđ
amat: necesse ē ut in dolore gemat. Inde illud
in psona ecclē sponse xpi in canticis canticorum:
quoniam uulnerata inquit caritate ego sum. Vul
nerata se dicit caritate. Amabat enim quidā:
et nondum tenebat. Dolebat: qua nondum
habebat. Ergo si dolebat. uulnerata erat: si hoc
uulnus ad ueram sanitatem tapiebat. Qui hoc
uulnē non fuit uulnerat[us]: ad ueram sanitatē
ñ potest puenire. Numquid g uulnerat[us]
semp erit in uulnē? Possumus etiam sic sa
gittas infixas accipe. id ē uba tua infixa cordi
meo. & ex ipsis ubis tuis. factum ut recorda
rer sabbatum: & ipsa recordatio sabbati &
nondum retentio. facit me nondum gaudere
et agnoscē nec sanitatem ēē in ipsa carne
nec; dici debe. qua cōparo istam sanitatem
illi sanitati quam habeo in requie semptna.
ubi corruptibile hoc induet incorruptionem. &
mortale hoc induet immortalitatem: & unde
qua in illius sanitatis comparatione. ista sanitas mōbus
ē. Non ē pax ossib; meis: a facie peccatorum
meorum. Queri solet cuius sit uox. Et aliqui
accipiunt xpi. pte quedam que hic dicunt
de passione xpi: atq; paulo post uenemus &
nos: & agnoscemus quia de passione xpi di
citur. S; non ē pax ossib; meis a facie pecca
torum meorum quoñ dicēt? qui nullum
peccatum habebat? Coartat g nos intelligen
di necessitas ad agnoscendum tanquam ple
num & totum xpm: id ē caput & corpus.
Cum enim xpc loquitur. aliquando ex plo
na sibi caput loquitur. quod est ipse saluator
natus ex maria uirgine: aliquando ex plona co
poris sui qđ est sancta ecclā diffusa toto orbe
terrarum: & nos in corpore ipsius sumus si tam fidei
nra sincera sit in illo & spes certa & caritas accen
sa: sumus in corpore ipsius. & membra ipsius
et inuenimus nos ibi loqui aplō dicente qm
membra sumus corporis eius: & mutua loci
dicit hoc aplš. Nam si diximus ñ ēē membra

xp̄i: non erunt & illa ūba xp̄i. Deus meus
deus meus: ut quid me dēliquisti? Et ibi
enim habes: deus meus. deus meus. ut quid
me dēliquisti: longe a salute mea uerba delic
torum meorum. Quom̄ hic habes a facie pec
catorum meorum: sic & ibi habes uerba de
lictorum meorum. Et si xp̄c utiq; sine peccato
et sine delicto: si incipimus non putare illa
ūba psalmi illius esse: & ualde durum et
contrarium ē ut ille psalmus non ꝑtineat ad
xp̄m. ubi habemus tam aptam passionem eius
tamquam ex euuangelio recitetur. Ibi enim ha
bemus: diuiserunt sibi uestimenta mea: et
sup uestem meam miserunt sortem. Quid quod
ipse dn̄s in cruce pendens p̄mum ūsum psal
mi ipsius ore suo ꝓtulit & dixit. deus meus.
deus meus ut quid me dēliquisti: quid uoluit
intelligi. n̄ illum psalmum totum ad se ꝑtinē:
quia caput ipsius in se. ipse pronuntiauit.
Ibi autem sequitur & dicit. Ūba delictorum meorū.
Non ē dubium: quia uox xp̄i est. Unde g̊ pec
cata n̄ de corpore: qd̄ ē eccl̄a. Quia corpus xp̄i
loquitur & caput. Quare tamquam unus lo
quitur? Quia erunt inquit duo in carne una.
Sacramentum hoc magnum ē ait apl̄s: ego
autem dico in xp̄o & in eccl̄a. Unde etiam
cum ipse loquētur in euuangelio respondens
eis qui questionem intulerant de uxore di
mittenda: ait. Non legistis qd̄ scriptum ē quia
deus ab initio masculum & feminam fecit eos:
et relinquet homo patrem & matrem. & adhē
bit uxori suę. & erunt duo in carne una. Igit̄
iam non duo: s; una caro. Si g̊ ipse dixit iam n̄
duo s; una caro ē. quid mirum si una caro una
lingua. eadem ūba tamquam unius carnis capitis
et corporis? Sic audiamus tamquam unum: s;
tamen caput tamquam caput: & corp̄ tamquam
corpus. Non diuiduntur ꝑsone: s; distinguitur
dignitas: quia caput saluat. corpus saluatur.
Caput exhibeat misericordiam: corpus defleat mise
riam. Caput ē ad purganda. corpus ad confiten
da peccata: una tamen uox: ubi non scriptum ē.
quando dicat corpus. quando caput. s; nos in au
diendo distinguimus: ille autem tamquam un̄
loquitur. Quare enim n̄ dicat peccatorum meorum

qui dixit. esuriui & non dedistis m̄ manducare:
sitiui. & non dedistis m̄ potum: hospes fui & n̄
suscepistis me. infirmus & in carcē & non ui
sitastis me? Certe dominus non fuit in carcere.
Quare non dicēt hoc cui cum dictum esset.
quando te uidimus esurientem & sitientem
aut in carcē & non ministrauimus t̄. respondit
sic ex ꝑsona corporis sui se dixisse indicans: cum
uni ex minimis meis non fecistis. m̄ non fecistis.
Quare non dicat a facie peccatorum meorum
qui dixit saulo: saule. saule. quid me ꝑsequeris?
Qui utiq; in celo iam neminem ꝑsecutorem
patiebatur. S; quom̄ ibi caput loquebatur ꝓ cor
pore: sic & hic caput dicit corporis uoces.
Cum uocib; capitis uoces corporis audietis.
S; neq; cum corporis uoces audieritis separe
tis caput: neq; cum capitis uoces audieri
tis separetis corpus: quia non iam duo s; una
caro. Non ē sanitas in carne mea: a uultu ire
tuę. S; fortasse iniuste t̄ deus iratus ē o adam.
o genus humanum. iniuste iratus ē deus: quia
dixisti iam agnoscens ipsam penam tuā iā in
corpore xp̄i constitutus homo. non ē sanitas
in carne mea a uultu ire tuę? Expone iusti
ciam ire dei: ne te debē uidearis illum accu
sare s; sequere: & dic unde ira domini. Non
est in carne mea sanitas a uultu ire tuę: non
est pax ossib; meis. Repetiuit id qd̄ dixit:
non est sanitas in carne mea. Hoc est enim
non est pax ossib; meis. Non autem repeti
uit a uultu ire tuę: s; causam dixit ire dei.
Non est pax inquit ossib; meis: a facie pec
catorum meorum. Qm̄ iniquitates meę subs
tulerunt caput meum: sicut fascis grauis
grauate sunt sup me. Et hic causam p̄misit.
et effectum subiecit. Quid unde contigerit.
dixit. Iniquitates meę substulerunt caput
meum. Nemo enim sup̄b; n̄ iniquus: cui
sustollitur caput sursum. qui erigit caput
adūsus deum. Audistis cum lectio legeretur
libri ecclesiastici. Inicium sup̄bie hominis
apostatare a deo. Ille qui p̄or noluit audire
p̄ceptum: sustulit iniquitas ipsius caput
adūsus deum. & quia iniquitates sustule
runt caput eius: quid illi fecit d̄s? Sicut

fascis grauis grauate sunt sup me. Leuitatis est
erigere caput. Quasi nichil portat qui erigit ca
put. Quia ergo leue est quod possit erigi: accipit
pondus unde possit comprimi. Conuertetur enim
labor eius in caput eius: et iniquitas eius in uerti
cem eius descendet: sicut fascis grauis grauate
sunt sup me. Computruerunt et putuerunt
liuores mei. Iam qui liuores habet: non est sanus.
Adde quia ipsi liuores computruerunt et pu
tuerunt. Unde putuerunt? Quia computruerunt.
Iam quomodo hoc explicetur? In uita humana quis
hoc non nouit? Habet aliquis sanum olfactum ani
me: sentit quomodo puteant peccata: cui pu
tori peccatorum contrarius erat odor ille de quo
dicit apostolus. Xpi bonus odor sumus in omni loco:
his qui salui fiunt. Sed unde hic odor flagrat. nisi de
spe? Unde peccatum putet: nisi de recordatione
sabbati. Aliud ergo plangimus in hac uita: aliud
presumimus in illa uita. Quod plangitur putet: quod
presumitur flagrat. Ergo nisi esset talis ille odor qui
nos inuitaret: numquam sabbatum recordaremur.
Sed quia habemus per spiritum ipsum odorem. ut
dicamus sponso nostro. post odorem unguentorum
tuorum curremus: auertimus a putoribus nostris olfac
tum: et conuertentes ad ipsum aliquantulum respi
ramus. Sed nisi ad nos oleant et mala nostra numquam
istis gemitibus confitemur: computruerunt et
putuerunt liuores mei. Unde? A facie insipi
entie mee. Unde dixit superius a facie peccatorum
meorum: inde nunc a facie insipientie mee. Mi
seriis afflictus sum: et curuatus sum usque in finem.
Unde curuatus est? Quia elatus erat. Si fueris hu
milis: erigeris. Si fueris elatus: curuaberis.
Non enim deerit deo pondus: unde te curuet.
Illud erit pondus fascis peccatorum tuorum: hoc
replicabitur in caput tuum et curuaberis. Quid
est autem curuari? Non se posse erigere. Talem in
uenit dominus mulierem per decem et octo annos
curuam: non potuit se erigere. Tales sunt qui in
terra cor habent. At uero quia inuenit mulier illa
dominum: et sanauit eam: habet sursum cor. Inquan
tum tamen curuatur: adhuc gemit. Curuatur
enim ille qui dicit. Corpus enim quod corrumpitur
aggrauat animam: et deprimit terrena inhabitatio
sensum multa cogitantem. In his gemat: ut illud
accipiat. Recordetur sabbatum: ut ad sabbatum
peruenire mereatur. Quod enim celebrant iudei:
signum erat. Cuius rei signum? Quam iste recor
datur qui dicit. Miseriis afflictus sum: et cur
uatus sum usque in finem. Quid est usque in finem?
Usque ad mortem. Tota die contristatus ambulabam.
Tota die: sine intermissione. Hoc dicit tota die:
tota uita. Sed ex quo cognouit? Ex quo sabbatum re
cordari cepit. Quamdiu enim recordatur quod
nondum habet: non uis ut contristatus incedat?
Tota die contristatus ambulabam. Quoniam ani
ma mea completa est illusionibus: et non est sanitas
in carne mea. Ubi est ergo totus homo: anima et ca
ro est. Anima completa est illusionibus: caro sani
tatem non habet. Quid remanet unde sit leticia?
Nonne oportet ut contristetur? Tota die contrista
tus ambulabam. Tristicia nobis sit donec et anima
nostra exuatur illusionibus: et corpus nostrum indu
atur sanitate. Illa est enim uera sanitas: que est
immortalis. Que sint autem illusiones anime
si uoluero dicere: tempus quando sufficit. Cuius
enim anima. ista non patitur? Breue est quod
ammoneo: quomodo anima nostra impleta sit illu
sionibus. A facie ipsarum illusionum: aliquando uix
orare permittitur. De corporibus cogitare non nouimus
nisi imagines: et sepe irruunt quas non querimus:
et uolumus ex hac in hanc ire: et ab illa in illam
transire. Et aliquando uis redire ad id quod
cogitabas: et dimittere unde cogitas: et ad il
lud tibi occurrit. Uis recordari quod oblitus eras: et
non tibi uenit in mentem: et uenit potius aliud
quod nolebas. Ibi erat: quod oblitus eras. Nam
quare post ea uenit in mentem: cum iam non
quereretur? Cum autem quereretur: occurrerunt
pro illo innumerabilia: que non querebantur.
Rem dixi breuem fratres. aspersi nescio quid uobis
quo accepto cetera uos ipsi cogitantes: inuenia
tis quid sit plangere illusiones anime nostre. Acce
pit ergo penam illusionis: amisit ueritatem. Sicut
enim pena est anime illusio: sic premium ani
me ueritas. Sed in his illusionibus constituti cum essem
us: uenit ad nos ueritas: et inuenit nos coopertos
illusionibus. Suscepit carnem nostram uel potius
a nobis: id est agenere humano. Apparuit oculis car
nis ut per fidem sanaret eos: quibus ueritatem

fuerat monstraturus: & sanato oculo uitas
patescet. Ipse est enim uitas quam nob' pmisit.
cum caro eius uidetur: ut fides inchoaretur:
cuius pmium uitas esset. Non enim se ipse xpc
demonstrauit in tra: sed demonstrauit carnem
suam. Nam si se ipsum demonstraret: uident
illum iudei & cognoscent. Sed si cognouissent.
nunquam dnm glorie crucifixissent. Sed forte
discipuli uiderunt: quando illi dicebant. Osten
de nob' patrem: & sufficit nob'. Et ille ut ab eis
se n uisum ee monstraret: subiecit. Tanto tempore
nob' cum sum. & non cognouistis me. Phylippe:
qui me uidet. uidet & patrem. Si g xpm uide
bant: quom adhuc patrem querebant. Qui
enim uideret xpm: uidet & patrem. Nondum
itaq xpm uidebant: qui patrem sibi ostendi cu
piebant. Audi quia nondum uidebant. In pmio
illud eis pmisit alio loco: dicens. Qui diligit me:
mandata mea custodit. Et qui diligit me. dili
getur a patre meo: & ego diligam eum. Et tanqm
dicetur ei quid illi dabis diligens eum: & osten
dam inquit me ipsum illi. Si g diligentib; eum
hoc in pmio pmisit quia ostendet se ipsum illi.
manifestum est quia illa uisio uitatis tal' nob' p
mittitur: qua uisa non iam dicamus: impleta
e anima nra illusionib'. Infirmatus sum & hu
miliatus sum: usq nimis. Qui recordatur alti
tudinem sabbi: ipse uidet quantum sit humilia
tus. Nam siquis non potest cogitare que sit
illa quietis altitudo: non uidet ubi nunc sit.
Propta psalmus alius dicit. Ego dixi in extasi
mea: piectus sum a facie oculorum tuorum. Assump
ta enim mente: uidit nescio quid sublime. Et
quod uidit: nondum ibi totus erat. Et quadam
si dici potest quasi choruscatione facta luminis
etni. ubi sensit non se ibi ee quod potuit utrumq
intelligere: uidit ubi esset. & quemadmodum
malis humanis infirmatus & coartatus eet: ait.
Ego dixi in extasi mea: piectus sum a facie oculorum
tuorum. Tale est nescio quid quod uidi in extasi
ut inde sentiam quam longe sum: qui nondum
ibi sum. Jam ibi erat qui dixit. assumptus sum
in tertium celum: & ibi audiebat ineffabilia
uba que non licet homini loqui: sed reuocatus est
ad nos ut gemeret pius pficiendus in infirmitate.

et sic postea inducetur uirtute. Animatus tam
quia uidit aliquid rerum illarum: p dis
pensatione sui officii: adiecit dicens. Audiui
ineffabilia uba: que non licet homini loqui.
Jam g quid opus e. ut aut a me aut a quoquam
queratis que non licet homini loqui: si illi non
licuit loqui. cui licuit audire. Plangamus ta
men & gemamus in confessione. agnoscamus
ubi sumus: recordemur sabbatum: & pacienter
expectemus quod ille pmisit. qui nob' & in
se ipso exemplum pacientie demonstrauit. In
firmatus sum & humiliatus sum usq nimis.
rugiebam a gemitu cordis mei. Attenditis ple
rumq interpellare gemitib; seruos dei: & queritur
causa & non apparet. Et in gemitu alicuius ser
ui dei. si tamen ad aures hominis circa illum posi
ti peruenit: est enim gemitus occultus qui ab
homine non auditur: tamen si tanta occu
pauit cor cogitatio desidii cuiusdam. ut uo
ce clariore exprimatur uulnus interioris hominis.
queritur causa: & dicet homo apud se
met ipsum. Forte illud e unde gemit: & forte
illud illi factum e. Quis potest intelligere: n ille
in cuius ocul' & auribus gemit. Propta inqt
rugiebam a gemitu cordis mei: quia homi
nes si quando audiunt gemitum hominis:
plerumq gemitum carnis audiunt: ge
mentem a gemitu cordis non audiunt:
Abstulit nescio quis huius res rugiebat.
sed non a gemitu cordis. Alius quia extulit fi
lium. alius quia uxorem: alius quia grandi
nata est uinea. quia cupa acuit. quia diripuit
iumentum ipsius nescio quis: alius quia
dampnum aliquod passus est. alius quia timet
hominem inimicum. Omnes isti a gemitu car
nis rugiunt. At u seruus dei. qa ex recordati
one sabbati rugit: ubi est regnum dei qd
caro & sanguis non possidebit: rugiebam
inquit a gemitu cordis mei. Et quis agnos
cebat unde rugiebas. Sequitur. Et ante te
omne desidium meum. Non enim ante ho
mines qui cor uidere n possunt: sed ante te e omne
desidium meum. Sit desidium tuum ante illum:
et pat qui uidet in occulto reddet t. Ipsum
enim desidium tuum oratio tua e. & si continuum

desiderium: continua oratio. Non enim frustra
apostolus dixit: sine intermissione orate. Numquid
sine intermissione genu flectimus. corpus pros-
ternimus. aut manus leuamus: ut dicat
sine intermissione orate? Aut si sic dicimus nos
orare: hoc puto sine intermissione non possumus
facere. Est et alia interior oratio: sine intermissione.
Oratio ista que est? Desiderium. Quicquid aliud
agas. si desideras illud sabbatum: non intermittis
orare. Si non uis intermittere orare: noli inter-
mittere desiderare. Continuum desiderium tuum:
continua uox tua est. Tacebis si amare destiteris:
quia tacuerunt de quibus dictum est. Quoniam abun-
dabit iniquitas: refrigescet caritas multorum.
Frigus caritatis silentium cordis est: flagrantia
caritatis. clamor cordis est. Si semper manet cari-
tas: semper clamas. Si semper clamas: semper desi-
deras. Si desidas: requiem recordaris: et rugi-
tus cordis tui ante quem sit oportet ut intel-
ligas. Iam quale desiderium debeat esse ante
oculos dei: considera. Numquid ut moriatur
inimicus noster: quod quasi iuste optant ho-
mines? Nam aliquando oramus: quod non de-
bemus. Illud quod quasi iuste orant homines:
uideamus. Non nulli orant ut moriatur ali-
quis: et ad illos hereditas ueniat. Sed et illi qui
orant ut moriantur aliqui. ut ad illos hereditas
ueniat: et illi qui orant ut moriantur ini-
mici: audiant dominum dicentem. Orate pro ini-
micis uestris. Non ergo hoc orent. ut moriantur:
sed hoc orent ut corrigantur. Corrigantur:
et mortui erunt inimici. Iam enim correcti:
non erunt inimici. Et ante te omne desideri-
um meum. Quid si desiderium ante illum est
et ipse gemitus non est ante illum? Unde fie-
ri potest: quando ipsum desiderium uocem
suam habet gemitum? Ideo sequitur. Et gemitus
meus: a te non est absconditus. A te non est abscon-
ditus: a multis autem hominibus absconditus
est. Videtur aliquando humilis seruus dei dicere.
gemitus meus non est absconditus a te: uidetur
aliquando et ridere seruus dei. Numquid desi-
derium illud mortuum est in corde? Si autem
inest desiderium: inest et gemitus. Non semper
uenit ad aures hominum: sed numquam rece-
dit ab auribus dei. Cor meum conturbatum
est. Unde conturbatum est? Deseruit me:
fortitudo mea. Plerumque irruit nescio quid re-
pentinum fit conturbatio cordis: et contre-
miscit terra: tonitruus datur de celo horribi-
lis: fit impetus: uel strepitus. Leo forte ui-
detur in uia: fit conturbatio. Latrones insi-
diantur: fit conturbatio cordis: pauetur
undique. sollicitudo incutitur. Unde hoc?
Quia deseruit me: fortitudo mea. Si enim ma-
neret illa fortitudo: quid timeretur? Quicquid
nuntiaretur. quicquid frenderet. quicquid
sonaret: quicquid caderet. quicquid hor-
reret: non terreret. Sed unde illa perturbatio?
Deseruit me: fortitudo mea. Unde deseruit
fortitudo? Et lumen oculorum meorum: non
est mecum. Habuerat ergo adam lumen oculorum
ipsius. Nam lumen oculorum ipsius: ipse
deus erat. Quem cum offendisset fugit ad um-
bram: et abscondit se inter ligna paradisi. Paue-
bat a facie dei: et quesiuit umbram arborum.
Iam inter arbores lumen oculorum non habebat:
ad quod gaudere consueuerat. Si ergo ille in origi-
ne: et nos de propagine. Sed redeunt ad illum
secundum uel nouissimum adam membra ista: quia
nouissimus adam in spiritu uiuificante: et cla-
mant de corpore eius in ista confessione.
Et lumen oculorum meorum: non est mecum.
Iam confitens. iam redemptus. iam in cor-
pore xpi est et lumen oculorum ipsius non est
cum ipso? Plane non est: sed est quidem tanquam
adhuc recordantium sabbatum tanquam
cernentium in spe: nondum est illud lumen
de quo dicitur. ostendam me ipsum illi. Est
quiddam luminis quia filii dei sumus. et
utique hoc in fide retinemus: sed nondum est
illud lumen quod uidebimus: nondum enim
apparuit quod erimus. Scimus quia cum ap-
paruerit similes ei erimus: quoniam uidebimus
eum sicuti est. Nam modo lumen fidei: et lumen
spei est. Quamdiu enim sumus in corpore: peregri-
namur a domino. Per fidem enim ambulamus.
et non per speciem: et quamdiu quod non
uidemus speramus. per pacientiam expectamus.
Voces ergo sunt iste peregrinantium: nondum in

patria constructorum. Et recte dicit. et uere dicit: & si non sit dolosus uerba eius confitetur: & lumen oculorum meorum non ē mecum. Hęc patitur homo male sibi se cum in se ipso. & ad se ipsum: de nemine ad memetipsum ꝑter se. Hęc sibi ipse pena sua esse merito: quecunq; supius enumerauit. Et numq̄d hoc solum ē quod patitur homo? Patitur ex se mīs: fortasse aut ex eis inter quos uiuit. Patitur mala sua: cogitat pari & aliena. Inde sunt ille due uoces: ab occultis meis munda me domine: & ab alienis parce seruo tuo. Jam de occultis suis confessus ē. a quib; se emundari: dicat & de alienis. a quib; sibi male parci. Amici mei. Quid dicam tam de inimicis meis? Amici mei & pximi mei adū sum me appropinquauerunt & steterunt. Hoc quod aut adūsum me steterunt: intellige. Si enim adūsum me steterunt: adūsum me ceciderunt. Amici mei & pximi mei: aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Jam intelligamus capitis uocem: tam ineptam diluceſcē caput nostrum in passione. Et rursus cum cepit caput dicē: noli inde separe corpus. Si caput uoluit se separe a membris corporis? corpus se audet separe a passionib; capitis? Patere in xp̄o: quia tam quam peccauit in infirmitate tua xp̄e. Modo enim peccata tua tamquam ex ore suo dicebat: & ea dicebat sua. Dicebat enim a facie peccatorum meorum: que ñ erant ipsius. Quomodo g̈ peccata nra. sua esse uoluit ꝑter corpus suum: sic & nos passiones eius nras esse uelimus ꝑter caput nrm. Non enim ille ex amicis; ex ꝑximis passus est inimicos: & nos adhuc patemur in eodem conuiuari. Talem calicem non respuamus: celestiadmis eius desiderium p humilitatem eius inueniamus. Respondet enim celestiadmis eius bibere uolentibus? qui eius adhuc humilitatem ñ cogitabant. et ait illi. Potestis bibe calicem quem ego bibiturus sum? Ergo & ille passiones dñi? passiones nre sunt: & unus quisq; si bene seruat deo bene seruet fidem? exhibeat qđ debet. & usetur inter homines iuste. Volo uidē si non patatur: etiam quod hic enumerat in passione sua xp̄e. Amici mei & proximi mei adūsum me appropinquauerunt et steterunt: & proximi mei alonge steterūt. Qui proximi appropinquauerunt? & proximi alonge steterunt? Proximi erant iudei: quia cognati erant. appropinquauerunt: quando crucifixerunt. Proximi & apostoli? et tamen ipsi alonge steterunt: ne cum illo paterentur. Potest etiā hoc sic intelligi. Amici mei: id ē qui se finxerunt amicos meos. Amicos enim se finxerunt: quando dixerunt. Scimus quia in ueritate uiam dei docet? quando illum temptare uoluerunt: utrum soluendum esset tributum cesari. quando illos confutet ore ipsorum. Amici uidi uolebant: si; non illi opus erat ut quisquam ei testimonium phibēt de homine. Ipse enim quid esset in homine sciebat. adeo ut cum amicis & ūba dixissent? quid me inquit tēptatis hypocrite? Ergo amici mei & proximi mei adūsum me appropinquauerunt & steterunt: & proximi mei alonge steterunt. Notus quia dixi pximos? dixi appropinquauerunt: & tamen alonge steterunt. Appropinquauerunt enim corpore: sed longe steterunt corde. Quid tam ꝑximum corpore? quam qui in cruce leuauerunt. Quid tam longe corde? quam qui blasphemauerunt? Audite istam longinquitatem ab ysaia ꝑpha: audite istam ꝑximitatem et longinquitatem. Populus hic labiis me honorat. Ecce ꝑximant corpore: cor autē eorum longe est a me. Idem ꝑximi: idem longinqui. Proximi labiis: longinqui corde. Verumtamen quia longe steterunt timentes apli? absolute & plane de illis accipimus: ut alios ꝑximasse? alios longe steterisse intelligamus: quandoquidē et petrus qui audacius secutus fuerat. tamen adhuc longe erat? ut mīrogatus & pauebatus ter negaret dñm suum: cum quo se moriturum esse putauerat. Qui post ea ex longinquo ut ꝑximus fieret? audiunt

post resurrectionem amas me: & dicebat amo
et dicendo ꝓpinquabat: qui negando longe
factus erat: donec tr̄na uoce amoris. solueret tri
nam uocem timoris. Et ꝓximi mei alonge ste
terunt: & uim faciebant qui querebant ani
mam meam. Iam manifestum ē qui querebant
animam ipsius: qui non habebant animam
eius: quia non erant in corpore eius. Qui quere
bant animam eius: longe erant ab anima eius:
s; querebant ut occiderent eam. Queritur enim
anima eius & bene. Nam alio loco arguit quos
dam dicens. non est qui requirat animam
meam. Arguit quosdam non querentes
animam eius: & rursus arguit alios queren
tes animam eius. Quis est qui querit bene
animam ipsius: Qui eius passiones imitatur.
Qui sunt qui querebant male animam ipsius:
Qui ei uim faciebant: & crucifigebant eum.
Sequitur. Et qui querebant mala mea: lo
quuti sunt uanitatem. Quid ē qui querebant
mala mea: Multa querebant: et non
inueniebant. Forte hoc dixit: querebant cri
mina mea. Quesierunt enim que in illum
dicerent: & non inueniebant. Querebant enim
mala de bono: querebant scelera de innocente.
Quando inuenirent in eo: qui nullum pec
catum habebat. S; quia peccata querebant in eo
qui peccata non habebat: restabat ut fingerent:
quod n̄ inueniebant. Ideo qui querebant mala
mea loquuti sunt uanitatem: non ueritatem.
Et dolum tota die id ē fallaciam sine cessati
one meditabantur. Nostis quanta falsa testi
monia dicta sunt in dn̄m: antequam patere
tur. Nostis falsa testimonia dicta etiam cum re
surrexisset. Nam illi milites custodes sepulchri
de quib; ysaias dixit ponam malos ꝓ sepultura
eius: mali enim erant & ueritatem dicere no
luerunt. & corrupti mendacium seminarunt:
attende qualem uanitatem loquuti sunt. Interro
gati sunt etiam ipsi: & dixerunt. Cum dormi
remus: uenerunt discipuli eius: & abstule
runt eum. Hoc ē loqui uanitatem. Si dor
miebant: unde sciebant qd gestum erat. Ergo
ait. Ego autem uelut surdus non audiebam.
Qui ad ea que audiebat: n̄ respondebat:
tamquam non audiebat. Ego autem uelut sur
dus non audiebam: & sicut mutus non aperiens
os suum. & repetit eadem. & factus sum sicut
homo non audiens: & non hn̄s in ore suo re
dargutiones. Quasi non esset quod illi dicerent:
quasi non esset unde illos arguerent. Nonne iam
antea multa increpauerat: multa iam dixerat. Ecce si
dixerat ue uob scribe & pharisei hypochrite &
multa alia: tamen quando passus est nichil
horum dixit. Non quia non habebat qd dicerent:
s; expectabat ut complerent illi omnia. et
implerentur om̄s ꝓphie de illo: de quo dictum
erat. Et sicut ouis coram tondente se: sic n̄
aperuit os suum. Oportebat ḡ ut tacerent in pas
sione: non taciturus in iudicio. Iudicandus
enim uenerat: qui postea iudicaturus uenierat
et ideo cum magna potestate iudicaturus:
qui cum magna humilitate iudicatus. Qm̄
speraui in te domine: tu exaudies domine
deus meus. Tamquam si ei dicerentur. Quare
non aperuisti os tuum. quare non dixisti par
cite: quare non in cruce pendens iniquos
arguisti: Sequitur & dicit. Qm̄ in te dn̄e
speraui: tu exaudies domine deus meus. Mo
nuit te quid facias: si forte incurrerit tibi
tribulatio. Queris enim te defendere: & forte ne
mo accipit defensionem tuam. Iam perturbaris
et quasi perdidisti causam tuam: quia nullius
habes defensionem: aut testimonium. Custo
di intus innocentiam tuam: ubi nemo oppri
mit causam tuam. Preualuit in te falsum testi
monium: s; apud homines. Numquid apud
deum ualebit: ubi causa tua dicenda est:
Quando iudex deus erit: alius testis quam
conscientia tua non erit. Int̄ iudicem iustum
et conscientiam tuam: noli timere nisi causam
tuam. Si causam malam non habueris:
nullum accusatorem pertimesces: nullum
falsum testem refelles. nullum uerum re
quires. Tu tantum bonam conscientiam
affer: ut possis dicere: quoniam in te dn̄e
speraui: tu exaudies domine deus meus.
Quia dixi ne aliquando insultent in me
inimici mei: & dum commouerentur pedes
mei: in me magna loquuti sunt. Item

redit ad infirmitatem corporis sui: & rursus caput illud attendit pedes suos. Non sic est in celo: ut deferat qđ sit in ira. Attendite plane: et uideat nos. Aliquando enim ut ē ista uita commouentur pedes nri: & labuntur in aliquo peccato: ubi exurgunt lingue nequissime in uicorum. Hinc ḡ intelligimus: etiam cum tacebant quid quębant. Quębant tunc aspi mitter: gaudentes se inuenisse quod dolere debuerunt. Et dixi: ne aliquando insultent in me inimici mei. Dixi hoc: & tamen forte ad emendationem fecisti eos magna loqui de me. Commouębantur pedes mei: id ē elapsi sunt. Multa mala dixerunt: cum commouerer. Miserere enim debuerunt infirmi. non insultare: quoñ apls dicit. Frater. si pōcupat fuit homo in aliquo delicto: uos qui spāles estis instruite huiusmodi in spū mansuetudi nis. Et complectitur quare. Intendens inquit te ipsum: ne & tu tempteris. Non erant isti tales de quib; dicit: & dum commouębantur pedes mei sup me magna loquuti sunt: sed erant tales de quib; alibi dicit. qui pmunt me exultabunt si mouti fuero. Quoniam ego in flagella paratus sum. Omnino magnifice: tamquam dicēt. Ad hoc natus sum: ut flagella sufferam. Non enim nascētur. h de adam: cui flagella debēntur. Sz aliquando peccatores in hac uita: aut non aut minus flagellantur: quia iam defpata est ultio eorum. At ū illi quib; paratur uita sempt̄na: necesse ē ut hic flagellentur: quia uera ē illa sententia. Filii ne deficias in disciplina domini: neq; fatigeris: dum ab illo increparis. Quem enim diligit dominus corripit: flagellat omnem filium quem recipit. Ideo ḡ non insultent inimici: non magna loquantur. Et si flagellat pat meus: in flagella paratus sum: quia in bēdictas ꝓparatur. Non uis flagellum: non t datur bēdictas. Omnis enim filius: necesse ē ut flagelletur. Usq; adeo omnis flagellatur: ut nec illi pepercerit: qui peccatum non habuit. Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus ante me est semp. Quis dolor: forte de flagello. Et uere fis mei: uere dicam uob. Flagella sua dolent homines: quare flagellentur non dolent. Non erat iste sic. Audite fis. Nescio quis dampnum patitur proximi ē ut dicat indigne passus sum. quam ut consideret & dicat: quare passus sit: dolens dampnum pecunie. non dolens iustricie. Si peccasti: thesaurum tuum interiorem dole. Nichil habes in domo: si forte maior es corde. Si autem plenum ē cor bono suo deo tuo: quare non dicis dominus dedit dominus abstulit. sicut domino placuit ita factum est. sit nomen domini benedictum. Unde ḡ iste dolebat. De flagello quo flagellabatur. Absit. Et dolor meus in quit: ante me ē semp. & quasi dicēmus quis dolor. unde dolor: quoniam iniquitatem meam inquit ego pnuntio. & curam geram ꝓ peccato meo. Ecce unde dolor. Non de flagello dolor: non de uulnē: non de medicina. Nam flagellum medicamentum est: contra peccata. Audite fis. Xp̄iani sumus: & tamen plerumq; si filius cuiusquam moriatur plangit illum: si peccet non illum plangit. Tunc iratam plangēt. tunc doleret. cum peccantem uidēt: tunc modum imponēt tunc normam uiuendi docēt: disciplinam dare. Aut si fecit & ille non audiuit: tunc erat plangendus: tunc potius mortuus luxuriose uiuens qm monendo luxuriam timens. Tunc ḡ quando ista faciebat in domo tua. non solum mortuus erat: sz & putrebat. Hec dolenda sunt: ista sustinenda. Illa ferenda: ista plangenda. Plangenda autem quoñ. Quoñ audisti plangē istum: quoniam iniquitatem meam ego pnuntiabo: & curam gero ꝓ peccato meo. Ne securus sis. cum confessus fuis peccata tua. tamquam semp ꝑparatus ad confitendum & condetestandum peccatum: sic pnuntia iniquitatem tuam ut curam geras ꝓ peccato tuo. Quid est curam gerē ꝓ peccato tuo. Curam gerē p uulnē tuo. Si dicēs curam geram p uulnē meo. quid intelligētur: h dabo opam ut sanetur. Hoc ē enim curam gerē p delicto: semp uti semp intendē: semp studiose & sedulo agē ut sanes peccatum. Ecce de die in diē plangis peccatum tuū: si forte lacrime currunt: & manus cessant. Fiant elemosine: redimantur peccata. Gaudeat

indigens de dato tuo: ut & tu gaudeas de dato dei. Eget ille: egel tu. Eget ille ad te: egel tu ad deum. Tu contemptus egentem tu? deus non contemptit egentem suu. Ergo imple tu egenas mopiam: ut impleat deus uoia tua. Hoc est curam geram p peccato meo? faciam omnia quecumq; facienda sunt ad abolendum & sanandum peccatum meum: & curam gero p peccato meo. Inimici autem mei uiuunt. Bene est eis? gaudent in seculi felicitate ubi ego laboro: et rugio agemitu cordis mei. Quomodo uiuent inimici iuui? quia iam dixit de illi quomodo loquuti sunt uanitatem. Audio in alio psalmo. Quorum filij eorum: sicut nouelle constabilitate. S; supius dixat? quorum os loquutum e uanitatem: filie eor composite & ornate sicut simulitudo templi. cellaria eorum plena. eructantia ex hoc in hoc: boues eorum crasse. oues eorum fecunde: multiplicantes in exitib; suis. Non e ruina sepis: neq; clamor in plateis eorum. Viuent g inimici mei. Hec uita est hanc laudant? hanc amant: hanc malo suo habent. Quid enim sequitur. Beatum dixerunt populum cui hec sunt. Quid autem tu qui curam geris p peccato tuo? quid tu qui pmittas iniquitatem tuam? Beatus inquit ps: cuius est dominus deus ipsius. Inimici autem mei uiuunt: & confortati sunt sup me: & multiplicati sunt qui oduut me inique. Quid e ode runt me inique? Bona sibi uolentem oduut. Qui si reddent mala pmalis: bona non essent. Qui si reddent bona pbonis: ingrati essent. Reddunt autem mala p bonis: quia oduut inique. Tales fuerunt iudei. Venit ad illos xpc cum bonis: reddiderunt illi mala p bonis. Cauete hoc malum fis. Ctra subuertat. Quia diximus tales erant iudei: ne putet unus quisq; uim: longe se excepturn. Corripiat te aliquis frat unus bonu tibi uolens: oderis illum & talis es & iudee quam cito fiat: quam facile. Curate tam magnum malum: tam agile peccatum. Detrahebant in qui retribuunt mala p bonis: qm precutus sum iustitiam. Jdeo mala p bonis. Quid est precutus sum iustitiam? Non dimisi. Ne forte precutionem semp in malo intelligat? precutus dixit: precutus secutus. Quoniam precutus sum iustitiam & audi caput nim euidens in passione. Et precesserunt maledictum: tanquam mortuu abhominatum. Parum erat mortuum? acre et abhominatum? Cruci xum. Crenum hec mors crucis magna apud eos abhominatio erat: non intelligentes in pphetia dictum esse: maledictus omnis qui pendet in ligno. Non enim ipse attulit mortem? si; hic inuenit de maledicto pmi hominis pprigatam: & eam mortem nam suscipiens in ligno suspendit que uenit de peccato. Ergo ne putarent aliqui sicut putant quidam hetici dim ihm xpm fallam carnem habuisse? & non ueram mortem in cruce soluisse? intendit hoc pphetia & ait. Maledictus omnis qui pependit in ligno. Ostendit g quia filius di uera morte mortuus est que mortali carni debebatur: ne non maledictum putaret in uere mortuum. Qua u illa mors non erat falsi. si; ex illa pagine descendat que uenerat de maledicto cum deus dicet morte morieris? omnino & ad ipsum qua pueniet uera mors ut ad nos pueniret uera uita: eam ad ipsu pueniet mortis maledictio? ut ad nos pueniret uite benedictio. Et precesserunt maledictum: tanquam mortuum abhominatum. Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris ame. Dicamus in illo: dicamus p illum. Ipse enim inpellat pnos? & dicamus: ne delinquas me domine deus meus. Et tam dixat deus meus. deus meus. ut quid me deliquisti? & dicet deus meus ne discesseris ame. Si a corpore non recedit? recessit a cte? Cuius g uox erat? in pmi hominis? Ex illo g ostendens ueram carnem se portare dixit. Deus meus. deus meus? ut quid me deliquisti? Non illum dimisit deus. Si ce non dimittit credentem in se. xpin dimittet pater & filius. & spiritus sanctus unus deus? Si; pionam in se transfiguraiat pmi hominis. Scimus dicente

apl̄o: quia uetus homo noster crucifixus
est cruci cum illo. Non autem careremus
uetustate: n̄ nos crucifigēt in infirmitate.
Ad hoc uenit ut renouemur in illo: q̄
desiderando eum & passionem eius imitan
do renouamur. Ergo uox infirmitatis erat:
uox erat nr̄a qua dictum est: quare me de
reliquisti. Inde ibi dictum est uerba delic
torum meorum: tamquam dicēt. Hec ūba
ex p̄sona peccatoris: in me transfigurata sunt.
Ne discesseris a me: intende in adiutorium
meum domine deus salutis meę. Ipsa ē salus
fr̄s mei: de qua salute exquisierunt ꝓphe:
sicut dicit apl̄s petrus. Et non acceperunt
qui inquisierunt: s̄ inquisierunt & pre
nuntiauerunt: & uenimus nos & inuenim⁹
qd̄ illi exquisierunt. Et ecce nos nondum
accepimus: & nascentur post nos. & inuen
ent quod nec ipsi accipient: & transibunt
ut omnes simul in fine diei. cum patriarchis
et ꝓphis. & apl̄is denarium salutis accipia
mus. Et enim nostis mercennarios uł operarios
diuersis temporib; ductos ad uineam: merced ē
tamen parit̄ acceperunt. Et ꝓphe g̊ & apl̄i
et martires & nos. & qui post nos erunt
usq; in finem seculi in ipso fine accepturi su
mus salutem sempiternam: ut contemplan
tes gl̄am dei & eius faciem intuentes. eum
laudemus in ęternum sine defectu: sine aliqua
pena iniquitatis: sine aliqua p̄uersitate peccati:
laudantes deum & non iam suspirantes. s̄ in
herentes illi cui usq; in finem suspirauimus:
et in spe letati sumus. In illa enim ciuitate eri
m⁹ ubi bonū nr̄m d̄s ē. lum̄ d̄s ē. panis d̄s ē. uita d̄s ē. q̄cq̄d ē bonū
nr̄m a quo p̄egnantes laboramus. in illo inue
niemus. In illo erit requies: quam m̄ recor
dantes: necesse ē ut doleam⁹. Illud enī sabbm̄
recordemur: in cuius recordatione tanta dic
ta sunt: & nos tanta dicē debemus: & dicentes
n̄quam tacē: n̄ ore s̄ corde. Q̄a sic ore tacem⁹:
ut corde clamare possimus;

In finem canticū dauid pro iditum.

Psalmi huius quem modo canta
uimus & tractandum suscepi
mus: titulus est. In finem pro
idithum: canticum ipsi dauid. Cuiusdam g̊
qui uocatur idithum uoces expectande & audi
ende sunt: & si esse unus quisq; nostrum po
tuit idithum: in eo quod cantat inuenit se
et audit se. Videris enim quis uocatus fuit
idithum: secundum hominum priscam na
tiuitatem. Nos autem audiamus quid inter
p̄tetur hoc nomen: & in ipsa int̄p̄tatione
nominis: queramus intelligentiam uitatis.
Sicut g̊ inquirentes reppire potuimus in eis
nominib; que nob̄ ab studiosis diuinarum
litt̄arum ex hebreo eloquio in latinum int̄
p̄tata sunt: idithum int̄p̄tatur transiliens
eos. Quis ē g̊ iste transiliens. uł quos transi
liet: quia transiliens non nude positum est. s̄
transiliens eos. Transiliendo enim cantat.
cantando transiliens. Siue transiliendo can
tet. siue cantando transiliat: transilientis
tamen canticum pauloante cantauimus.
utrum & nos transilientes uidit deus. cui
cantauimus. S; siquis transiliens cantauit: gau
deat se esse quod cantauit. Siquis autem t̄re
adhuc inherens cantauit: optet se ēē quod
cantauit. Quosdam enim inherentes humo.
curuatos in t̄ram. ea quę una sunt cogitan
tes: in reb; transeuntib; spem ponentes tran
siliuit iste: qui uocatur transiliens eos. Quos
enim transiliuit: n̄ remanentes: Nostis quos
dam psalmos inscribi canticum graduum: &
ibi quidem in g̊ca lingua satis euidens ē qui
dicit .m. anabathmon. Anabathmon enim g̊
dus ē: s̄ ascendentium non descen.. den
tium. Latinus quia non potuit ꝓpe .. dicē.
gen̄aliter dixit. Et q̄m gradus appellauit:
ambiguum reliquit: utrum ascendentium
essent: an descendentium. S; quia n̄ sunt
loquele neq; sermones. quorum non audi
antur uoces eorum: exponit sequentem
lingua p̄cedens: & fit c̄tum in alia. quod
ambiguum erat in alia. Quom̄ g̊ ibi ascen
dens quidam cantat: sic & hic transiliens.
Est autem hec ascensio & ista transilitio.
non pedibus. non scalis. non pennis. et
tamen si int̄iorem hominem attendas. et
pedib; & scalis & pennis. Nam si n̄ pedib;.

quomodo dicit homo interior: non veniat mihi
pes superbie. Si non scalis: quid sunt quas vi
dit iacob ubi erant ascendentes angeli et
descendentes. Si non pennis. quis est qui
dicit. quis dabit mihi pennas sicut columbe:
et volabo et requiescam. Sed in rebus corpora
libus aliud sunt pedes: aliud scale: aliud
penne. Intus autem et pedes et scale et penne
affectus sunt: et bone voluntates. His ambu
lemus. his ascendamus: his volemus. Cum ergo
audit quisque transilientem hunc. et imitari
eligit: non querat levitate corporis transili
re fossas. aut aliqua altiuscula prevolare
saliendo: sed quod ad corpora attinet dico.
Nam fossas enim transiliunt. Succensa igni
et suffossa: ab increpatione vultus tui peri
bunt. Que sunt enim succensa igni et effo
ssa. que ab increpatione domini peribunt:
nisi peccata. Succensa igni sunt que facit male
ardens cupiditas: et effossa sunt que facit male
iacens timiditas. Hinc enim peccata omnia:
aut cupiendo aut timendo. Transiliat ergo iste
omnia: quibus teneri posset in terra. Erigat
scalas suas: exerat pennas suas: videat utrum
quisquam agnoscat hic se. Immo vero in do
mini gratia multi se agnoscunt: qui forte iam
vilem habentes mundum. et omnia que de
lectant in mundo: eligunt vivere dum hic
vivunt in gaudiis quibusdam spiritualibus. Et
hec unde erunt adhuc ambulantibus super terram:
nisi ex divinis eloquiis et ex verbo dei. ex pa
rabo la aliqua scripturarum scruta
ta ed et investigata. ex dulcedine inventio
nis: quam precessit labor inquisitionis. Sunt que
dam delicie sancte et bone in libris: neque enim
sunt in auro et argento. in epulis atque lu
xuria: in venatibus et piscatibus. in ludo et ioco.
in theatricis nugis: in affectandis et apprehen
dendis ruinosis honoribus: neque enim vera sunt
gaudia in his omnibus et in his libris nulla sunt.
Immo vero anima illa una transiliens. et in his
delectata dicat: quia verum dicit: et secura
dicit. Narraverunt mihi iniqui delectationes
suas: sed non sicut lex tua domine. Veniat ad
huc iste idithum: transiliat eos qui delectantur

in imis: et delectetur in his. et gaudeat in ver
bo domini: in delectatione legis altissimi. Sed
quid dicemus. Et hinc transiliendum est in
aliud: an huc usque habet quo transiliat. qui
transilire desiderat. Voces potius eius audiamus.
Iam enim iste transiliens videtur mihi quod inha
bitat in eloquiis domini: et ibi didicit hec
que audituri sumus.

Psalmus tricesimus octavus.

Dixi custodiam vias
meas: ut non delin
quam in lingua mea.
Credas quod legendo
disserendo. predicando.
monendo. obiurgan
do. hortando: cum
usaretur in opere. cum exerceretur in difficulta
tibus quibusdam humanis: homo agens inter
homines quamvis iam transiliens eos qui non
delectantur his. quia difficile est ut quisque
lingua non labatur et peccet: et qui lingua
non peccavit ut scriptum est: hic perfectus est
vir. aliqua forte penitenda dixerat: et lapsa
erant ab ore que vellet revocare nec posset.
Nec enim lingua frustra in vido est: nisi quia
facile labitur. Videns ergo quam esset difficile
ut necessitatem loquendi haberet homo. et
in loquendo non aliquid diceret quod di
xisse nollet: et tedio affectus ex his peccatis
que sivit evitare talia patitur hanc dif
ficultatem transiliens. Non me iudicet:
qui non est transiliens. Transiliat et expe
riatur quod loquor: tunc enim erit et
testis. et filius veritatis. Cum ergo hec ei contigis
sent statuerat non loqui: ne aliquid diceret
quod locutum esse peniteret. Hoc indicant pri
ma verba eius. Dixi custodiam vias meas: ut
non delinquam in lingua mea. Custodi ergo
vias tuas o idithum: et noli delinquere in
lingua tua. Perpende quod dicturus es: exa
mina. consule interiorem veritatem: et sic profer
ad exteriorem auditorem. Quis ista conservet
plerumque in perturbatione rerum. in occupa
tione animorum: dum ipsa infirmitas anime
quam aggravat corpus quod corrumpitur

et audire uult & dicere: Audire intus: dicere foras.
Aliquando perturbata studio dicendi deficit in
diligentia cognoscendi: & in his dicit aliquid
quod forte dicendum non esset. Contra hoc re
medium: melius est silentium. Stat enim pec
cator: propria quadam nota peccati. Superbus quis
quam & inuidus audit loquentem transilien
tem: captat uerba: proponit laqueos. Difficile est
ut non inueniat aliquid non ita dictum ut
dici debuisset: nec audiendo ignoscit: sed ca
lumpniatur inuidendo. Contra hos iste idi
thum: transiliens eos silere elegerat. Unde ita
cantauit. Dixi custodiam uias meas: ut non
delinquam in lingua mea. Quamdiu capior
a calumpniosis. aut captor: & si non capior
custodiam uias meas: ut non delinquam in
lingua mea. Quamuis transilierim delectati
ones terrenas: quamuis non me capiant tem
poralium rerum uolatici affectus: quamuis
iam hec una despiciam & ad meliora consur
gam: in ipsis tamen melioribus sufficit michi
delectatio intelligentie coram deo. Quid mihi
opus est captanda loqui: & dare aditum ca
lumpniantibus: Dixi ergo custodiam uias meas
ut non delinquam in lingua mea. Posui ori
meo custodiam. Quare hoc: Propter pios.
propter studiosos: propter fideles & sanctos:
Absit. Illi sic audiunt ut. quod probant laudent:
quod autem improbant inter multa forte que
laudant ueniam dent potius quam calump
niam parent. Propter quos ergo uis custodire
uias tuas. ut non delinquas in lingua tua: &
ponis ori tuo custodiam: Audi. Dum consistit
peccator aduersus me. Non consistit ad me: sed con
sistit aduersus me. Quid dicturus: Postremo un
de satisfaciam carnali: De spiritalibus loquor fo
ris uidenti & audienti: intus surdo & ceco.
Animalis enim homo: non percipit que sunt
spiritus dei. Nisi autem animalis inueniretur: quam
calumpniaretur: Beatus qui narrat uerbum
auri audienti: non auri peccatoris adstantis
aduersus se. Tales enim multi circumstabant
et circumfremebant: quando ille uelut ouis
ad immolandum ductus est: & sicut agnus co
ram tondente se sine uoce sic non aperuit os suum.

Quid enim dicas turgidis. turbidis. calumpnio
sis: litigiosis. uerbosis: Quid dicas sancte & pie &
de religione transiliens eos: quando ipsis libenter
audientibus. discere cupientibus. ueritatis cibo inhian
tibus. auide accipientibus. & dominus ait: adhuc
multa habeo uobis dicere sed non potestis illa portare
modo. & apostolus. Non potui uobis loqui quasi spiritalibus.
sed quasi carnalibus: non tamen desperandis sed nutri
endis. Sequitur enim. Tamquam paruulis in
xpo lac uobis potum dedi non escam. Nondum
enim poteratis. Ergo uel nunc dic: sed neque ad
huc quidem potestis. Noli ergo festinare audire
quod non capis: sed cresce ut capias. Sic paruu
lum alloquimur in sinu matris ecclesie pio lacte
nutriendum: & ad escam mense dominice ido
neum faciendum. Quid autem uel tale dicam
peccatori adstanti aduersus me idoneum se putan
ti aut fingenti ad ea que non capit: ut cum
ego dixero & ille non ceperit. non se putet non
cepisse. sed me defecisse: Ergo propter hunc pec
catorem adstantem aduersum me: posui ori
meo custodiam. & quid secutum est: Obsur
dui & humiliatus sum: & silui abonis. Patitur
difficultatem iste transiliens in quodam gra
du in quo transiliuit: & querit inde transi
lire: ad euitandam hanc difficultatem. Pec
care timebam ut non loquerer: ut silen
tium mihi imponerem. Hoc enim dixeram: custo
diam uias meas ut non delinquam in lingua
mea. Et dum timeo loqui ne peccem: obsurdui
et humiliatus sum: & silui abonis. Dum nimis
timeo ne loquar aliqua mala: tacui omnia
bona. Obsurdui & humiliatus sum: & silui
abonis. Unde enim dicebam bona: nisi quia
audiebam: Auditui enim meo: dabis exulta
tionem & leticiam. Et amicus sponsi stat. et
audit eum: & gaudio gaudet propter uocem
non suam sed sponsi. Ut uera dicat: audit que
dicat. Nam qui loquitur mendacium: de suo
loquitur. Quiddam ergo triste & molestum passus
est iste: & hac sua confessione id quod passus est
cauendum ammonet non imitandum. Timen
do enim nimis ut dixi: ne diceret aliqua non
bona: statuit sibi nulla dicere uel bona. Et quam
statuit tacere: cepit non audire. Stans enim si

transiliens es: expectas adeo audire qd dicas
homini. Int diuitem dm & inopem querentē
quid audiat cur tu taceas transiliens: qui
posses hinc audire & hac dicē: Eligis hac
non dicē: non mēberis hinc audire. Contēp
nis pauperem: contempnis adiuite. Oblitus es
seruum te esse quem constituit dominus
sup familiam suam: dare conseruis cibaria.
Quid g queris accipe: qd piger es erogare.
Merito g qm qd accepas dicere noluisti: impe
dieris ne accipias: qd accipe cupiebas. Aliqd enim
uolebas: aliquid habebas. Da qd habes: ut me
rearis accipe quod non habes. Ergo quasi cū
posuissem ori meo custodiā mq indixissē silentiū:
quia uidebā ubiq piculosū eloquiū: factū ē inquit
ī me qd nolebā. Obsurdui: & humiliat sū. Ī me humiliaui:
s humiliat sū. Obsurdui & humiliat sū: & silui a bonis.
Cepi non dicē bona: cum timeo ne dicam aliqa
mala: & rep̄hendi consilium meum. Silui
enim a bonis: & dolor meus renouatus est.
A dolore quippe quodam: quem m inflixe
rant calumpniatores & rep̄hensores tanqm
requieueram in silentio: & cessauerat dolor ille
qui factus fuerat a calumpniantibus. S; ubi si
lui a bonis renouatus est dolor meus: cepi plus
dolere tacuisse me que dicē deberem: quam
dolueram dixisse que dicē non deberem.
Renouatus est dolor meus: & in meditatione
mea exardescet ignis. Cepit ēē inquietum cor
meum: uidebam insensatos. & tabescebam
non arguebam: & me sic tacentem. Zelus dom
tue comedebat me. Respexi enim ad dnm
meum: qui dixit. Serue nequam & piger
dares pecuniam meam nummulariis: & ego
ueniens cum usuris exigerem. Et qd sequitur
auertat deus a dispensatoribus suis. Proicitur in te
nebras exteriores ligatis manibus & pedibus: seruus
non euersor ad pdendum: s; piger ad erogandū.
Quid expectare debent qui cum luxuria
consumpserunt: si dampnantur qui cum pi
gricia seruauerunt. In meditatione mea ex
ardescet ignis. Et positus in hac fluctuatione
dicendi & tacendi: int eos qui calumpniari
parati sunt. & eos qui affectant instrui: inter
habundantes & inopes: factus opprobrium his
qui habundant & despectio sup bis: respici
ens eos beatos qui esuriunt & sitiunt iustitiā:
laborans in utroq. afflictus in utroq: pici
tans ne proiciat margaritas porcis. pici tans
ne eroget cibaria conseruis: in hoc estu que
siuit alium meliorem locum ab hac dispensa
tione in qua sic laborat homo & pici tatur:
et suspirans in finem quendam ubi ista non
erat passurus in illum in quam finem quo dic
turus ē bono p̄rogatori dominus. intra in gau
dium domini tui: locutus sum inquit in lin
gua mea. Int estus. int picula h. int difficul
tates. quia ita delectat lex dni: ut tam ppt habūdan
tiā scandalorum refrigescat caritas multorum:
int hos g estus locutus sum inquit in lingua
mea. Cui. Non auditori quem uolo erudire:
s; auditori a quo uolo erudiri. Locutus sum
in lingua mea illi a quo int audio: si qd bonum si
qd uerū audio. Qd locut es: Notū fac m dne finē meū.
Notū m inqt fac domine finem meum. Transili
ui enim quedam: & ueni ad quedā: & ea in que
ueni meliora sunt eis a quibus transiliui. S;
restat adhuc quo transiliendum sit: non
enim hic remanebimus. ubi temptationes.
ubi scandala. ubi auditores & calumpniato
res. Finem meum m notum fac. Finem q
m deest: non cursum qui m adest. Finem
illum dico quem currens intuebatur apls:
et de sua imp̄fectione confitebatur: aliud
in se intuens. aliud alibi querens. Ait enī.
Non quia iam accepim: aut iam pfectus sim.
Fratres. ego me ipsum non arbitror apprehen
disse. Et ne dicēs si non app̄hendit apostol
ego app̄hendi: si pfectus non ē apls. ego
pfectus sum: uide quid agat. attende quid
agat. attende quid dicat. Quid g agis o apls.
Nondum app̄hendisti: nondum pfectus es.
Quid agis. Ad quam actionem me horta
ris. Quid m imitandum sequendumq ppo
nis. Unum autem inquit que retro oblit:
in ea que ante sunt extentus: scdm inten
tionem sequor ad palmam sup̄ne uocatio
nis dī in xp̄o ihū. Scdm intentionem. n̄
dum scdm puentionem: n̄dū scdm app̄hen
sionem. Non relabamur unde iam transil

mus: nec remaneamus in illis in que iam ue
nimus. Curramus intendamus: in uita sumus:
nec tam sic securus ex eis que transiit. quam sol
licitus p hec ad que nondum puenit. Que re
tro inquit obliscis in ea que ante sunt extен
dis: secm intentionem sequor ad palmam sup
ne uocationis dī in xpō ihu: ipse est finis. Unum
autem. hoc ē illud unum: domine ostende nob̄
patrem & sufficit nob̄. Unum autem: que &
una dr in alio psalmo. Unam petij a domino
hanc requiram. Que retro obliscis: in ea que
ante sunt extendis. Unam petij a domino
hanc requiram: ut inhabitem in domo dn̄i p
omnes dies uite mee. Propē quid. Ut contempler
delectationem domini. Ibi enim gaudebo de
loco: non timebo ab aduersario. Ibi enim con
templator mecum erit amicus: non calumnia
tor inimicus. Hoc desiderauit iste iterum notum
sibi fieri cum hic esset ut sciret quid sibi deesset:
et non tam gauderet de his ad que puenerat.
quam desideraret ea ad que nondum puenerat:
et ex quibusdam tam transitis non remaneret
in ea. sed desiderio reparetur in supna: usque
ille qui quedam transiuerat omnia transiturē:
et ab irrorationē quarundam guttarum dom
icarum de repentinarum nube uenientium. ue
niret sicut ceruus ad fontem uite. & in illo
lumine uideret lumen: & absconderetur in uul
tu dei a conturbatione hominum: ubi dicet
bene est. ultra michi uolo: omnes hic amo.
neminem timeo. Bonum desiderium sanctum
desiderium. Qui iam hoc habes congaudete
nob̄: & orate ut perseuerantē habeamus: ne
inter scandala deficiamus. Iam & nos p
nob̄: hoc idem rogamus. Non enim nos
digni qui p nob̄: & nos indigni qui p nob̄ ore
tis. Auditoribus suis quib̄ p̄dicabat ūbum dī:
se commendabat apl̄s. Orationi instantes.
uigilantes in illa. Orantes simul & p nob̄: ut
deus aperiat nob̄ ostium ubi ad loquendum
mysterium eius: ut manifestum illum sicut
oportet me loqui. Orate g̃ p nob̄ fr̄s: ut &
quod tacendum est bene taceamus: & qd
dicendum est bene dicamus. Certum hoc
desiderium nouī in paucis ēe: nec me optime
intelligunt. in qui gustauerunt unde loquor:
loquimur tamen omnib̄: & habentib̄ tale desi
derium. & nondum habentib̄. Habentib̄ ut nobis
cum in illa subsistere: non hīrib̄ ut pigriam
exercuant. uma transiliant: ad dulcedinem legis
domini ueniant: non in delectationib̄ inquiet
remaneant. Narrant enim multa mira: et
laudant multa mira: inqua inquit. Et reuera
et illa inqua hīnt delectationem: sed non sicut lex
tua domine. Dicant & nobiscum qui credunt hec
dicē & nos. Negotium enim hoc intus est: nullī
ubi ostendi potest. Sed qui hoc agit: credat
esse & in alio: non solum se putet accepisse qd
dei ē. Dicat & in his iterum. Notum fac mihi
domine finem meum: & numerum dierum me
orum qui ē. Numerum dierum quero: qui est.
Sic possim dicē: sic possim intelligē numerum
sine numero: q̄m possunt dici anni sine annis.
Ubi enim anni. utiq; quasi numerus: sed tam
tu idem ipse es. & anni tui nō deficient. Nu
merum dierum meorum innotuit fac: sc qui ē.
Quid g̃: iste numerus in quo tu es non ē. Plane
si attendam bene: non ē. Si hieram quasi est:
si transiit non ē. Si ab isto me excutiens sup
na contempler: si transeuntia manentib̄ compa
rem: uideo quid uere sit. Quid autem magis
uideatur esse quam sunt. Dicturus sum ne esse
istos dies meos. Vel inquam dies esse dicuntur
sum. & tam magnum hoc ūbum huic cursui
rerum labentium temere dabo. Ita g̃ ipse defi
ciens pene non sum: ut excidit in qui dixit
ego sum qui sum. Est g̃ aliquis numerus die
rum. Vere est: & sine fine ē. In his autem dieb̄
dicam aliquid ēe. Si teneo de quo die inter
gat utrum sit. uel si interrogat me: tene unde me
interrogat. Teneo diem istum. Si teneam hesternum:
teneo & hodiernum. Sed hesternum in
quis non teneo: quia iam non est. Istum autem
teneo in quo sum: & qui mecum est. Iam de
isto excedit ē: iam quantum a prima luce transi
erit. Nonne iste dies: a prima hora cepit dies.
Vain primam horam eius: da ih & secundam ei.
quia forte & ipsa transiolauit. Terciam inquis
dabo ē. Forte enim in ipsa nunc sumus. Certe
g̃ sunt isti dies: & est tertia dies. Si terciam

dabis: non diem sed horam dabis. Verumtamen
nec hoc tibi quidem concedo: si mecum ista ut
cumque transilisti. Da mihi vel horam terciam: ipsam
mihi da in qua es. Si enim aliquid eius iam preteriit:
et aliquid eius restat adhuc. nec quod preteriit
mihi potes dare quia iam non est: nec quod restat
quia nondum est. Quid mihi et de hora ista que nunc
pagitur dabis? Quid mihi de illa dabis? Cui com
mittam hoc verbum: ut dicam est? Cum dicis ipsum
est. certe una sillaba est. et momentum unum est.
et tres litteras sillaba habet. in ipso ictu. Ad secundam
huius verbi litteram non pervenis: nisi prima finita
fuerit. Tercia non sonabit: nisi cum et secunda tran
sierit. Quid mihi de hac una sillaba dabis? Et te
nes dies: quia unam sillabam non tenes? Mo
mentis transvolantibus: cuncta rapiuntur. Torrens
rerum fluit: de quo torrente ille in via bibit pro nobis:
quia iam exaltavit caput. Isti ergo dies non sunt.
Ante abeunt pene quam veniunt: et cum ve
nerint stare non possunt. Iungunt se secuntur
se: et non se tenent. Nichil de preterito revoca
tur. Quod futurum est transiturum expectatur:
nondum habetur dum non venit: non tenetur
dum venit. Numerum ergo dierum meorum qui
est. non istum qui non est. et quo me difficilius
et periculosius perturbet: et est et non est. Nec esse
possum dicere quod non stat: nec non esse quod
venit et transit. Est illud simplex quero. est
verum quero: est germanum quero: est quod
est in illa ierusalem sponsa domini mei: ubi non
erit mors. non erit defectus: non erit dies
transiens sed manens: quia nec hesterno prece
ditur. nec crastino impellitur. Hunc inquam
numerum dierum meorum qui est. notum mihi
fac: ut sciam quid desit mihi. Hoc enim mihi deest
hic laboranti: et quamdiu mihi deest: non me
dico perfectum. Quamdiu hoc non accipio dico:
non quia iam accepi: aut iam perfectus sum.
Sequor autem ad palmam superne vocationis
dei: hanc accipiam pro mercede cursus mei. Man
sio quedam erit finis currendi: et in ipsa
mansione. patria sine peregrinatione sine sedici
one: sine temptatione. Ergo notum fac mihi
hunc numerum dierum meorum qui est ut
sciam quid desit mihi: quia nondum ibi sum

ne superbiam ex eo in quo iam sum: ut inveni
ar in illo non habens meam iusticiam. In compa
ratione enim illius boni quod est attendens ista
que non ita sunt: et plus mihi videns deesse quam
adesse: ero humilior ex eo quod deest: quam ela
tior ex eo quod adest. Nam qui putant se aliquid
habere cum hic vivunt superbiendo: non accipiunt
quod deest. quia magnum putant esse quod adest.
Qui enim putat se aliquid esse cum nichil sit.
se ipsum seducit. Nec isti ex hoc magni sunt.
Nam et inflatio et tumor imitatur magnitudi
nem: sed non habet sanitatem. Iam ergo iste transiliens
agens quiddam in corde occultum quod non no
vit nisi qui pariter agit: tamquam noto sibi fac
to fine suo impetrans quod rogavit. noto sibi
facto numero dierum suorum non qui transit
sed qui est: attendit ad hec que transiliuit. et com
paravit noticie superiori. Et tamquam diceres ei
quare desiderasti numerum dierum qui est. Quid
enim de diebus istis dicis? De illo alto atten
dens: hec ait. Ecce veteres posuisti dies meos.
Veterascunt enim. Ego novos volo. novos
numquam veterascentes: ut dicam vetera
transierunt ecce facta sunt nova: nunc in
spe. tunc in re. Innovati enim fide et spe.
quanta adhuc vetera agimus? Non enim sic
xpo induti sumus: ut ex adam iam nichil
portemus. Vide veterascentem adam: et
innovari xpm in nobis. Et si exterior inquit homo
noster corrumpitur: sed interior innovatur de die
in diem. Ergo ad peccatum ad mortalitatem.
ad pretervolantia tempora: ad gemitum et la
borem et sudorem ade: ad etates succedentes
non manentes. ab infantia usque ad senectutem
sine sensu transeuntes: ad hec attendentes videa
mus hic veterem hominem. veterem diem: vetus
canticum vetus testamentum. Conversi autem
ad interiora. ad ea que innovanda sunt pro his
que immutabuntur: inveniemus hominem
novum. canticum novum. testamentum no
vum. diem novum. et sic amemus istam no
vitatem: ut non ibi timeamus vetustatem.
Nunc ergo in hoc cursu: transimus a veteribus ad
nova. Ipse transitus agitur cum corrum
puntur exteriora et innovantur interiora: do

nec etiam hoc ipsum quod exteriuis corrum
pitur reddat debitum nature: ueniat in mor
tem. renouetur. & hoc in resurrectione. Tunc
fient reuera omnia noua reliqua que nunc sunt
in spe. Agis ergo aliquid nunc aueteribus te exuendo:
et innoua currendo. Innouatur ergo currens iste:
et in ea que ante sunt extentus: notum in
quit fac mihi domine finem meum: & numerum
dierum meorum qui est: ut sciam quid desit
mihi. Ecce trahit adhuc adam: & sic festinat ad
xpm. Ecce inquit ueteres posuisti dies meos. Ve
teres dies ex adam: ueteres illos posuisti: uete
rascunt cotidie & sic ueterascunt: ut aliquando
etiam consumantur. Et substantia mea tanquam
nichil ante te. Ante te domine tanquam
nichil substantia mea: colligen ante te qui uides hoc.
Et ego cum uideo: ante te uideo:
ante homines non uideo. Quid enim dicam:
quibus uerbis ostendam nichil esse quod sum. in
comparatione eius quod est. Si intus dicitur: intus ut
cumque sentitur. Ante te domine ubi oculi tui sunt:
non ubi oculi humani sunt. Quid ubi oculi tui sunt.
Substantia mea tanquam nichil. Veruntamen uniuersa
uanitas: omnis homo uiuens. Veruntamen. Quid
enim dicebat. Iam ecce transiliui mortalia omnia:
et una contempsi: calcaui terrena. ascendi ad de
lectationem legis domini: fluctuaui in dispensati
one numinorum dominicorum: desideraui etiam
finem illum cuius non est finis. Desideraui nume
rum dierum meorum qui est: quia numerus
istorum dierum non est. Ecce iam talis sum tanta
transiliui: in ea que stant sic in hio. Veruntamen
sicut mihi hic sum. quamdiu hic sum. quamdiu
in hoc seculo sum: quamdiu carnem mortalem
porto: quamdiu temptatio uita humana est super
terram. quamdiu inter scandala suspiro. quamdiu
timeo ne cadam qui sto. quamdiu mihi incerta
sunt & mala mea & bona mea: uniuersa uani
tas omnis homo uiuens. Omnis inquam & he
rens & transiliens: & ipse idithum ad uniuer
sam uanitatem ob hoc pertinet: quia omnia
uanitas. & uanitas uanitatum. Que habun
dantia homini in omni labore suo: quo ip
se laborat sub sole. Numquid & idithum
sub sole adhuc est: Habet aliquid sub sole:

aliquid habet ultra solem. Sub sole habet euigilare. dor
mire. manducare. bibere: esurire. sitire. iugere.
fatigari. saturari: puerescere. iuuenescere. senes
cere: incerta habere que optat & timet. Hec omnia
sub sole habet etiam ipse idithum: etiam ipse
transiliens eos. Unde ergo transiliens: Ex illo de
sidio: notum mihi fac domine finem meum. Hoc
enim desiderium ultra solem est: non est sub sole.
Sub sole omnia uisibilia. Quicquid uisibile
non est: sub sole non est. Non est uisibilis fi
des: non est uisibilis spes. non est uisibilis cari
tas. non est uisibilis benignitas: non est uisibilis
postremo timor ille castus permanens in seculum seculi.
In his omnibus dulcedinem habens consolationemque
idithum & ultra solem conuersans: quia con
uersatio eius in celis est: ex his que adhuc sub sole
habet gemit: & ista contempnit & dolet: in illa
mardescit eaque desiderat. Locutus est de illis:
loquatur & de istis. Audistis concupis
cenda: audite contempnenda. Veruntamen
uniuersa uanitas: omnis homo uiuens. Quamquam
in imagine ambulet homo. In qua imagine nisi
illius qui dixit: faciamus hominem ad imagi
nem & similitudinem nostram. Quamquam
in imagine ambulet homo. Ideo enim quam
quam: quia magnum aliquid imago hec. &
hoc quamquam secutum est tamen: ut illud quod
audistis quamquam ultra solem sit. hoc autem
quod sequitur tamen sub sole sit: & illud pertineat
ad uitatem. hoc ad uanitatem. Quamquam ergo
in imagine ambulet homo: tamen uane contur
batur. Audi conturbationem eius & uide si
non est uana ut calces eam. transilias eam: &
habites in excelsis: ubi non est ista uanitas. Que
uanitas: Thesaurizat & nescit cui congregabit
ea. Omnisana uanitas. Beatus cuius est dominus
spes eius: & non respexit in uanitatem et
insanias mendaces. Delirare tibi uideor auare
cum hec loquor: anicularia tibi uidentur hec
uerba. Tu enim uidelis homo magni consilii mag
neque prudentie. excogitas cotidie genera ad
quirende pecunie: de negotio. de agri cul
tura. fortassis & de eloquio: de iuris consul
tatione. de milicia: addis & de fenore: ho
mo cordatus nichil pretermittis omnino unde

nummul sup nummum ponatur: & in occulto diligentiul congregetur. Dep̃dat hominem: cuiel dep̃datorem. Quod facis: tamel tamen ne patiaris. Et in eo quod pateris: non te corrigis. S; non pateris. Prudens enim homo es. S; etiam bene seruas: non solum bene colligis: habel ubi ponas: cui committas: q̃m multul depereat ex eo qd congregasti. Interrogo conscium: discutio prudentiam tuam. Ecce collegisti: ecce tra seruasti: ut mel̃ possis amittere eorum que seruasti. Dic mihi: cui seruas? Non tecum ago. non commemoro. non exaggero. quicquid aliud mali hec auaricia inuitatis tuis: hoc unum ꝓpono hoc discutio: quod mihi dat occasio lectionis huius psalmi. Prouisul colligis thesaurizas. Non dico ne forte dum colligis colligatis: non dico ne forte cum uis esse p̃do sis p̃da. Hoc apud [illegible] eloquar: forsasse enim peculi auaritiam [illegible] non audisti. aut n̄ intellexisti. Non dico inquam ne forte cum uis esse p̃do minoris: sis p̃da maioris. Non enim seruis esse te in mari: nec cernis minores pisces a maioribus deuorari. S; non dico ista: non dico difficultates & pericula. in ista conquisitione pecunie: quanta patiantur qui eam colligunt: quam in omnibus periclitentur: quam in omnibus pene mortem uideant. Transeo hec omnia. Prouisul colligis nullo contradicente: seruas nullo auferente. Excute conscium ac prudentiam tuam tantam qua me deridel: qua me insipientem putas hec loquentem: & dic mihi. Thesaurizas: cui congregabis ea. Video q̃d uelis dicere: quasi q̃s uis dicat huic si occurreris. Dicitur et. filiis meis seruo. Hec est ingens precatio excusatio inuitatis: filiis inquis meis seruo. tua seruas filiis tuis. Itane hoc non nouat iudicibus. Nouat ea plane: si iudex uerbi gratia epulabatur & ideo crepabat. q̃ ad diem nouus festinabat. Illa ecce dicatur tibi filiis tuis. S seruas transire ad posteros: immo uero transiens transeuntibus. Nam transiturum te sic dixi: quasi nunc maneas. Ipse hodie ex quo loqui cepimus usq; ad hoc momentum: semper quia senuimus. Neq; enim cani & mutata capillorum tuorum: & nunc cum stas cum hic es. cum agis aliquid cum loqueris: in te crescunt capilli tui. Neq; enim repente creuerunt: ut consocem quereres. Agitur & erat transuolans & intelligentibus & non sentientibus: & aliud male occupans. Transi tu: et seruas transeunti filio tuo. Primo hoc ante quero. Scis eum possessurum cui seruas: aut si nondum natus es scis nasciturum. Seruas filiis mecum an futuris mecum an possessuris. nec reponis thesaurum ubi reponendus est. Non enim dominus tuus seruo suo tale consilium daret: ut peculium tuum p̃deret. Peculiosus seruus es. cuiusdam magni patris familias: quod amas & quod habes ipse te dedit: & non uult ut p̃das quod te dedit. qua & se ipsum te dabit. S; nec hoc inquam quod te ad tempus de[illegible]am ne dic: uult ut p̃das. Vtrum est ex su[illegible]tas: supple dicitur rei necessitatis tue: tam superfluum deputatur. Nec hoc uolo ut p̃das: aut dominus tuus. & quid facio. Vigila: ubi posuisti non est tuus locus. Certe seruare uis auaricie: uide ne forte & ipsi auaricie congruat consilium meum. Habe enim uis q̃ habes: & non p̃de. Ostendo tibi locum ubi ponas: ne thesaurizes in ira nesciens cui congregas ea: & postea quemadmodum consumptura sit: qui possidebit. qui tenebit. Forte enim possessor possidebitur: & quod ante habebit non tenebit. Forte cum ei seruas: an requam ille uenias tu p̃des. Sollicitudinem tue consilium deo. Thesaurizate uobis thesaurum in celo. Hic in ira si uelles seruare diutius: quereres horeum. Forte non crederes domui tue: ap̃e domesticos tuos. Commendares ad uicinum argentarium. Difficile est enim ibi casus: fur non facile accedit. bene omnia seruantur. Quare ista cogitas: hi quia non habes melius ubi seruet. Quid si dabo melius. Dicam tibi. Noli commendare huic minus idoneo: si est quidam idoneus illi commenda: ut magna horrea ubi pire non possint diutius tue: magnus sup omnes diuites est. Iam forte tu diceris es. Et quando audes tali commendare. Quid si ipse te hortatur. Agnosce

ullum. Non solum pecuniarias est: sed omnis
tuus est. Nolo inquit seruus meus pdas pe-
culium tuum: agnosce ubi ponas. Quare
ibi ponis: ubi possis amittere? Ubi & si non
amittas: ibi manere tu ppetuo non potes.
Est & alius locus: quo te transferam. Prece-
dat te quod habes: noli timere ne pdas. Bonus
ego eram: custos ego ero. Dicat tibi hoc: do-
minus tuus. Eadem tuam interroga: unde si
uelis illi credere. Dicturus es. Pactum habeo:
quod non uideo. Hic aliud uolo uidere.
Dum uis hic uidere nec hic uidebis: & ibi
nichil habebis. Nescio quos thesauros habes
absconditos in terra: cum procedis non eos
tecum portas. Venisti ad audiendum ser-
monem: ad colligendas unciones diuinas: co-
gitas de exactoribus. Numquid eas huc tecum
attulisti? Ecce nec nunc eas uides. Credis
te habere in domo: quod scis te posuisse.
Numquid scis non perdidisse. Quam multi redi-
erunt ad domos suas: & quod posuerant
non inuenerunt. Hic fortasse expauerunt
corda cupidorum. & quoniam dixi multos
sepe ad domum suam rediisse: & quod po-
suerunt non inuenisse: dixit quisq; in corde
suo. Absit episcope: bonum opta: ora pnobis.
Absit ut contingat: absit ut ita fiat. Credo
in deum quoniam qui posuit saluum inuenio.
Creditis in deum? & non creditis ipsi deo?
Credo in xpm: quia saluum erit qd posui.
Nemo accedit: nemo auferet. Securus uis esse
credendo in xpm? ut nichil perdas de domo tua:
securus eris potius credendo xpo. ut ibi po-
nas ubi consilium dedit. An securus es de ser-
uo tuo? & sollicitus es de domino tuo? Secu-
rus de domo? & sollicitus de celo? Ego in-
quis quomodo pono in celo? Dedi tibi consi-
lium: ubi dico pone. Quoniam perueniat ad ce-
lum: noli sicas. Pone in manibus pauperum:
da indigentibus. Quid ad te quomodo perueniat?
Non placuit quod ego accepi? An obtulisti
eum uni ex minimis meis fecisti: mihi fecisti?
Si habeat quispiam amicus tuus quosdam la-
cus & cisternas. & quecq; receptacula fabri-
carum. ad seruandum aliquem liquorem
uim uidelicet: quereres ubi absconderes ut
seruares fructus tuos. & dicet tibi ego tibi ser-
uo: haberetq; ille receptacula occulta aliqua
quam canales & transitus. ut photi clanculo
irent quod palam fundetur. & dicet tibi qd
habes hic funde? uideres autem tu non esse
illum locum ubi ponere cogitabas & timeres
fundere: ille qui sciret machinamenta que-
dam occulta locorum suorum. & dicet funde
securus: hinc illuc perueniet. Non uides qua:
si crede mihi quia fabricatus. fabricatus ergo per
quem facta sunt omnia: mansiones omni-
bus hic illuc uult preesse quod habemus: ne
hoc in via perdamus. Cum autem seruauis-
in via? dic mihi cui congregabis ea. Filios ha-
bes. unum plus numera: da aliquo & xpo.
Thesaurizat & nescit cui congregabit ea. via
ne conturbatur & nunc. Quoniam inquit
iste istibum respiciens uanitatem quandam.
suspiciens unitatem quandam: in medio po-
situs quoddam sub se habet: quoddam supra se.
Sub se habet unde transiluit: supra se habet quo se
extendit. Quale iste tam magnus? & nunc aut
quorundam transiluit. quorundam multa calca-
uit. quorundam temporalibus iam non tenetur. Non-
dum sum perfectus: nondum accepi. Spe enim
salui facti sumus. Spes autem que uidetur:
non est spes. Quod enim uidet quis quid sperat.
Si autem quod non uidemus speramus: per pa-
cientiam expectamus. Ergo & nunc que est
expectatio mea? Nonne dominus? Ipse est
expectatio mea: qui dedit ista omnia que
contempnam. Ipse mihi dabit & se. qui est super
omnia & per quem facta sunt omnia: & a quo
factus sum mihi omnia. Ipse est expectatio
mea dominus. Videtis istibum firi: videtis qui
non expecter. Nemo ergo se dicat perfectum. hic
decipit se. fallit se. seducit se: non potest hic
habere perfectionem. Et quid prodest qua prodet
humilitatem? & nunc que est expectatio
mea? Nonne dominus? Cum uenit: iam non
expectatur. Tunc erit illa perfectio. nunc
autem quantumcumq; transiit istibum
adhuc expectatur & iuba mea: ante te est
semper. Iam proficiens. iam ad ipsum tendens

et esse aliquantum incipiens: ante te ē semp
suba mea. Suba autem ista: & ante homines
est. Aurum habes. argentum habes. manci
pia. p̄dia. arbores. pecora: seruos. Hec uidi
et ab hominib; possunt: & esse quedam suba:
s; & suba mea ante te ē semp. Ab omnib; iniqui
tatib; meis erue me. Multa transiliui. Multa
quidem transiliui: s; si diximus quia peccatum
n̄ habemus. nos ipsos seducimus: & uitas in nob n̄
ē. Multa transiliui: s; ad huc tundo pectus et
dico. Dimitte nob debita n̄ra: sicut & nos di
mittimus debitorib; n̄ris. Tu g̊ expectatio mea:
finis meus. Finis enim legis xp̄c ad iustiam.
omni credenti. Ab omnib; non solum ab eis
ne reuoluar in ea que transiliui: s; ab omnib;
omnino ꝓpt̄ que m̄ m̄ pectus tundens dico:
dimitte nob debita n̄ra. Ab omnib; iniqui
tatib; meis erue me: ita sapientem & tenen
tem qd ait apl̄s. Quotquot g̊ pfecti sumus:
hoc sapiamus. Cum enim se dicēt nondum
ēē pfectum: ibi continuo secutus ait. Quot
quot g̊ pfecti sumus: hoc sapiamus. Quid est
quotquot pfecti? Iam dudum tu dixeras.
Non quia iam accepim: aut iam pfectus sim.
Sequere. dic totum. Vnum autem que retro obli
tus in ea que ante sunt extentus: secundum in
tentionem sequor ad palmam supne uocationis
dei in xp̄o ihu. Ideo nondum pfectus quia se
quitur ad palmam supne uocationis dei:
quam nondum inuenit: ad quam nondum
puenit. Si autem non est pfectus qui non
dum illuc puenit: quis n̄rm pfectus est.
Et tamen sequitur: & ait. Quotquot enim pfec
ti: hoc sapiamus. Tu non es pfectus o aplē.
et nos pfecti? S; excedit uob. quia & se m̄ pfec
tum dixit? Non enim ait quotquot estis pfec
ti hoc sapite: s; quotquot inquit pfecti hoc
sapiamus: cum pauloante dixisset: non q̄
iam accepim: aut iam pfectus sim. Aliter
g̊ hic non potes esse pfectus: nisi scias hic n̄
te esse posse pfectum. Hec erit pfectio tua:
sic te quedam transisse ut ad quedam ꝓperes:
sic quedam te transilisse ut restet aliud ad
quod omnib; transiliendum est. Hec tota fi
des est. Nam quisquis se iam puenisse putat:

in alto se ponit ut cadat. Quia g̊ ita sapio. q̄
me & imꝑfectum dico & pfectum: imꝑfectum
quidem quia nondum accepi aliquid qd uolo.
pfectum autem quia scio hoc ipsum quid m̄
desit: quia g̊ sic sapio quia humana contēp
no. quia letari in reb; peuntib; nolo: quia irri
deor ab auaro iactante se quod sit prudens. &
me irridente quod desipiam quia sic ago quia
hanc uiam carpo: opprobrium inquit insipi
enti dedisti me. Inter eos me uiuē uoluisti:
inter eos p̄dicare uitatem qui amant uani
tatem: & non possum n̄ irrideri ab eis: quia
spectaculum facti sumus huic mundo: et
angel & hominib. Angel laudantib;. hominib;
opprobrantib: immo & angel laudantib; &
uituperantibus: & hominib; uituperantib; & lau
dantibus. A dextris & a sinistris habemus ar
ma in quib; militamus p gloriam & ignobili
tatem: p infamiam & bonam famam: ut se
ductores & ueraces. Hec apud angelos. h̄ apud
homines: quia & apud angelos sunt sancti
angeli: quib; bene uiuendo placeamus: et
sunt p̄uaricatores angeli quib; bene uiuen
do displiceamus: & int̄ homines sunt sc̄i
uiri quib; placeat uita n̄ra: & sunt neq̄ssimi
homines qui irrideant bonam uitam nostram.
Et hec & h̄ arma sunt: illa dextra illa sinis
tra: utraq; tamen arma sunt. Vtrisq; armis
et dextris & sinistris utor: & laudantib; et
uituperantibus: & honorem deferentib; & igno
miniam irrogantibus. His utrisq; armis confli
go cum diabolo: utrisq; eum ferio: prosp̄is si
non corrumpar. aduersis si non frangar. Dedisti
g̊ me opprobrium insipienti. Obsurdui & non
apui os meum. S; contra insipientem obsur
dui: & non apui os meum. Cui enim dicerē
qd agitur in me? Audiam enim qd loquet̄
in me dominus deus q̄m loquetur pacem po
pulo suo: s; non est pax impiis dicit domin.
Obsurdui & non apui os meum: quoniam tu
es qui fecisti me. Ideo n̄ apuisti os tuum: q̄
deus est qui fecit te? Mirum. Os enim tibi
deus non fecit ad loquendum? Qui planta
uit aurem non audit: qui finxit oculum
non uidet? Os t̄ deus ad loquendum dedit:

et dicis obsurdui & non aperui os meum: quoniam tu
es qui fecisti me. An quoniam tu es qui fecisti
me. ad posteriorem versum pertinet. Quoniam tu
es qui fecisti me: amoue a me plagas tuas. Quoniam
tu es qui fecisti me: noli exterminare me. Tantum
cede ut proficiam: non ut deficiam. Tantum
tunde ut producar: non ut comminuar. Quoniam
tu es qui fecisti me: amoue a me flagella tua.
A fortitudine enim manus tue ego defeci in
argutionibus: hoc est cum arguisti me defeci.
Et arguere tuum quid est nisi quod sequitur. pro iniqui-
tate erudisti hominem: & tabescere fecisti sicut
araneam animam meam. Multum est quod
intelligit iste idithum: si quis cum illo intel-
ligat: si quis cum illo transiliat. Dicit enim
in argutionibus dei se defecisse: & uult a se amo-
ueri flagella. quoniam ipse est qui fecit illum.
Quod fecit ipse reficiat: & qui creauit ipse
recreet. Sed tamen quod ita defecit ut uelit se &
recreari & reformari: sine causa putamus fac-
tum fratris. Pro iniquitate inquit erudisti homi-
nem. Totum quod defeci. quod infirmus sum.
quod de imo clamo: hoc totum pro iniquitate:
et in hoc erudisti non dampnasti. Pro iniquitate
erudisti hominem. Audi hoc planius ex alio
psalmo. Bonum mihi est domine quod humiliasti me:
ut discam iustificationes tuas. Et humiliatus
sum & bonum est mihi: & pena est & gratia est. Quid
seruat post penam: qui per gratiam exhibet
penam. Ipse est enim de quo dictum est. Hu-
miliatus sum & saluum me fecit: & bonum
mihi quod humiliasti me: ut discam iustificationes
tuas. Pro iniquitate erudisti hominem. & quod
scriptum est qui fingis dolorem in precepto: domino
non nisi a transiliente dici potuit: quia non nisi
a transiliente iudici potuit. Fingis dolorem inquit
in precepto. De dolore preceptum mihi facis. Formas
ipsum dolorem meum. Non eum relinquis in-
formem: sed formas illum: & formatus dolor meus
inflictus a te. preceptum mihi erit ut liberer a te.
Fingis enim dictum est dolorem: formas dolorem:
plasmas dolorem non simulas. Dolorem quomodo
fingit. Quomodo artifex. Unde & figulus dicitur a fin-
gendo. Ergo pro iniquitate erudisti hominem.
Video me in malis: uideo me in pena: & apud te

non uideo iniquitatem. Si ergo ego in pena sum &
apud te iniquitas non est. nonne restat ut pro
iniquitate erudias hominem. & quomodo eru-
disti. Dic ipsam eruditionem. Oidithum quomodo
eruditus es. Et tabescere fecisti uelut araneam animam
meam. Hec est eruditio. Quid tabidius aranea.
Animal ipsum dico. Quamquam & ipsis telis
aranearum quid tabidius. Attende & ipsum
animal: quam tabidum est. Pone supra leuiter
digitum. Ruina est nichil omnino tabidius.
Talem fecisti animam meam inquit: erudien-
do me propter iniquitatem. Quando eruditio
infirmum fecit: quedam fortitudo erat uitium.
Video quosdam preuolasse & intellexisse: sed ace-
lerioribus non sunt discernendi tardiores: ut
pariter uiam sermonis carpant. Hoc dixi.
hoc intelligite. Si eruditio iusti dei hanc in-
firmitatem fecit: fortitudo quedam erat uitium.
Fortitudine quadam displicuit homo ut erudi-
retur infirmitate: quia superbia quadam dis-
plicuit ut erudiretur humilitate. Fortasse di-
cunt omnes superbi. Ideo uicerunt multi ab oriente
et occidente uenientes: ut recumbant cum
abraham. & ysaac & iacob: in regno celorum.
Quare uicerunt. Quia fortes esse noluerunt.
Quid est fortes esse noluerunt. De se presumere ti-
muerunt: iusticiam suam non constituerunt:
ut iusticie dei subicerentur. Denique quando dixit
dominus hoc. multi ab oriente & occidente ue-
nient & recumbent cum abraham & ysaac &
iacob in regno celorum: ait. Filii autem regni
id est iudei ignorantes dei iusticiam: & suam uo-
lentes constituere: ibunt in tenebras exteriores.
Recordamini fidem illam centurionis. unius
ex populo gentium: ita ~~ut~~ infirmi ita non fortis
ut diceret: non sum dignus ut sub tectum
meum intres. Non erat dignus qui xpm
domo reciperet: qui etiam corde receperat. Et
enim magister ille humilitatis filius homi-
nis: iam inuenerat in eius pectore ubi ca-
put inclinaret. Ad hoc uerbum centurionis
dominus respiciens: ad sequentes se dixit.
Amen dico uobis: in nullo inueni tantam fi-
dem in israel. Hunc infirmum inueni: israeli-
tas fortes inueni: ut inter utrosque dicerem: non

est opus medicus sanis: ꝯ male hñtibus. Propt̃ hoc ꝯ. ro ē ꝓpter hanc humiliratem multi ab oriente & occidente uenient & recumbent cum abraham & ysaac & iacob. in regno cꝝ lorum: filij autem regni ibunt in tenebras exteriores. Ecce mortalis es: ecce carnem putrescentem portas: & sicut unus ex ꝑncipib; cades. Et sicut homines morieris: et cades sicut diabolus. Quid uob ꝓdest medicina mortalitatis? Supb; diabolus tam quam angelus: non hꝫ carnem mortalem. Tu autem qui accepisti mortalem carnem et nec hoc ē ꝓdest ut tanta infirmitate humiliet: sicut unus ex ꝑnib; cadis. Ipsa ē ꝯ gra beneficij dei ꝑma redigē nos ad confessionem infirmitatis: ut quicquid bom possumus. quicquid potentes sumus nihil simus: ut qui gloriatur in domino glorietur. Quando infirmor inquit: tunc potens sum. Pro hac quidē eruditi hominem: & tabescē fecisti sicut aranea animam meam. Verumtamñ uane conturbatur omnis homo uiuens. Redit ad illud qđ paulo ante commemorauit. quamuis hic ꝓficiat: uane conturbaꝫ omnis homo uiuens. Viuens utiq; in mcto. Quis enim ut de ipso bono suo securus est? Uane conturbatur. Iacet in dñm curam suam: in illum iacet quicquid sollicitus ē: ipse enutriat. ipse custodiat. Quid enim in hac ꝛa cum est. n mors? Consicāte omnia omnino: ut bona ut mala uite huius: ut in ipsa iustitia. ut in ipsa iniquitate. Quid hic cum ē n mors? Profecisti? qui sis hodie scis: quid facturus sis crastino non scis. Peccator es: quid sis hodie scis: quid sis in crastino nescis. Spas pecuniam: incertum ē an habeas. Spas uxorem: incertum ē an accipias: ut qualem accipias. Spas filios: incertum ē an nascantur. Nati sunt: incertum ē an uiuant. Viuunt: incertum ē an ꝓficiant an deficiant. Quocumq; te uerteris. incerta omnia: sola mors certa. Lapis es: incertum ē an dirumpas. Indoctus: incertum ē an eruditus. Imbecillis es: incertum ē an conualescas. Natus es: certum ē quia morieris. Et in hoc ipso quia mortalia certa est: dies mortis incertus est. Itaq; hec incerta: ubi sola mors certa. Cuius etiam hora incerta: & solum multum cauetur: que nulloꝝ deuitatur. Omnis homo uiuens uane conturbatur. Ergo inter hec tam transitiens: tam in quibusdam supbis agens hec una contemptens: inter hec positus. exaudi inquit oratonem meam. De quib; gaudeam. de quib; gemam? De transactis gaudeo: ꝑtis que restant gemo. Exaudi oratonem meam & deprecationem meam: auribus ꝑcipe lacrimas meas. Num quid enim quia tanta transiluit? quia tanta transcendi iam non fleo? Nonne multomagis fleo? Quia qui apponit scientiam: apponit dolorem. Nonne quantomagis quod abest desidero. tantomagis donec ueniat gemo? tantomagis donec ueniat fleo? Nonne quantomagis crebrescunt scandala. quantomagis abundat iniquitas? tantomagis refrigescit caritas multorum? Dico. Quis dabit capiti meo aquam: et oculis meis fontem lacrimarum? Exaudi oratonem meam & deprecationem meam: auribus ꝑcipe lacrimas meas. Ne sileas ame? ne obsurdescam in gehennam. Ne sileas: audiam te. Occulte enim dicit deus. multis in corde loquitur? & magnus ibi sonus in magno silentio corporis quando magna uoce dicit: salus tua ego sum. Dic inquit anime mee salus tua ego sum. Ab hac uoce qua dicit dñs anime salus tua ego sum: optat ne sileatur ab illo. Ne sileas ame: quoniam inquilinus ego sum apud te. Sed; apud te inquilinus. apud diabolum cum essem: inquilinus eram: & malum dñm habebam. Nunc autem quia ē apud te tam: sed; adhuc inquilinus. Quid ē inquilinus? Unde migraturus sum? nonubi ꝑpetuo mansurus. Ubi ꝑpetuo mansurus: dicatur domus mea. Non migraturus sum. inquilinus sum. & tamen apud deum meum sum inquilinus: apud quem domo accepta mansurus sum. Sed; que domus ē quo migrandum ē ex hoc inquilinatu? Recognoscite illam domū: de qua dicit apls. Habitationem habemus ex deo. domum non manu factam:

ɡ̃nam in cel̃. Si domus ꝺ̃ ɡ̃na est in celis: cum ad eam uenimus inquilini ñ erimus. Quom̃ enim eris inquilinus in ɡ̃na domo? hic autem ubi discurus ẽ dominus domus migra: & quando discurus ẽ neseis: parat̃ esto. Desiꝺ̃ando autem domum ɡ̃nam paratus eris: nec succenseat ei quia cum uult dicet migra. Non enim cautionem tecum fecit. & placito quodam se obstrinxit: & conductor domus accessit certa depensione ad ẽtum tempus: quando uult deus migraturus est. Jo enim gratis manet: quia inquilinus ego sum apud te & pegrinus. Ergo ibi patria: ibi domus. Jnquilinus apud te & pegrinus. & hic subaudis apud te. Multi enim pegrini cum diabolo. Qui autem iam crediderunt & fideles sunt pegrini quidem sunt. quia fidem ad illam patr̃am domumq; ueneruntt: ꝯ tamen apud deum sunt. Quamdiu enim sumus in corpe: pegrinamur a domino. Et ambimus siue hic manentes. siue pegrinantes: placentes illi esse. Et pegrinus & inquilinus: sicut omnes patres mei. Si g̃ sicut oñs patres mei: discurus sum me non emigraturum cum illi migrauerunt: alia condicione mansurus sum. quam illi manserunt? Quid g̃ restat ut petam? qua hinc sine dubio migraturus sum? Di mitte m̃ ut refrigerem pusquam eam. Vide unde idrum quos nodos habeat remittendos ẽ: quib; remisit refrigerare ut prius quam eas. Habet enim aliquos estus a q̃b; ut refrigeram: & dicit remitte m̃. Quid remittet ẽ? ñ forte illud scrupulum ubi dicit et unde dicit dimitte nob̃ debita nra. Dimitte m̃ pusquam eam: & amplius non ero. Jmmunem me fac a peccatis pusquam eam: ne cum peccatis eam. Remitte m̃ ut requiescam in conscientia mea: ut exonerata sit estu sollicitudinis: qua sollicitudine cu ram geram ꝓpeccato meo. Remitte m̃ ut refrigerer ante omnia pusquam eam: & amplius non ero. Si enim m̃ non remiseris ut refrigerer pusquam eam: ibo & ñ ero. Quod si uero & iam non ero: remitte m̃ ut refrigerer. & questio oborta ẽ. Quom̃ iam non erit? Ecce non ut ad requiem: q̃d aiunt deus ab idrum. Jbi enim plane idrum ad requiem ibit. S; fac aliquem iniquum ñ idrum non transilientem. hic thesaurizantem. incubatorem. iniquum. superbum. iactantem. elatum. pauperiante tamquam iacentis contemptorem? nonne & ipse erit. Quid ẽ g̃ non ero? Si enim diues ille non erat? quis ẽ qui ardebat? Quis est qui guttam de digito lazari stillari in linguam suam desiderabat? Quis ẽ qui dicebat? pat̃ abraham mitte lazarum? Utiq; qui loquẽtur erat & qui ardebat erat? & qui resurgat in finem? & qui cum diabolo ɡ̃no igne dampnetur. Quid ẽ g̃ non ero? ñ respiciat ille idrum quid ẽ ẽe et non esse? Videbat enim finẽ illũ quo corde poterat. qua mentis acie ualebat? quem sibi ostendi desiderauerat? dicens. Notum fac m̃ domine finem meum. Videbat numerum dierum suorum qui est. antecedebat infra omnia que sunt in comparatione illius esse & ñ esse. Sua enim pmanent? ista sunt mutabilia. mortalia. fragilia? & dolor ipse ɡ̃nus plenus corruptionis? ad hoc non finitur? ut sine fine finatur. Respexit g̃ beatam illam regionem. beatam patr̃am. beatam domum: ubi participes sunt sancti utiq; sempit̃ne. atq; incommutabil̃ uitatis? & tamen exora re ubi ẽ ẽe. ibi desiderans ẽe: ubi ẽ summum ẽe. Propt̃ hanc g̃ compationem uterutrumq; consti tuit. adhuc timens dicit. Remitte m̃ ut refrigerer pusquam eam: & amplius non ero. Si enim non m̃ remiseris peccata: ibo in ɡ̃num abste. Et a quo ibo in eternum? Ab illo qui dixit: ego sum qui sum. Ab illo qui dixit die filijs isr̃l: qui ẽ misit me ad uos. Ab eo g̃ qui uere ẽ qui in contrarium pgit: ad non ẽe pgit. Jtaq; fis̃ mei & si onerosus fui labor corporis uestri: ceri stis quia & ego laboraui: & uere dico quia istum laborem uos uob̃ fecistis. Si enim semetipsos fastidire quod dicitur: certe tacerem;



In finem psalm̃ dauid. Psalmus tricesimus nonus.

mma que pdixit dominus noster ih̃c xp̃c: patriam facta cognoscamus.

partim futura sperauimus. Cuncta tamen com
plebuntur: quia ueritas hec dicit. Et quam fi
deliter dicit: tam fideliter inquirit. Qui cre
dit uenientibus letabitur: qui non credit ue
nientibus: confundetur. Venient tamen illa
siue uolentibus hominibus siue nolentibus:
siue credentibus siue non credentibus: sicut
dicit apostolus. Si negauimus: et ille nos negabit.
Si non credimus ille fidelis permanet: negare
se ipsum non potest. Pre ceteris tamen fratres
hoc mementote breue et hoc tenete: quod modo
ex euuangelio omnes audiuimus. Qui perseue
rauit usque in finem: hic saluus erit. Iam pa
tres nostri traditi sunt in concilia: dixerunt
causas apud inimicos tuos quos diligebant.
Prestiterunt eis et quantam potuerunt cor
reptionem: et quantam ualuerunt dilecti
onem. Et sparsus est sanguis iustus: et illo
sanguine tamquam seminatione per totum
mundum facta: seges surrexit ecclesie. Conse
quens autem tempus est scandalorum et
temptationum: et simulationis per eos qui
dicunt: ecce hic est xpc. ecce illic. Hostis ille
noster tunc leo fuit: cum aperte seuiebat: modo
draco est cum occulte insidiatur. Ille autem
cui dictum est conculcabis leonem et draco
nem: quoniam corpus eius et membra eius
sumus. sicut calcauit leonem pedibus patrum
nostrorum aperte seuientem. et ad passionem mar
tires attrahentem: ita modo draconem conculcet
ne nobis insidietur. De quo dracone nos cautos
faciens apostolus: ait. Aptaui uos uni uiro: uir
ginem castam exhibere xpo. Timeo autem ne
sicut serpens euam seduxit astucia sua: sic et
uestre mentes corrumpantur a castitate que est
in xpo. Serpens ergo iste adulter antiquus: uir
ginitatem corrumpendam non carnis sed cor
dis inquirit. Sicut autem adulter homo le
tatur in nequicia sua cum carnem corrum
pit: sic diabolus letatur: quando mentem
corrumpit. Sicut autem patribus nostris
aduersus leonem opus erat pacientia: sic nobis
aduersus draconem uigilantia. Persecutio tamen
siue a leone. siue a dracone numquam cessat
ecclesie: et magis metuendus est. cum fallit:
quam cum seuit. Illo tempore coegebat
xpianos negare xpm: isto autem tempore
docet xpianos negare xpm. Tunc cogebat.
nunc docet. Tunc uero ingerebat uiolentias:
nunc insidias. Videbatur tunc fremens:
lubricus nunc et oberrans: difficile uidetur.
Quomodo autem tunc cogebat xpianos negare
xpm: apertum est. Attrahebantur enim ut
negarent: confitentes xpm coronabantur.
Nunc autem docet negare xpm: et ideo fallit:
quia qui docetur negare xpm. quasi non sibi
uidetur recedere a xpo. Modo enim quid dicitur
ab hereticis homini xpiano catholico: Veni:
esto xpianus. Ad hoc dicitur esto: ut dicat non
sum. Aliud erat longe ueni nega xpm: aliud
ueni esto xpianus. Apertum malum. Fremitus
leonis a longe auditur: a longe cauetur.
Applicat se lubricus draco occultis lapsibus:
serpens leni tactu surrepens. astuto sibilo im
murmurans: et non dixit nega xpm. Nam
eum coronatis martiribus quis audiret. Sed dicit
esto xpianus. Et ille mirabili uoce percussus:
si nondum ueneno penetratus est: respondet
plane xpianus sum. Si autem mouetur. et
dente draconis captus est: respondet. Quare
mihi dicis esto xpianus? Quid enim? Non sum
xpianus? Et ille. Non. Ergo non sum? Non. Fac
me xpianum: si non sum. Veni. Sed cum in
terrogari ceperis ab epo quid sis. noli dicere xpianus
sum. aut fidelis sum: sed dic non te esse ut pos
sis esse. Cum enim audierit confessionem xpi
ani fidelis: rebaptizare non audet. Cum autem
audierit quod non sit. dat illi tamquam quod non
habebat: ut quasi ipse sit extra culpam. quia
secundum uocem eius facit. Ubi quero abs te here
tice: cur te extra culpam putes? Quid has uo
ces audio: quia non tu negas sed ille negat. Si
habet culpam qui negat: quid est qui docet
negare? Ita ne uere tu extra culpam es qui
facis docendo xpianos: quod faciebat minan
do paganus? Et quid agis? Numquid tollis
quod habet: quia negauit quod habet? Non facis
ut non habeat: sed ut ad penam habeat. Quod enim
habet: habet. Baptismus ille: tamquam
caracter infixus est. Ornabat militem: con
uincit desertorem. Quid enim facis? xpm
imponis super xpm. Si simplex esses: xpm

non duplicares. Deinde queso te oblitus es qd
lapis est xpc. Et lapidem quem reprobauerunt
edificantes: hic factus est in caput anguli. Si
g lapis est xpc. & xpm uis imponere sup xpm:
excidit t quod audisti in euuangelio. quia lapis
sup lapidem non stabit. Tantum autem ua-
let iunctura caritatis: ut quamuis multi la-
pides uiui in structuram templi dei conueniant:
unus lapis ex omnibus fiat. Tu autem discidisti
te. ab edificio reuocas: ad ruinam uocas. Et
abundant hee insidie: non quiescunt. Et ui-
demus & toleramus. & quantum possumus
reprimere conamur: disputando. conuincen-
do. conueniendo. terrendo: tamen in omnibus
diligendo. Et cum h nob agentibus pseuerant
in malo. & cor nrm de fraternis mortibus conta-
bescit. cum eos qui foris sunt dolet. & his qui
intus sunt timet: p angustias multiformes. &
incessabiles temptationes quibus abundat hec
uita: quid facturi sumus: Ex abundantia enim
iniquitatis: fit quidam torpor caritatis. Qm
abundauit iniquitas: refrigescet caritas mul-
torum. Et quid sumus facturi n qd sequitur:
si tamen ipso adiuuante possimus: Qui pse-
uerauerit usque in finem: hic saluus erit. Ergo
dicamus: quod dicit psalmus. Sustinens susti-
nui dnm. Sustinens sustinui. non quemlibet
hominem pmissorem: qui posset & fallere &
falli: non quemlibet hominem consolatorem:
qui posset tristicia sua ante tabescere: quam
me reficere. Consolatur me frs homo: cum
tristis est mecum. Simul gemamus. simul fle-
amus: simul oremus: simul sustineamus.
Quem n dnm: qui pmissa non aufert sed
differt. Exhibebit pfecto exhibebit qr
multa iam exhibuit: & nich de dei firmitate
formidare debem: etiam si nich adhuc exhi-
beret. Ecce ita putemus. Omnia promisit:
nondum aliquid dedit. Idoneus promissor
fidel redditor est: tu tantum esto pius ex-
actor. Et si paruulus & si paruulus. & si
infirmus: exige misericordiam. Non uides
p grges agnos capitibus pulsare uba matrum:
ut lacte sacientur. Sustinens inquit susti-
nui dnm. Sed quid ille: An auertit se a te:
An sustinentem contempsit: An forte non
uidit: Non plane ita. Sed quid: Attendit m:
et exauduit depcationem meam. Attendit
et exauduit. Ecce non frustra sustinuisti.
Sup te oculi eius: ad te aures eius. Oculi enim
dni sup iustos: & aures eius ad pces eorum.
Quid g: Cum mala faceres. cum cum blasphe-
mares. non uidebat: Non audiebat: Et ubi e
quod in ipso psalmo dictum e. uultus autem
domini sup facientes mala: Sed ut quid: Ut
pdat de tra memoriam eorum. Ergo & cum
malus esses attendebat te: sed non attendebat
t. Proinde iste qui sustinens sustinuit dnm
parum ei fuit dicere attendit me: attendit
inquit m. Idem consulendo attendit. ut m
prodesset: quod attendit. Et exauduit
depcationem meam. Et quid t pstitit: quid
t fecit: Et eduxit me de lacu miserie: &
de luto limi. Statuit supra petram pedes
meos: & direxit gressus meos. Et immisit in
os meum canticum nouum: hymnum do
nro. Magna bona pstitit: & adhuc debitor
est. Sed qui hec reddita iam tenet. de ceteris
credat: qui credere debuit & antequam
aliquid sumet. Rebus etiam ipsis psuasit
nob dominus nr se esse pmissorem fidelem:
largum datorem. Quid g nunc fecit: Eduxit
me de lacu miserie. Quid lacus miserie:
Profunditas iniquitatis: ex carnalibus concu-
piscentiis. Hoc est enim & de luto limi.
Unde te eduxit: De profundo quodam:
unde in alio psalmo clamabas. De profun-
dis clamaui ad te domine. Et qui iam de
profundo clamant non penitus in profun-
do sunt: clamor ipse iam leuat. Sunt alii pro-
fundius in profundo: qui nec sentiunt se ee
in profundo. Tales sunt supbi contemptores
non pii depcatores: non lacrimosi clamato-
res: sed tales quales alio loco scriptura designat.
Peccator cum uenit in profundo malorum:
contempnit. Cui enim parum e esse pec-
catorem: n etiam non sit peccatorum su-
orum confessor sed defensor: altius in pro-
fundo e. Ille autem qui de profundo ex-
clamauit: iam ab imo profundi caput
ut clamaret leuauit. Auditus e: eductus e
de lacu miserie & de luto limi. Iam habet

fidem quam non habebat: habet spem: sine
qua erat. In xpo ambulat: qui in diabolo
errabat. Ideo inquit posuit supra petram
pedes meos: & direxit gressus meos. Petra
autem erat xpc. Simus supra petram: diri
gantur gressus nri. Opus e tamen adhuc ut
ambulemus: ut ad aliquid pueniamus. Na
paulus apls iam supra petram iam directis
pedib; suis: quid dicebat? Non quia iam ac
cepim: aut iam pfectus sum. Fratres. ego me non
arbitror apphendisse. Quid t g pstitum est si
non apphendisti? Unde gras agis cum dicis: s;
misericordiam consecutus sum? Quia directi
sunt pedes: quia iam supra petram ambulat.
Quid enim ait? Unum autem que retro obli
tus. Que sunt retro? Lacus miserie. Quid e
retro? Limus luti: concupiscentie carnales:
tenebre iniquitatum. Que retro oblitus: in
ea que ante sunt extentus. Non se dicet ex
tentum: si iam puenisset. Extenditur enim
animus desiderio rei concupite: non leticia
consecute. In ea que ante sunt inquit extentus:
sequor ad palmam supne uocationis dei in xo
ihu. Currebat: sequebatur ad palmam.
Et alio loco iam proximus palme: ait.
Cursum consummaui. Quando g dicebat
sequor ad palmam supne uocationis: quia
iam pedes eius in petra directi erant.
iam uiam bonam ambulabant: habebat
unde gras aget. Habebat quod peteret:
gras agens de acceptis: petens dimitti sibi
debita. De quib; acceptis? De indulgentia
peccatorum: de illuminatione fidei: de ro
bore spei: de flamma caritatis. Unde autem
adhuc dnm debitorem tenebat? De cetero
inquit: supest mi corona iusticie. Adhuc g
mi aliquid debetur. Quid debetur? Coro
na iusticie quam reddet mi dominus in illo
die iustus iudex. Primo benignus pater ut
erueret de lacu miserie ut donaret peccata:
ut libaret de luto limi: postea iustus iudex
reddens bene ambulanti quod promisit. cui
primo ut bene ambularet donauit. Reddet
g iustus iudex. S; quibus? Qui pseuera
uit usq; in finem: hic saluus erit. Im
misit in os meum canticum nouum. Qd

canticum nouum? Hymnum do nro. Dice
bat forte hymnum dijs alienis. Uetes hymnos
quia uetus homo dicebat: non nouus homo.
Fiat nouus homo: dicat canticum nouum:
innouatus amet noua quib; renouatur. Nam
quid antiquius do qui e ante secula: & sine
fine sine initio? Tibi fit nouus redeunti: qr
discedendo factus eras uetus & dixeras: inue
teraui in omnib; inimicis meis. Dicimus ergo
hymnum do nro: & ipse hymnus libat nos.
Laudans enim inuocabo dnm: & ab inimicis
meis saluus ero. Hymnus e enim canticum lau
dis. Laudans inuoca: non rephendens. Qn
enim inuocas deum. ut pimat inimicum tu
um: quando de malo alieno gaude uis. &
adhuc malum inuocas deum: participem
eum facis malicie tue. Si participem facis
malicie tue: non g laudans inuocas: s; re
phendens. Talem enim putas deum: qualis
tues. Unde tibi alio loco dr. Hec fecisti: & tacui. Sus
picatus es iniquitatem: quod ero t similis. Lau
dans g inuoca dnm. Noli eum putare simi
lem t: ut similis fias illi. Estote enim sicut
pater uir pfecti: qui solem suum oriri facit sup
bonos & malos: & pluit sup iustos & iniustos.
Sic g lauda dnm: ut nolis male inimicis tuis.
Et quantum eis inquis uelim bonum? Quan
tum t. Non enim de tuo accepturi sunt. ut
boni sint: aut quod illis dabitur t minuetur.
Inimicus tuus quia malus e: inimicus e. Fit
bonus & amicus erit: & socius erit. & si simul
uel possidere quod amabas: iam frater erit.
Laudans g inuoca: hymnum dic deo tuo.
Sacrificium laudis ait: glorificauit me. Et
quid? Maior gloria erit deo: quia glorifica
mus eum? Aut quam adicimus gloriam
do quando ei dicimus: glorifico te ds meus?
Aut sanctiorem eum facimus quando dicimus:
benedico te deus meus? Ipse quando nos
benedicit. facit nos sanctiores: facit feliciores.
Quando nos glorificat: facit nos gloriosiores:
facit nos honoratiores. Quando eum glorifica
mus: nob pdest non illi. Quomodo enim eum
glorificamus? Gloriosum dicendo: non fa
ciendo. Proinde quid secutus ait: cum di
cet sacrificium laudis glorificauit me? Ne

putarel re aliquo ꝑtare deo: offerendo illi sac̃
ficium laudis: & ibi ē inquit via. ubi ostēn
dam illi salutare meum. Videl quia t̃ ꝑtinet
laudare deum non deos. Laudat deum: ambu
lat rual. Reꝑhendis deum: ꝑdicit uias. Et
immisit in os meum canticum nouum: hym
num deo nr̃o. Forte queret aliquis: quę ꝑsona
loquatur in hoc ps̃almo. Breuiter dicem⁹:
xp̃c ē. Sz sicut nosti fr̃es & sepe dicendum est.
xp̃s aliquando loquitur ex se: id ē ex capite
nr̃o. Est enim ipse saluator corpus caput
nr̃m filius d̃i: natus ex uirgine. passus p nob.
resurgens ad uit iustificandos: sedens ad dexte
ram d̃i ad int̃pellandum p nob: retributurus
omnia in iudicio bona bonis: mala mal. Cap
nr̃m ille caput dignatus ē corpus fieri carnē
assumendo a nob: in qua moreret p nobis:
quam etiam resuscitauit ꝑ nos. ut in illa
carne resurrectionis nob ꝑberet exemplū.
ut spare dicēmus quod desperabamus: & habē
mus iam pedes in petra: ambularemus in x̃o.
Loquitur g aliquando ex capite nr̃o: loqui
tur aliquando & ex nob id ē ex membris suis.
Qua etiam quando dixit esurui & dedistis
mihi manducare: ex membris suis loquebatur:
non ex se. Quando dixit saule saule quid me
ꝑsequeris: caput p membris clamabat. et
tamen non dixit quid ꝑsequeris membra
mea: sz quid me ꝑsequeris. Si in nob ipse pa
titur: & nos in ipso coronabimur. Hec carta
xp̃i. Quis huic comparari potest. Vnus rei
hymnum: immisit in os nr̃m: & dicit hoc
in membris suis. Videbunt
iusti & timebunt: & spabunt in d̃no.
Videbunt iusti. Qui iusti: fideles: quia
iustus ex fide uiuit. Et enim in eccl̃a iste or
do est. Alii ꝑcedunt: alii sequuntur. Et
qui ꝑcedunt exemplum se ꝑbent sequenti
bus: & qui sequuntur imitantur ꝑcedentes.
Sz & illi qui se exemplo ꝑbent sequentibus:
nunquid nemmem sequuntur: Si nemmem
sequuntur: errabunt. Sequuntur g & illi
aliquem: ipsum iam xp̃m. Meliores quiq
in eccl̃a quib; non remansit tam homo quē
imitentur: quia omnes proficiendo supe
rant: ipse xp̃s est remanet: quem usq;
in finem sequantur. & cartas ordinat
hos gradus: ꝑ paulum dicentem. Imita
tores mei estote: sicut & ego x̃pi. Ergo
iam qui directos gressus h̃nt in petra: for
ma sunt fidelibus. Sz forma estote inquit
fidelibus. Ipsi fideles sunt iusti: qui atten
dentes eos qui se in bono ꝑcedunt: imi
tando sequuntur. Quomodo sequuntur:
Videbunt iusti: & timebunt. Videbunt
iusti & timebunt sequi uias malas. cum vi
dent quosq; meliores iam elegisse uias bo
nas: & dicunt in animo suo quemadmo
dum solent dicē inuicem: attendentes
altos cum ꝑsumptione ambulantes in uia:
ipsi adhuc imbecilles & quasi fluctuantes q̃
eant dicunt sibi. Non frustra illi hac eunt:
quando illo eunt: quo nos ire uolumus.
Quare & cum magna fiducia hac eunt:
n̄ quia illac ire ꝑniciosum ē. Videbunt
g iusti: & timebunt. Angustam uiam vi
dent hac: latam uiam uident illac. Hac
uident paucos: illac multos. Sz si iustus es.
noli numerare sz appende: stateram affer
equalem non dolosam: qua iustus est appel
latus. Videbunt iusti & timebunt: dicum
ē de te. Noli g numerare turbas hominum
incedentes latas uias: implentes crastinum
circum cuntes. natalem clamando cele
brantes: cuntatem ipsam male uiuendo
turpantes. Noli g ad illos attendē: quia
multi sunt. Et quis numerat: Pauci autē
puta angustam. Proferunquam stateram:
appende. Vide contra pauca grana: quanta
paleam leuet. Hoc agunt fideles iusti: qui
sequuntur. Quid illi qui ꝑcedunt. Non
supbiant: non se extollant: non decipiant
sequentes. Quos̃ possunt decipe sequentes.
promittendo illi in se salutem. Quid g de
bent illi qui sequuntur. Videbunt iusti
et timebunt & spabunt in domino: non
in eos a quib; ꝑceduntur: sz attendendo ꝑce
dentes se. Sequuntur quidem: & imitant.
Sz cogitant a quo acceperunt illi. ut prece
dant: & in eum spant. Quamuis g isti
imitentur: spem suam tamen in illo po
nunt: a quo & isti acceperunt unde tales

sunt. Videbunt iusti & timebunt: & sperabunt
in domino: quemadmodum in illo psalmo.
Leuaui oculos meos in montes. Montes intel
ligimus claros quosque & magnos ecclesie spirituales
uiros: magnos soliditate non tumore. Per ipsos
nobis scriptura omnis dispensata est. Prophete sunt.
euuangeliste sunt. doctores boni sunt: illuc
leuaui oculos in montes. unde auxilium ueniet
mihi. Et ne humanum putares auxilium: sequi
tur & dicit. Auxilium meum a domino: qui
fecit celum & terram. Videbunt iusti & time
bunt: & sperabunt in domino. Heia qui uo
lunt sperare in domino. qui uident & timent:
timent ambulare uias malas. uias latas. eligunt
uiam angustam ubi iam supra petram quorun
dam directi sunt gressus: quid facere debeant au
diant modo. Beatus uir cuius est nomen domini
spes eius: & non respexit in uanitatem. & insa
nias mendaces. Ecce qua uolebas ire. Ecce tur
ba: uie late. Non frustra ipsa ducit ad amphite
atrum: non frustra ipsa ducit ad mortem. Via
lata: mortifera est. Latitudo eius delectat ad
tempus: finis eius angustus in eternum. Sed turpe
strepunt. turbe festinant: turbe colluctantur:
turbe concurrunt. Noli mutari: noli auerti. Va
nitates sunt: & insanie mendaces. Noli respicere:
sit dominus tuus spes tua: non aliud aliquid
a domino tuo speres. sed ipse dominus tuus sit spes
tua. Namque multi de deo sperant pecuniam:
multi de deo sperant honores caducos & perituros:
et aliud quodlibet a deo: preter ipsum deum. Sed
tu ipsum deum pete. Immo uero contemptis
aliis perge in illum: obliuiscens alia memento
ipsius: relinquens retro alia extendere in illum:
ipse certe aduersum correxit: ipse ducit rectum:
ipse perducit. Ergo sit ipse spes tua: qui ducit
et perducit. Quo ducit & quo perducit terrenam
auariciam: Fundos querebas: terram possidere
cupiebas: uicinos excludebas: illis exclusis
aliis uicinis inhiabas: & tam diu tenebas aua
riciam. donec ad littora peruenires. Perueniens
ad littora insulas concupiscis: possessa terra:
celum forte uis prendere. Relinque omnes
amores: pulcior est ille qui fecit celum &
terram. Beatus uir cuius est dominus deus spes
ipsius: & non respexit in uanitates & insa

nias falsas. Unde enim insanie ueraces: Insania
mendax: sanitas uerax. Que uides bona falle
ris: sanus non es: nimia febre freneticus factus
es. Verum non est quod amas. Laudas aurigam:
clamas aurige: insanis in aurigam. Vanitas est.
et insania mendax est. Non est ait. Nichil melius.
nichil delectabilius. Quid facio febrienti: Si est
in uobis misericordia: orate pro talibus: quia &
ipse medicus plerumque in desperatione conuerti
tur ad eos qui circumstant lacrimantes in domo:
qui pendent ex ore eius audire sententiam:
de egroto & periclitante. Stat anceps medicus:
non uidet bonum quod promittat: timet ma
lum pronuntiare ne terreat. Modestam tamen iste
concipit sententiam. Bonus est deus: omnia
potest: orate pro illo. Quem itaque comprehendam
istorum insanorum: Quis me audiat: Quis
in eorum nos non miseros dicat: Quia cum
eis non insanimus amisisse nos putant mag
na: sed uarias uoluptates in quibus ipsi insani
unt: nec uident quia mendaces sunt. Quando
illi do uinum inuito: calicem salutarem porrigo
saucio: Et quomodo reficiam non inuenio: ne in
edia deficiat: & ad sanitatem non perueniat.
Hortor ut reficiat: & ad sanitatem perueniat.
Pugnos parat: seuire uult in medicum. Et
si percusserit diligatur: & si iniuriam fecerit non
relinquatur: rediturus est ad mentem gratias
acturus. Quam multi hic cognoscunt se: Ui
dent se inuicem & loquuntur de se in ecclesia
dei: in ecclesie sancte gremio attendunt studia
sua iam bona circa uerbum dei circa officia &
obsequia cari[illegible]tatis ad frequentan
dum gregem christi. non recedere de ecclesia:
uident & loquuntur ad inuicem de inuicem.
Quis est iste circissarius: Quis iste est amator
et laudator illius uenatoris: illius histrionis:
De alio loquitur: & ille de ipso. Certe ita
sunt: certe gaudemus de talibus. Si gaude
mus de talibus: non desperemus de talibus: ore
mus pro ipsis. Fratres karissimi: inde crescit numerus
sanctorum: de numero qui erat impiorum.
Et non respexit in uanitates: & insanias men
daces. Ille uincit talem & cum uincit pronun
ciat. quasi diuinus uult esse: affectat diuini
tatem amittendo fontem diuinitatis: & se

pe pnuntiat & sepe fallitur. Quare hoc? Quia
insanie mendaces sunt. Quare autem aliqn
pueniunt que dicunt? Ut adducant insanos?
et amando ibi speciem uitatis: incurrant la
queum falsitatis. Retro sunt. relinquantur
amputentur: si membra nra erant mortifi
centur. Mortificate inquit membra uia que
sunt sup tram. Sit spes nra: deus nr. Qui fecit
hec omnia: melior est omnib;. Qui pulchra fe
cit: pulcior e. Qui fortia: fortior e. Qui magna:
maior e. Quicquid amauis: ille t erit. Disce
amare in creatura creatorem. & in factura
factorem? ne teneat te quod ab illo factum e:
et amitas eum a quo & ipse factus es. Ergo
beatus uir cuius est nomen domini spes eius:
et non respexit in uanitates & insanias men
daces. Forte nob dicturus e qui usu isto p
cussus corrigi uoluit. quem occupauit timor
ille iusticie fidi? & uolens cepit ambulare an
gustam uiam: dicturus e nob. Ambulare non
durabo: si nich expectabo. Quid g facimus
frs? Dimissuri eum sumus. sine spectaculo?
Morietur. non subsistet: non nos sequetur.
Quid g faciemus? Demus p spectacul spec
tacula. Et que expectacula daturi sumus xpi
ano homini? quem uolumus ab ill spectacul
reuocare? Gras ago dno deo nro. Sequenti
usu psalmi ostendit nob? que spectatorib;
spectare uolentib; spectacula pbere: & osten
dere debeamus. Ecce adusus fuit a circo. athe
atro. ab amphiteatro: querat quod spectet?
prorsus querat: non eum relinquimus sine
spectaculo. Quid p ill dabimus? Audi qd se
quitur. Multa fecisti tu domine deus meus
mirabilia tua. Mirabilia hominum intuebat:
intendat mirabilia di. Multa fecit dominus
mirabilia sua: h respiciat. Quare illi uiluerit?
Aurigam laudas regentem quattuor equos:
et sine labe atq offensione currentes. Forte
talia miracula spualia non fecit dominus?
Regat luxuriam. regat ignauiam. regat
iniusticiam: regat imprudentiam. Motus
istos qui nimium lapsi h uicia faciunt. re
gat & subdat sibi? & teneat habenas & non
rapiatur. ducat quo uult. n trahatur
quo non uult. Aurigam laudabat: aurigam
laudabit. Clamabat ut auriga ueste coopire
tur: immortalitate uestietur. Hec munera. h
spectacula: edidit deus. Clamat de celo. Spec
to uos. Luctamini. adiuuabo? uincite: coro
nabo. Multa fecisti tu domine deus meus mira
bilia tua: & cogitationib; tuis non est qui
simil sit t. Nunc expecta histrionem. Didi
cit enim homo magno studio in fune am
bulare: & pendens te suspendit. Illum at
tende editorem: maiorum speculatorum.
Didicit iste in fune ambulare. Numquid fecit
in mare ambulare? Obliuisce theatrum
tuum. & attende petrum nrm non funi
ambulum: s; ut ita dicam mari ambulum.
Ambula & tu non in ill aquis ubi petrus ali
quid significans ambulauit: s; in aliis. quia
hoc seculum mare e. Habet amaritudinem
noxiam? ht fluctus tribulationum: tempes
tates temptationum. Habet homines uelut
pisces de suo malo gaudentes: & tamquam
se inuicem deuorantes. Hic ambula: hoc
calca. Spectare uis: & tu esto spectaculum.
Ne deficias: uide pcedentem & dicentem.
Spectaculum facti sumus huic mundo: &
angel & hominib;. Calca mare: ne mer
garis in mari. Non ibis. non calcabis: n
ille iusserit qui pior in mari ambulauit.
Sic enim ait petrus. Si tu es: iube me ue
nire ad te sup aquam. Et quia ipse erat
audiuit petentem? tribuit desideranti.
uocauit ambulantem. erexit mergentem.
Hec mirabilia fecit dominus. Ipsa intuere.
Oculi spectantis fides sit. & fac tu talia quia
et si uenti turbauint? & si fluctus infremuint:
et te humana fragilitas ad aliquam dubitati
onem tue salutis adduxit. habes clamare. Dicis.
Domine peo. Non sunt ille pire: qui te iussit
ambulare. Quia enim iam in petra ambulas:
non in mari times. Si sine petra fuis. & in ma
ri mergeris: quia in tali petra ambulandum
e. que in mari non mersa e. Vide mirabilia
di. Annuntiaui & loquutus sum: multipli
cati sunt sup numerum. Est numerus: sup
numerum. Numerus certus est: ptinens ad
illam celestem ierusalem. Nouit dominus qui
sunt eius. Xpianos timentes xpianos fideles?

Xpianos precepta seruantes dei uias ambulantes: a
peccatis abstinentes. Si crediderint confitentes: ipsi
ad numerum pertinent. Sed numquid soli sunt? Sunt
et super numerum. Nam et si modo pauci assunt. pauci
in comparatione multitudinis malarum frequenta
tionum. quantis turbis implentur ecclesie: stipan
tur parietes? Pressuris se urgent: prope se suffocant
a multitudine: rursus ab eis ipsis si munus est
curritur ad amphiteatrum: isti super numerum
sunt. Sed ad eos ista dicimus: ut in numerum sint.
Quia non assunt. non audiunt a nobis: sed cum hinc
exieritis audiant a nobis. Annuntiaui inquit et lo
cutus sum. Xpc dicit. Annuntiauit ipse ex ca
pite nostro: ipse annuntiauit ex membris suis: ip
se misit annuntiatores. ipse misit apostolos. In omnem
terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre
uerba eorum. Quanti fideles adglomerantur: quante
turbe concurrunt. Multi uere conuersi. multi
falso conuersi: et pauciores uere conuersi. plures
falso conuersi: quia multiplicati sunt super numerum.
Sacrificium et oblationem noluisti. Hec mira
bilia dei sunt. hec cogitationes dei sunt quibus
nemo est similis: ut spectator ille adducatur
ad curiositatem: et querat ista nobiscum.
meliora fructuosiora de quibus inuentis gau
debit: et sic gaudebit ut non timeat ne
uincatur quem amat. Amat enim aurigam
quo uicto insultationes ferat. Quando uincit
auriga: ipse uestitur. Numquid pauper qui
illi clamat? Uictor ipse uestitur: pro uicto illi
insultatur. Quare pro illo percipis reprehensionem:
cum quo non diuidis uestem? Hic aliud est in
spectaculis nostris. Omnes quidem currunt dixit
in illo stadio: in illo expectaculo: unus ta
men accipit brauium. Ceteri uicti disce
dunt: et perseuerauerunt incurrendo. Sed cum ac
ceperit unus: remanent alii qui similiter la
borauerunt. Hac non est sic. Quotquot cur
runt et perseueranter currunt: omnes acci
piunt. Et qui prior peruenerit: expectat ut cum
posteriore coronetur. Agonem quippe istum
non cupiditas: sed caritas facit. Omnes curren
tes amant se: et ipse amor cursus est. Sacrifi
cium et oblationem noluisti: ait deo. Anti
qui enim quando adhuc sacrificium uerum
quod fideles norunt in figuris pronunciabatur:

celebrabant figuras future rei multi scientes:
sed plures ignorantes. Nam prophete et sancti pa
triarche nouerant quod celebrabant: cetera
autem multitudo ignorabat: que carnalis
sic erat. ut fieret de illa quod significaret
posteriora uentura. Et postquam uenit ille:
sublato illo sacrificio primo. sublatis holocaustis
arietum. hircorum. uitulorum. ceterarumque
uictimarum: noluit illa deus. Quare illa no
luit? Quare primo noluit? Quia illa omnia quasi
uerba erant promittentis: et uerba promissiua cum ue
nerit quod promittunt: iam non enuntiantur. Tam
diu quisque promissor est: donec det. Cum dederit
mutat uerba: non dicit adhuc dabo quod se
daturum dicebat: sed dicit dedi. Mutauit ue
rbum. Quare illi placuit primo hoc uerbum: et
quare illud mutauit? Quia temporis sui uer
bum fuit: et pro suo tempore placuit. Quando
promittebatur: tunc dicebatur. Cum autem da
tum est quod promissum est. ablata sunt uerba
promissiua: data sunt completiua. Sacrificia ergo illa:
tamquam uerba promissiua ablata sunt. Quid da
tum est completiuum? Corpus quod nostis. quod non
omnes nostis: quod utinam qui nostis: non ad
iudicium nouerit. Uidete quando dictum est.
Xpc enim ille dominus noster modo loquens ex mem
bris suis: modo loquens ex persona sua. Sacrificium
inquit et oblationem noluisti. Quid ergo? Nos iam
hoc tempore sine sacrificio dimissi sumus? Absit.
Corpus autem perfecisti mihi. Ideo illa noluisti: ut
hoc perficeres. Illa uoluisti: antequam hoc perficeres.
Perfectio promissorum: abstulit uerba promittentia.
Nam si adhuc sunt promittentia: nondum est
impletum quod promissum est. Hoc promittebatur
quibusdam signis. Ablata sunt signa promitten
tia: quia exhibita est ueritas promissa. In hoc cor
pore sumus: huius corporis participes sumus.
Quod accepimus nouimus: et qui non nostis
nouerit: et utinam cum didiceritis non ad iudicium
accipiatis. Qui enim manducat et bibit indig
ne: iudicium sibi manducat et bibit. Perfec
tum est nobis corpus: proficiamur in corpore.
Sacrificium et oblationem noluisti: corpus
autem perfecisti mihi. Holocaustum et pro delicto
non petisti: tunc dixi ecce uenio. Numquid
exponendum est sacrificium et oblationem

noluisti corpus autem ꝑfecisti mi: holocausta
etiam ꝑ delicto non postulasti que petebantur
antea. tunc dixi ecce uenio. Tempus est ut
ueniant que ꝑmittebantur: quia auferentur
ea que ꝑmittebantur. Et uere fr̄s mei: atten
dite illa ablata: hec impleta. Det mi gens iu
daica mi sacerdotem. Ubi sunt sacrificia illorum:
Certe perierunt: certe ablata sunt. Numquid
tunc reprobaremus ea? Reprobamus mi: quia
si mi uelis facere intemporale est. non est oportunum:
non congruit. Adhuc ꝑmittis? Jam accipe.
Remansit illis quiddam quod celebrent: ne
omnino sine signo remanerent. Chain enim
maior frater qui occidit minorem fratrem:
accepit signum ne quis eum occideret. Sic
scriptum est in genesi. Et posuit ds chain sig
num: ut nemo eum occideret. Proinde et ipsa
gens iudea manet ꝑ omnes gentes: subdita
uiri romano: in ius romanum con[illegible]
fluxerunt: superstitiones communica[illegible]n ue
uerunt. Postea inde ceperunt ꝑ gratiam domini nr̄i
ihu xp̄i separari. Illa uero sic mansit cum signo suo:
cum signo circumsionis: cum signo azimorum.
Sic mansit. Non est occisus chain: non est occi
sus. habet signum suum. Maledictus est a terra:
que aperuit os suum: excipe sanguinem fr̄is
eius de manu eius. Ille enim fudit sanguinem:
non excepit. Ille fudit: alia terra excepit. Et
ab ea terra que os aperuit et excepit: ille ma
dictus est: et ipsa terra que ore excepit san
guinem. ecclesia est. Ab hac ergo ille maledictus est:
ille sanguis clamat a terra ad me. De hac enim terra:
dixit deus. Vox sanguinis fr̄is tui clamat ad me
de terra. Clamat inquit ad me de terra: clamat
ad dn̄m. Sed surdus est qui sanguinem fudit:
quia non bibit. Illi ergo ita sunt: tamquam cha
in cum signo. Sacrificia uero que ibi fiebant: ab
lata sunt. Et quod eis remansit ad signum
chain. iam apertum est: et nesciunt. Agnum
occidunt: azima comedunt: pascha nostrum
immolatus est xp̄c. Ecce agnosco agnum
occisum: quia immolatus est xp̄c. Quid de
azimis? Itaque inquit diem festum celebremus:
non in fermento ueteri: neque in fermento ma
licie et malignitatis. Ostendit quid sit uetus.
Si uetus farina est acuit: sed in azimis sinceritatis uiri

tatis. In umbra remanserunt: solem glorie fer
re non possunt. Jam nos in luce sumus: tene
mus corpus xp̄i: tenemus sanguinem xp̄i. Si
habemus nouam uitam: cantemus canticum
nouum: hymnum deo nr̄o. holocausta ꝑ de
licto non petisti. Tunc dixi. Ecce uenio. In ca
pite libri scriptum est de me. ut faciam uolun
tatem tuam deus meus uolui: et legem tuam
in medio cordis mei. Ecce ad membra respexit:
ecce et ipse fecit uoluntatem patris. Sed in quo
capite libri scriptum est de illo? Fortasse in ca
pite libri huius psalmorum. Quid enim lon
ge petamus: aut alios libros inquiramus?
Ecce in capite libri huius psalmorum scrip
tum est. Beatus uir qui non abiit in consilio
impiorum et in uia peccatorum non stetit:
et in cathedra pestilentie non sedit: sed in lege
domini uoluntas eius. Hoc est deus meus uo
lui: et legem tuam in medio cordis mei.
Hoc est et in lege eius meditabitur die ac noc
te. Bene nuntiaui iusticiam tuam: in ecclesia
magna. Alloquitur membra sua: hortatur
quod fecit ut faciant: annuntiauit annun
tiemus. Passus est compatiamur: glorificatus
est glorificabimur. Annuntiaui iusticiam in
ecclesia magna. Quam magna? toto orbe terra
rum. Quam magna? In omnibus gentibus.
Quare in omnibus gentibus? Quia semen
est abrahe: in quo benedicentur omnes gen
tes. Quare in omnibus gentibus? Quia in
omnem terram exiuit sonus eorum. In ecclesia
magna. Ecce labia mea non ꝓhibebo domine:
tu cognouisti. Labia mea non ꝓhibebo: tu
cognouisti. Labia mea loquuntur: non ea
ꝓhibebo loqui. Sonant quidem labia mea
ad aures hominum: sed tu cognouisti cor meum.
Labia mea non ꝓhibebo domine tu cogno
uisti. Aliud audit homo: aliud cognoscit
deus: ne in labiis solis esset annunciatio et
dicentur de nobis: que dicunt facite. que autem
faciunt facere nolite: aut ipsi ꝓplo laudanti
deum ore non corde dicentur: ꝓpls hic labiis
me honorat: cor autem eorum longe est a me.
Sona labiis: ꝓpinqua corde. Corde enim
creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad sa
lutem. Qualis ille latro inuentus est pendens

in cruce cum domino: agnoscens in cruce do
minum: alii non agnouerunt miracula facien
tem: agnouit ille in ligno pendentem. Erat
ille confixus omnibus membris: manus clauis
inherebant: pedes transfixi erant: totum cor
pus adiungebatur ligno. Corpus illud non ua
cabat ceteris menbris: lingua uacabat & cor.
Corde credidit: ore confessus est. Memento
mei inquit: cum ueneris in regnum tuum.
Salutem suam longe futuram sperabat: &
post longum tempus accipere contemptus erat.
In longum sperabat: dies non est dilatus. Ille
dixit memento mei cum ueneris in regnum tuum:
ille respondit. Amen dico tibi: hodie mecum eris
in paradiso. Hodie inquit mecum in paradiso.
Paradisus habet ligna felicia. Hodie mecum in
ligno crucis: hodie mecum in ligno salutis.
Ecce labia mea non prohibebo. domine tu cogno
uisti: ne credat corde & per timorem labia pro
hibeat annuntiare quod credidit. Sunt enim
xpiani: qui habent fidem in corde. Et si inter
paganos amaros misere urbanos. sordidos. in
fideles. ineptos. insultatores. si inexagitari ce pe
rint quia xpiani sunt: habent in corde fidem:
et timent confiteri per labia. Prohibent labia sua
sonare quod norunt: sonare quod intus habent.
Sed reprehendit hoc dominus. Qui me con
fessus non fuit coram hominibus: confun
dar de illo coram patre meo: idem non eum
agnoscam. Quia erubuit me confiteri coram
hominibus: non eum confitebor coram pa
tre meo. Dicant ergo labia: quod habet cor.
Hoc contra timorem. Habeat cor: quod di
cunt labia. Hoc contra simulationem. Ali
quando enim timor est & non audes dicere quod nosti:
quod credis. Aliquando simulatio est: dicis & non
habes in corde. Consentiant labia tua cordi
tuo. Querens pacem adeo: tibi ipsi esto pa
catus. Non sit os tuum & cor tuum: in mala
rixa. Ecce labia mea non prohibebo: domine
tu cognouisti. Quomodo ille? Quid cognouit?
Dominus intus in corde: ubi non uidet homo.
Ideo & ille: credidi inquit. Ecce cor habet:
iam habet quod uideat dominus: non pro
hibeat labia sua. Non prohibet. Quid enim
dicit? Credidi propter quod loquutus sum.

Et quia loquutus est quod credidit: que
rens quid retribuat domino pro omnibus que re
tribuit ei: adiungit. Calicem salutaris accipiam:
et nomen domini inuocabo. Non exhorruit
dominum dicentem: potestis bibere calicem quem
ego bibiturus sum? Confitetur enim per labia quod
habebat in corde: peruenit ad passionem. Et
quia peruenit ad passionem: hostis quid nocuit?
Nempe preciosa in conspectu domini mors sanc
torum eius. Morte in qua pagani seuierunt:
in illa hodie reficimur. Natalem martyris ce
lebramus: exempla martirum nobis proponimus.
Attendimus fidem quomodo inuenti quomodo attrac
ti: quomodo steterunt ante iudices in ecclesia catho
lica nichil habentes simulationis: compaginati
iunctura unitatis. Confessi sunt xpm caput
quod precesserat: sicut membra sequi concupi
erunt. Sed qui concupierunt? In tormentis
[illegible] patientes: in confessione fideles: in
[illegible]um est sermone ueraces. Iaculabantur enim
in ora interrogantium se sagittas sancti dei: &
uulnerabant ad iram: sed & multos uulnera
uerunt ad salutem. Hec omnia proponamus nobis:
intueamur illa: & optemus imitari. Hec sunt
spectacula xpiana: hec uidet desuper deus:
ad hec hortatur. ad hec adiuuat: his certa
minibus premia proponit & donat. Ecce labia mea
non prohibebo. Vide ne timeas: & prohibeas labia
tua. Domine tu cognouisti: quia est & in corde
quod sonat in labiis. Iusticiam meam non abscondi in corde
meo. Quid est iusticiam meam? Fidem meam:
quia iustus ex fide uiuit. Vt puta interrogat
sub pena persecutor: quod eis licuit aliquando.
Quid es? Paganus an xpianus? Xpianus.
Ipsa est iusticia eius. Credidit: ex fide uiuit.
Non abscondit in corde suo iusticiam suam.
Non dixit apud se credo quidem in xpm:
sed huic persecutori meo seuienti & minanti non
dicam quod credidi. Nouit deus in corde
meo quia credo: scit ipse quia non illi re
nuntio. Ecce hoc dicis te habere in corde: in
labiis quid? Non sum xpianus. Contra hoc
cor tuum: testimonium dicunt labia tua.
Iusticiam tuam non abscondi in corde meo:
ueritatem tuam & salutare tuum dixi. Xpm
tuum dixi: hoc est ueritatem tuam & salutare

tuum dixi. Unde uitas xpc? Ego sum ueritas.
Unde salutare ipsius xpc? Symeon agnouit
infantem in manib; matris in templo: & dixit.
Quia uiderunt oculi mei salutare tuum.
Agnouit infantem senex: factus in puero
puer: innouatus in fide. Acceperat enim res
ponsum: & hoc dixit. Dixerat ei deus. Quia non
exiturus erat de hac uita: priusquam uideret
salutare dei. Hoc salutare dei bonum est: ut
ostendatur hominib; & clament. Ostende nob
domine misericordiam tuam: & salutare tuum da
nob. Salutare autem domini in omnib; gen
tibus: quia cum dixisset quodam loco.
deus misereatur nri & benedicat nos: illumi
net uultum suum sup nos. ut cognoscamus in
terra uiam tuam: adiecit. In omnib; gentib; sa
lutare tuum. Primo dixit ut cognoscamus in
terra uiam tuam: & secutus est in omnib; gentib;
salutare tuum. Quasi dicetur ei. Que est uia
quam cupis agnoscere? Homines ad uiam ue
niunt. Numquid uia uenit ad homines? Uia
nra uenit ad homines: inuenit errantes: uo
cauit ad se extra ambulantes. In me ambula
te inquit: & non errabitis. Ego sum uia. uitas
et uita: ne dicens ubi est uia dei: ad quam regi
onem ibo. quem montem ascendam: quos
campos exquiram. Uiam dei queris: saluta
re dei est uia dei. & ubi est hec? In omnib; gentib;
salutare tuum. Uitatem tuam & salutare
tuum dixi. Non celaui misericordiam tuam. & ue
ritatem tuam: a congregatione multa. Ibi su
mus in hoc corpore numerentur & nos: non ce
lemus misericordiam dni & uitatem domini. Uis
audire misericordiam domini? Recede a peccatis:
donabit peccata. Uis audire uitatem domini?
Tene iusticiam: coronabitur enim iusticia.
Modo enim misericordia tibi predicatur: postea ue
ritas exhibebitur. Non enim sic est deus mise
ricors. ut iniustus sit: nec sic iustus ut mise
ricors non sit. Parua ne tibi misericordia est? Non
imputabit priora omnia peccata. Male uixisti
usque in hodiernum diem: adhuc uiuis. Hodie
bene uiue: hanc misericordiam non celabis. Si
hec est misericordia. que uitas? Congregabuntur
ante eum omnes gentes: & diuidet eas sicut
pastor diuidit oues ab hedis. Oues ponet
ad dexteram: hedos ad sinistram. Ouib; quid?
Uenite benedicti patris mei: percipite regnum.
Hedis quid? Ite in ignem eternum. Ibi pe
nitentie locus non est. Quia misericordiam con
tempsisti: uitatem senties. Si autem non con
tempsisti misericordiam: de uitate gaudebis. Tu
autem domine ne elongaueris misericordias tuas a me.
Respexit ad membra saucia. Quia misericordiam
tuam & uitatem tuam non celaui a congregatione
multa. ab ecclesia unitatis orbis terrarum: attende
membra saucia. attende delictores & peccatores.
et noli remouere misericordias tuas. Misericordia tua et
uitas tua: semper susceperunt me. Non auderem
conuerti: nisi securus de remissione. Non durarem
perseuerare: nisi securus de promissione. Misericordia
tua & uitas tua semper susceperunt me. Attendo
quia bonus es: attendo quia iustus es. Amo
bonum: timeo iustum. Amor & timor perdu
cunt me: quia misericordia tua & uitas tua semper
susceperunt me. Quare ipsa suscipiunt: & ab
eis oculus auertendus non est? Quoniam circum
dederunt me mala: quorum non est nume
rus. Quis numerat peccata? Quis numerat mi
quitates alienas & proprias? Sub quo cumulo ge
mebat: qui dicebat. Ab occultis meis munda
me domine: & ab alienis parce seruo tuo. Par
ua erant nra: imponuntur aliena. Timeo mihi:
timeo bono fratri: tolerare malum fratrem. Et
sub isto cumulo quid erimus: nisi esset misericordia
dei? Tu autem domine ne elongaueris: sed prope
esto. Cui prope est deus? His qui obtriuerunt
cor. Longe a superbis: prope ad humiles. Excel
sus enim dominus: & humilia respicit. Sed
se non putent latere qui sunt superbi: excel
sa enim alonge cognoscit. Cognoscebat
alonge iactantem se phariseum: subueniebat
de proximo confitenti publicano. Iactabat
ille merita sua: & tegebat uulnera sua.
Non iactabat ille merita: sed offerebat uulnera.
Ad medicum uenerat: sciebat se esse languidum:
sciebat se sanandum. Oculos ad celum leuare
non audebat: percutiebat pectus. Sibi non
parcebat: ut ille parceret. Se agnoscebat.
ut ille ignosceret. Se puniebat: ut ille li
beraret. Tales hic uoces sunt: audiamus
eas pie & amemus pie. Corde. lingua. omnib;

medullis nostris: hec dicamus. Nemo se pu-
tet iustum dum hic uiuit: adhuc cum morte
uiuit. Et si spc uita est ꝓpter iusticiam:
corpus tam̄ mortuum est ꝓpter peccatum.
Et corpus quod corrumpitur aggrauat ani-
mam: & deprimit terrena inhabitatio sensum
multa cogitantem. Ꝑtinet g̊ ad te clamare.
ꝑtinet gemere. ꝑtinet confiteri: non te exal-
tare non te iactare: non de tuis meritis gloria-
ri. Quia & si habes aliquid gloriandum: q̄d
est quod non accepisti? Quoniam circum-
dederunt me mala quorum non ē numerus:
comprehenderunt me iniquitates meę. et
non potui ut uiderem. Est aliquid quod ui-
deamus. Quid premit ut non uideamus?
Nonne iniquitas oculum tuum. ne istam
lucem uidē posses premebat? Fortasse humor
irruens premebat: fortasse fumus. puluis. ali-
quid iniectum: eleuare oculum saucium n̄
poteras ad istam lucem. Quid g̊? Cor saucium
leuabis ad deum? Nonne prius sanandum ē
ut uideas? Nonne superbus inueniris cum di-
cis: primo uideam & sic credam? Quis dicit?
Quis enim uisurus dicit: uideam & sic cre-
dam? Lucem ostensurus sum: immo uero
ipsa se lux ostendē uult. Cui? Ceco non
potest. Non uidet. Vnde non uidet? Graua-
to oculo multis peccatis. Quid enim ait?
Comprehenderunt me iniquitates meę: & n̄
potui ut uiderem. Remoueantur g̊ iniqui-
tates dimittantur peccata: leuetur pondus
ab oculo. sanetur quod saucium est: adhibe-
atur modax preceptum quasi collirium. Pu-
rus efficē. Quod tibi precipitur fac. Sana cor.
munda cor: dilige inimicum tuum. Et
quis diligit inimicum? Hoc iubet medicus.
Amarum est: sed salubre. Quid tibi faciam in-
quit? Ita uexatus es: ut inde saneris. Et
si plus dicit: sanato non erit onerosum. Vo-
luptuose diligis inimicum sanatus. Conare
tu: ut saneris. In tribulationibus. in angustiis:
in temptationibus fortis esto: ꝑdura. Medi-
ci manus est: non latronis. Ecce inquit pre-
ceptis acceptis & fide retenta: prius sicut iubes
sanabo cor: ut dicis. Sanato corde. & mun-
dato corde quid uidebo? Beati mundo cor-

de: quoniam ipsi deum uidebunt. Hoc inquit non
possum. Comprehenderunt me iniquitates meę: &
non potui ut uiderem. Multiplicate sunt sup
capillos capitis mei. Capillos capitis ad nu-
meri multitudinem reuocat. Quis numerat
capillos capitis sui? Multo minus peccata.
quę excedunt numerum capillorum. Minu-
ta uidentur: sed multa sunt. Precauisti magna.
Iam non facis adulterium. iam non facis ho-
micidium: non rapis res alienas. non blas-
phemas: non dicis falsum testimonium.
Moles iste sunt peccatorum. Magna precauisti:
de minutis quid agis? An non times minuta?
Proiecisti molem: uide ne ab haranea ob-
ruaris. Multiplicate sunt sup capillos capi-
tis mei: & cor meum dereliquit me. Quid
mirum si cor tuum desertum ē a deo tuo:
quando se ipsum deseruit? Quid ē cor meum
dereliquit me? Non est idoneum cor meum:
ad cognoscendum se. Hoc dixit: cor meum
dereliquit me. Corde meo deum uolo uidere:
et non possum. Quare? Pre multitudine pec-
catorum meorum. Parum ne est cor meum
ut se comprehendat? Nemo enim se comprehen-
dit: nemo de se presumit. Numquid comp-
hendit corde suo cor suum petrus qui dixit:
tecum sum usque ad mortem? In corde erat
presumptio falsa: in corde latebat timor
uerus: & non erat idoneum cor ad comp-
hendendum. Cor egrotum latebat: sed me-
dico patebat. Quod de illo latebat pronuntiatum
est: hoc impletum est. Nouerat in illo deus quod
in se ipse non nouerat: quia cor eius dereliquerat
eum. Cor eius latebat eum. & cor meum de-
reliquit me. Quid g̊? Quid clamamus? Quid
dicimus? Placeat tibi domine eruere me. Tan-
quam diceret. Si uis: potes me mundare. Pla-
ceat tibi domine erue me. Domine ad adiuuan-
dum me respice. Respice membra peniten-
tia. membra in doloribus posita: membra sub
ferramentis medici clamantia: sed sperantia. Dñe
ad adiuuandum me respice. Confundantur
et reuereantur simul: qui querunt animam
meam: ut auferant eam. Quodam enim lo-
co accusat: & dicit. Aspiciebam in dexteram
et uidebam: & non erat qui requireret

animam meam. Id ē non erat qui me imitare
tur. Xp̄c in passione loquitur. Et attendebam
in dexteram. id ē non ad impios iudeos: s; ad ip
sam dexteram ad ipsos ap̄los: & non est qui re
quireret animam meam. Usq; adeo non erat
qui requireret animam meam: ut qui pre
sumpserat: negaret animam meam. S; quia
duob; modis queritur homo. aut quo fruaris
aut quem p̄sequaris: ideo hic alios dicit quos
uult confundi & reuereri: qui querunt ani
mam eius. S; ne sic intelligēs quom̄ conqueritur
de non nullis non querentib; animam suam ut
auferant eam: id ē ad mortem non querunt
animam suam: adiecit. Confundantur & re
uereantur. Et uere multi quesierunt animā
ipsius: & confusi & reueriti sunt. Quesierunt
animam ipsius: & sicut ill̄ uisum est: abstule
runt animam ipsius. S; ille potestatem habuit
ponendi animam suam: & potestatem reci
piendi animam suam habuit. Ergo illi gauisi
sunt cum posuit: confusi sunt cum recepit.
Confundantur & reuereantur simul: qui
querunt animam meam: ut auferant eam.
Confundantur retrorsum & reuereantur:
qui uolunt m̄ mala. Conu̅tantur retrorsum:
ne hoc in malum accipiamus. Bene ill̄ optauit:
et uox illius est qui dixit de cruce. Pat̄ ignosce
ill̄: quia nesciunt quid faciunt. Quare g̅ illos
dicit. ut retrorsum redeant? Qui ante sup̄bi
erant ut caderent retro: humiles facti sunt
ut resurgant. Quando enim ante sunt p̄cedere
uolunt dn̄m: meliores uolunt esse quam
dominus. Si autem retro sunt ipsum agnos
cunt meliorem. ipsum p̄iorem: se posteriores ut
ille p̄cedat: illi sequantur. Proinde petrum
male sibi dantem consilium: sic redarguit.
Passurus enim dominus erat p̄ salute nr̄a: &
de ipsa passione que futura erat p̄dicabat.
Et ait petrus. Absit domine: p̄picius esto t̄:
non fiet hoc. Precedē uolebat dn̄m: & con
silium dare magistro. Dominus autem ut non
eum facēt p̄cedentem. s; sequentem: redi inq̄t
retro sathanas. Ideo sathanas: quia uis antecedē
eum quem debes sequi. Si autem retro fuis. &
secutus fuis: iam non eris sathanas. Quid g̅?
Sup̄ hanc petram: edificabo ecc̄lam meam.

Conu̅tantur retrorsum & reuereantur: qui uo
lunt m̄ mala. Maliuoli sunt. qui etiam cum be
nedicunt: quantum in corde eorum ē maledicunt.
Dicis alicui. Esto xp̄ianus: sis xp̄ianus. S; tu bonā
rem dixisti. S; non ei imputatur quod dixit: s;
quo animo dixit: quom̄ imputatum ē iudeis.
quando ille ex ceco nato factus uidens. cum eū
p̄merent insultationib; & urgerent ait ill̄. Num
quid & uos discipuli eius uultis esse? Et illi ma
ledixerunt illi. Hoc ait euuangelista. Male
dixerunt ei dicentes: tu sis discipulus eius. Ill̄
maledicentib; dominus benedixit. Fecit qd̄ illi
dixerunt: retribuit autem ill̄ quod maledixe
runt. Conu̅tantur retrorsum & reuereantur:
qui uolunt m̄ mala. Sunt autem alii qui bo
na uolunt: & ipsi cauendi. Quom̄ enim illi
maledicunt & dicunt bona nr̄a. s; malo ani
mo: sic multi mala nr̄a bono animo. Hoc di
co: quia qui dixit t̄ tu sis xp̄ianus: bonum
tuum dicit animo malo. Qui autem dixit
t̄ melior te nemo sit in factis malis: quoniam
laudatur peccator in desideriis anime sue. &
qui iniqua gerit benedicitur: mala tua dicit
laudans. Quom̄ ille bona tua dicebat maledi
cens: sic iste mala tua benedicens. S; utrumq;
genus hostis fuge: utrumq; caue. Ille seuit:
iste blanditur. Uterq; malus. Ille iracundus est:
iste dolosus. Ille rep̄hensor est: iste laudator.
S; & ille in rep̄hensione inimicus est: & ille
in laude subdolus. Caue utrumq; contra
utrumq; ora. Quia enim orauit conu̅tantur
retrorsum. & confundantur qui uolunt m̄
mala: respexit ad aliud genus dolose mali
uolum. & falso benedicum. Ferant confestim
confusionem suam qui dicunt m̄ euge eu
ge. Laudant falsa. Magnus uir. bonus
uir: litteratus doctus. S; quare xp̄ianus?
Ea tua laudant que nolles laudari: illud
rep̄hendunt unde gaudes. S; forte dicis.
Quid in me laudas homo? quia uir bonus
sum. quia iustus sum? Si hoc putas xp̄c
me hoc fecit: ipsum lauda. At ille. Absit.
Noli t̄ iniuriam facē: tu te talem ipse fe
cisti. Confundantur qui dicunt m̄ euge
euge. Et quid sequitur? Exultent & io
cundentur omnes qui te querunt dn̄e.

Non querunt me: sed querunt te. Non michi euge euge dicunt: sed in illo & in te me glorificare uidentur: si quid habet glorie. Qui enim gloriatur: in domino glorietur. Exultent et iocundentur omnes qui te querunt domine: et dicant semper magnificetur dominus. Quia et si ex peccatore fit iustus: det gloriam illi qui iustificat impium. Siue ergo peccator sit: laudetur qui ad indulgentiam uocat. Siue quis iam ambulat in uia iusticie: laudetur qui ad coronam uocat. Semper magnificetur dominus: ab his qui diligunt salutare eius. Ego autem cui querebant mala: ego autem cuius animam querebant ut auferrent. Sed conuertere ad aliud genus hominum. Ego autem cui dicebant euge euge: egenus & pauper sum. Non est quod in me meum laudetur. Discindat ille saccum meum: cooperiat me stola sua. Viuo enim iam non ego: uiuit autem in me xpc. Si uiuit in te xpc & totum quod boni habes xpi est: totum quod uiues xpi erit. Tu per te ipsum quid es? Ego egenus & pauper. Ego autem non diues: quia non sum superbus. Diues erat ille qui dicebat. Gratias ago tibi: quia non sum sicut ceteri homines. Publicanus autem pauper erat: qui dicebat. Domine propicius esto mihi peccatori. Ille de saturitate ructabat: ille de fame plorabat. Egenus & pauper sum. Et quid facturus es o egene? et pauper mendice? Ante ianuam dei pulsa: et aperietur tibi. Ego autem egenus & pauper sum: dominus curam habebit mihi. Iacta in dominum curam tuam. & spera in eum: & ipse faciet. Quid tibi curaturus est? Quid tibi prouisurus? Habet tui curam: qui fecit te. Qui habuit tui curam antequam esses: quomodo non habebit curam cum iam hoc es quod uoluit ut esses? Iam enim tu fidelis es: iam ambulas in uia iusticie. Curam tui non habebit qui facit solem suum oriri super bonos & malos: & pluit super iustos et iniustos? Te iam iustum ex fide uiuentem negliget: deseret dimittet? Immo uero & hic fouet & hic adiuuat: & hic necessaria sum ministrat: & noxia resecat. Dando consolatur ut permaneas: auferendo corripit ne pereas. Dominus curam habebit tui: securus esto: ille te portet qui te fecit: ab artificis tui manu noli cadere. Si cecideris a manu artificis: frangeris. Ut autem permaneas in manu artificis: bona uoluntas facit. Dic deus meus uolui: & portabit ipse & tenebit ipse. Iacta te in illum: noli putare mane esse ut quasi precipiteris. Non ita tibi uideatur. Ille dixit: celum & terram ego impleo. Nusquam tibi deest. tu illi noli deesse: tu tibi noli deesse. Dominus curam habebit mei. Adiutor meus & protector meus tu es: deus meus ne tardaueris. Inuocat. implorat: timet ne deficiat. Ne tardaueris. Quid est ne tardaueris? Nisi breuiati essent dies illi. modo lectum est: de diebus tribulationum. Quasi enim unus homo rogat deum. membra xpi corpus xpi ubique diffusum: unus mendicus unus pauper: quia & ille pauper qui diues. pauper factus est de quo ait paulus. Cum diues esset pauper factus est: ut ipsius paupertate uos ditaremini. Veros pauperes ditat: falsos diuites pauperat. Pauper clamat ad eum: a finibus terre ad te clamaui cum tederet animam meam. Venient dies tribulationum: & malarum tribulationum. Venient sicut dicit scriptura: & quantum accedunt dies: augentur tribulationes. Nemo sibi promittat: quod euuangelium non promittit. Fratres mei obsecro uos attendite scripturas nostras. si aliquid fefellerunt: si aliquid dixerunt: & aliter accidit quam dixerunt. Necesse est ut usque in finem sic fiant omnia: quemadmodum dixerant. Non uobis promittunt scripture nostre in hoc seculo nisi tribulationes. pressuras. angustias. augmenta dolorum: abundantiam temptationum. Ad ista precipue nos paremus: ne imparati deficiamus. Ve pregnantibus & mammantibus: modo audistis. Pregnantes sunt qui sepe intumescunt: mammantes autem id est lactantes qui iam adepti sunt quod concupierant. Et enim mulier pregnans in spe tumet filii: non uidet filium. Que autem lactat: amplectitur quod sperabat. Ergo similitudinem uerbi gratia ponamus. Bona est ista uilla uicini. O si mea esset: o adiungerem illam & facerem de isto fundo & de illo: unitatem. Amat & auaricia unitatem. Quod amat

bonum est: ſ; ubi amandum sit nescit. Ecce
concepit in utero & peperit iniquitatem: & parturiunt
dolorem & pepererunt iniquitatem. Aperuit & effodit
foueam: & incidit in foueam quam fecit. Conuertetur
dolor eius in uerticem eius: & iniquitas eius in cerebrum
eius descendet. Confitebor domino secundum iustitiam
eius: & psallam nomini domini altissimi. Psalmus
Dauid. Quoniam dixit inimicus meus non gaudebit
super me: & cum infirmatus fuero non dolebo. Quoniam
tu domine adiutor meus es: & refugium meum es tu.
Quoniam deus meus es tu: & misericordia mea es tu.
Deus meus misericordia mea

mala michi. Quando morietur. & peribit
nomen eius. Persona est hec domini nostri ihe
su xpi: sed videte si non ibi intelliguntur
et membra. Dictum est hoc: cum ipse do
minus nr hic in terra in carne ambularet.
Cum enim viderent multitudinem sequi
auctoritatem eius & diuinitatem. & maiesta
tem miraculis presentatam: cum hunc viderent
iudei de quibus ipse dominus similitudinem
posuit: quia dixerunt hic est heres: venite
occidamus eum & nra erit hereditas: dixe
runt apud semetipsos. id est inter se. Vnde
pontificis illius caiphe vox e. Videtis quia
multa turba eum sequitur: & seculum post
illum abiit. Si dimiserimus eum viuere:
venient romani & tollent nobis locum et
gentem. Expedit ut unus moriatur ho:
quam tota gens pereat. Euuangelista autem
verba nescientis quid diceret exposuit nobis:
et ait. Hoc autem non a se dixit: sed cum
esset pontifex prophetauit: quia oportebat
ihm mori pro populo & gente. Tamen
illi cum viderent populum post illum
ire: dixerunt. Quando morietur
et peribit nomen eius. Id e cum occidi
mus eum iam nomen eius non erit in
terra: nec seducet aliquos mortuus: sed ipsa
eius interfectione intelligent homines. quia
hominem sequebantur: quia in eo spes
salutis non erat: & deserent nomen eius
et non erit. Mortuus est & non periit nomen
eius: sed seminatum est nomen eius. Mortu
us est sed granum fuit: quo mortificato
seges continuo exurgeret. Glorificato ergo
domino ihu xpo: ceperunt multo magis
multoque numerosius credere in illum. & ce
perunt membra eius audire: quod caput
audiebat. Iam ergo domino nostro ihu xpo
in celo constituto: & ipso in nobis in terra
laborante: dixerunt adhuc inimici eius.
Quando morietur & peribit nomen eius.
Hinc enim persecutiones in ecclesia diabolus
concitauit: ad perdendum nomen xpi.
Nisi forte putatis fratres quia illi pagani quan
seuiebant in xpianos. non hoc sibi dice
bant delere nomen xpi de terra ut more

retur iterum xpc: non in capite sed in cor
pore suo. Occisi sunt & martires. Ad mu
tiplicandam ecclesiam ualuit sanctus sanguis
effusus seminatione. Accessit & mors mar
tirum: preciosa in conspectu domini
mors sanctorum eius. Multiplicati sunt
magis magisque xpiani: & non e impletum
quod dixerunt inimici: quando morie
tur & peribit nomen eius. Adhuc & modo
dicit. Sedent pagani. & computant sibi
annos: audiunt fanaticos suos dicentes.
Aliquando xpiani non erunt: & ydola
illa coli habent quemadmodum antea
colebantur. Adhuc dicunt. Quando
morietur & peribit nomen eius. Bis
uicti: ut tercio sapite. Mortuus e xpc:
non periit nomen eius. Mortui martires
multiplicata est magis ecclesia: crescit per
omnes gentes nomen xpi. Qui de morte
sua & resurrectione predixit: qui de
mortibus martirum suorum & de corona
predixit: ipse & de ecclesia sua futura pre
dixit. Si uerum bis dixit: tercio menti
tus est. Vanum est ergo: quod creditis
contra illum. Melius est ut credatis
in illum: ut intelligatis super egenum
et pauperem: quam pauper factus est cum di
ues esset. ut ipsius inquit paupertate uos
ditaremini. Nunc autem quia pauper fac
tus est contempnitur: & dicitur. Homo erat.
Quid erat? Mortuus est. crucifixus est. Ho
minem colitis: in homine spem habetis:
mortuum adoratis. Falleris. Intellige super
egenum & pauperem: ut illius paupertate
diues efficiaris. Quid est intellige super ege
num & pauperem? Vt ipsum xpm egenum pauperem
accipias: dicentem in alio psalmo. Ego autem egenus &
pauper sum: dominus curam habet mei. Ed e intellige super egenum
pauperem: quia semetipsum exinaniuit formam serui acci
piens: in similitudine hominum factus. & habitu inuentus ut
homo. Diues apud patrem: pauper apud nos. Diues in celo: pauper
in terra. Diues dominus: pauper homo. Hoc te ergo turbat
quod hominem uides. quod carnem intueris. quod mortem respi
cis. quod crucem irrides? hoc te turbat? Intel
lige super egenum et pauperem. Quid est hoc
intellige? Ea ubi tibi exposita est

nostram: & ideo
solute culpam nām. Nec g̃ in adam omnes
moriuntur: in xp̃o autem oēs uiuificantur.
Unum hominem enim aīt apls peccatum
in hunc mundum introisse: & p peccatum
mors: & tā in oēs homines ptransiit in quo
oēs peccauerunt. Definita sententia ē. In adā
inquit oēs peccauerunt. Solus ē innocens
infans potuit: qui de ope adam non natꝰ ē.
Ecce enim ueritatem dilexisti: mēta & occulta
sapientie tue manifestasti mi. Veritatem dilexisti:
id ē ap̃r impunita peccata etiam eorum quib;
ignoscis non reliquisti. Veritatem dilexisti. Sic
misericordiam p̃rogasti: ut seruaret & ueritatem.
Ignoscis confitenti ignoscis: si se ipsum pu-
nit. Sic seruatur misericordia & ueritas. Misericordia:
quia homo liberatur. Veritas: quia peccatum
punitur. Ecce enim ueritatem dilexisti in
certa & occulta sapientie tue manifestasti mi.
Que mēta? Que occulta? Quia deus ignorat
et talibus. Nichil tam occultum: nichil tam
mētum. Ad hoc mētum nimirum penitentiā
egerunt. Dixerunt enim quamuis p̃mimas
ap̃hē: quamuis p̃illam uocem triduo, nimirū
euitarunt: dixerunt apud se pertendam esse
misericordiam: & dixerunt ita disceptantes.
Quis nouit si deus flectat in melius sententiam
suam. & miserear? Jnētum erat: cum dr quis
nouit. De mēto penitentiam egerunt: cer-
tam misericordiam meruerunt. Prostrauerunt se
in lacrimis: in ieiuniis. in cilicio. in cinere.
Prostrauerunt se. gemuerunt. fleuerunt:
pepercit deus. Secat nimirū. an cūsa ē nimi
rū? Alīt quidem uidetur hominibus: et
aliter uisum ē deo. Ego autem puto im-
plendum fuisse: qd ap̃heta p̃dixerat. Respi-
ce que fuit nimirū: & unde qua cūsa est.
Cūsa amalo. edificata in bono: sicut cūsus
saulus p̃secutor: edificatur p̃dicator paulus.
Quis non dicēt ciuitatem istam in qua
nunc sumus feliciē cūsam, si oīs illi insa-
nus gregis sui deserat ad ecclīam compun-
to corde concurrerent: si misericordiam de
suis facis p̃tertat inuocarent? Nonne dicē
mus ubi ē illa carthago? Quia non ē qd
erat: cūsa ē. Si; si est quod non erat: edifica
ta ē. Ista dr ieremie. Ecce dabo t̃ eradicare
suffodē. euertere. dispdē. & rursus edificare:
et plantare. Inde ē ugr illa domini. Ego pcu
tiam: & ego sanabo. Pcutit putredinem fa
cinoris: sanat dolorem uulnis. Faciunt hoc
medici cum secant. Pcutiunt & sanant: ar-
mant se ut ferant. ferrum gestant: & eu
tare uetuunt. Si; quia peccata magna erant
murmurantium: dixerunt. Quis nouit? Hoc
mētum pateficerat ds̃ seruo suo dauid. Cum
enim dixisset stantē & se arguente ap̃heta
peccasse, statim audiuit a ap̃ha: id ē aspiu
di qui erat in ap̃ha. Dimissum ē t̃ peccatum
tuum. Jnēta & occulta sapientie tue mani-
festasti mi. Asperges me inquit hysopo et
mundabor. Hysopum herbam nouimus
humilem si; medicinalem: sxo herere
radicib; dr. Inde in ministrio mundandi
corporis: similitudo assumpta ē. Apphende &
tu radicem dilectionis: petram tuam. Esto
humil in humili deo tuo: ut sic excelsus
in glorificato domino deo tuo. Aspergeris
hysopo: humilitas xp̃i te mundabit. Noli
herbam contemnē: uim medicamenti at-
tende. Aliquo etiam dicam qd amedicis so-
lemus audire: ut expire in egrotis. Hyso-
pum dicunt in purgandis pulmonibus ap-
tum ē. In pulmone solet notari superbia.
Illic enim inflatio: illic hanelitus. Dicebat
autem de saulo p̃secutore: tamquam saulo
superbo qd ibat ad uincendum xp̃ianos
spirans cedem. Anhelabat cedes. anhelabat
sanguinem: nondum purgato pulmone.
Auch & hic humiliatum: quia hysopo pur-
gatum. Asperges me hysopo & mundabor: ℣.
lauabis me. id ē mundabis me. & super ni- ℣.
uem dealbabor. Et si fuerint inquit pecca-
ta ua sicut fenicium: tamquam niuem
dealbabo. De talib; sibi exhibet uestrem xp̃c:
sine macula & ruga. Pronde uestis eius in
monte que tamquam nix dealbata effulsit: significauit ecclīam omni macula pec-
cati mundatam. Si; ubi humilitas? Et hy-
sopo? Auch sequentia. Auditui meo dabis

exultationem & leticiam: & exultabunt ossa
humiliata. Auditui meo inquit dabis exul
tationem & leticiam. Gaudebo audiendo te:
non loquendo contra te. Peccasti. Quid te de
fendis? Loqui uis: pater audi. Cede diuinis uo
cibus: ne perturbis: & amplius uulnereris. Com
missum est: non defendatur. In confessionem
ueniat: non in defensionem. Adhibes te de
fensorem peccati tui: uinceris. Non innocen
tem patronum adhibuisti: non est tibi utilis de
fensio tua. Quis es enim ut te defendas?
Idoneus esto: ad accusandum te. Noli dicere.
Aut nichil feci: aut quid magnum feci: aut
fecerunt alii. Si faciendo peccatum nichil te di
cis fecisse: nichil eris: nichil accipies. Paratus est
deus dare indulgentiam. Claudis contra te:
ille paratus est dare. Noli opponere obicem defen
sionis: sed aperi sinum confessionis. Auditui meo
dabis exultationem & leticiam. Ipse donec
ut dicam quod sentio. Feliciores sunt qui audi
unt: quam qui loquuntur. Qui enim dis
cit humilis est: qui autem docet laborat ut
non sit superbus: ne male placendi affectus
increpat: ne deo displiceat qui uult pla
cere hominibus. Magnus tremor est in docente
fratres: magnus tremor est nostri: in his uocibus nostris
Credite cordi nostro: quod uidere non potestis. Scit
ipse qui mitescat nobis. qui propicius sit nobis.
cum quanto sub illo tremore ad uos loquimur.
Cum autem ipsum aliquid suggerentem
et docentem intus audimus securi sumus. se
curi gaudemus: ~~sumus gaudemus~~: sub ma
gistro enim sumus: illius gloriam querimus.
illum docentem laudamus. Delectat nos ueritas
eius intus: ubi nemo facit ut audit strepitum.
Ibi dixit esse iste leticiam suam: & exultatio
nem suam. Auditui inquit meo dabis exulta
tionem & leticiam: & ideo quia humilis audit.
Qui audit. qui uere audit: & bene audit: hu
milis audit. Gloria enim in illo est: a quo audit.
Post ea quam dixit auditui meo dabis exulta
tionem & leticiam: continuo demonstrauit
quid faciat audicio. Exultabunt ossa humili
ata. Humiliata sunt ossa audientis: non
habent fastum. non habent tumorem.

[illegible] quem ipse uix
uincit qui loquitur. Inde & ille humilis magis
quo in natis mulierum nemo maior surrexit:
ille qui ita se humiliauit ut se indignum diceret
soluere corrigiam calciamenti domini sui: Iohannes ille
baptista dans gloriam magistro suo & ideo ami
co suo: cum xpc putaretur: & ex eo superbire
posset & se extendere: non enim ipse se
dixerat xpm. sed accipere poterat hominum
errorem hoc putantium ultro istum honorem
deferre uolentium: sed respuit falsum honorem:
ut inueniret ueram gratiam. Et uide humilita
tem eius. De auditu ait. Qui habet sponsam:
sponsus est. Amicus autem sponsi stat: & au
dit eum. Stantem se fecit & audientem: non
cadentem & loquentem. Stat inquit: &
audit eum. Audisti auditum. Ubi est exul
tacio & leticia? Continuo sequitur. Stat &
audit eum: & gaudio gaudet propter uocem
sponsi. Auditui meo dabis exultationem & le
tiam: exultabunt ossa humiliata. Auerte fa
ciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates
meas dele. Iam enim exultant ossa humiliata:
iam hysopo mundatus: humilis factus sum.
Auerte faciem tuam non a me: sed a peccatis meis.
Alibi quippe orans dicit. Ne auertas faciem
tuam a me. Qui non uult a se auerti faciem dei:
uult auerti faciem dei a peccatis suis. Peccatum
enim unde se deus non auertit. aduertit: si
aduertit animaduertit. Auerte faciem tuam a pecca
tis meis: & omnes iniquitates meas dele. Sa
tagit de illo grandi peccato. plus presumit:
omnes deleri uult iniquitates suas. Presumit
de medici manu: de magna miscedia illa:
quam in principio psalmi inuocauit. Omnes
iniquitates meas dele. Auertit faciem deus: et
sic delet. Auertendo faciem peccata delet: aduer
tendo scribit. Audisti auertendo delentem: audi
aduertendo quid facientem. Vultus autem domini
super facientes mala: ut perdat de terra memoriam
eorum. Perdet de terra memoriam eorum: non
delendo peccata eorum. Hic autem quid ro
gat? Auerte faciem tuam a peccatis meis. Bene
rogat. Ipse enim non auertit faciem suam a
peccatis suis: quam peccatum meum ait. ego

infirmitas: ibi latet diuinitas. Vides quia
sic est pauper: quia tu sic eras. Sed tamen pau
pertas ipsius diuitie nostre sunt. quomodo infirmi
tas ipsius fortitudo nostra est: quomodo stultum ip
sius sapientia nostra est: quomodo mortalitas ip
sius immortalitas nostra est. Qui sit pauper atten
de: non eum ex aliorum paupertate metia
ris. Impletur uenit pauperes: quia pauper effec
tus est. Propterea aperi sinum fidei: suscipe
pauperem ne pauper remaneas. Beatus qui in
telligit super egenum & pauperem: in die
mala liberabit illum dominus. Ueniet enim
dies mala. Velis nolis: ueniet. Dies iudicii
aderit: mala dies si non intellexeris super ege
num & pauperem. Quod enim modo non uis cre
dere: manifestum erit in fine. Sed non fugies
cum fuerit manifestum: quia non credidisti
cum est occultum. Inuitaris quod non uides
ut credas: ne cum uideris erubescas. Intel
lige ergo super egenum & pauperem: id est super
xpm. Intellige in eo occultas diuitias: quem
pauperem uides. In eo sunt enim omnes the
sauri sapientie & scientie absconditi. Hinc
enim te in die mala liberabit: ex eo quod deus
est. Ex eo autem quod homo est. & illud quod
in illo humanum erat resuscitabit te. & in
melius conuertet: & in celum leuabit. Ille autem
qui deus est qui unam personam habere in ho
mine & cum homine uoluit: nec decrescere
nec crescere potuit: nec mori nec resurgere.
Mortuus est ex infirmitate hominis: ceterum
deus non moritur. Nam quod uerbum dei non
moritur ne mireris: quando non moritur
anima in martire. Modo non audiebamus
ipsum dominum dicentem. nolite timere eos qui
corpus occidunt: animam autem non possunt
occidere. Ergo morientibus martiribus anime
martirum mortue non sunt. & moriente
xpo moriturum erat uerbum. Utique uerbum
dei multo amplius est quam anima hominis:
quia anima hominis facta est adeo. Et si fac
ta est adeo. per uerbum facta est: quia omnia
per ipsum facta sunt. Ergo ne moritur uer
bum: cum non moriatur anima facta per
uerbum. Sed quomodo recte dicimus mortuus
est homo. & si anima ipsius non moriatur:
sic recte dicimus mortuus est xpc: & si diui
nitas eius non moriatur. Mortuus unde:
Quia egenus & pauper. Non te perstringat mors
ipsius: & auertat te a contuenda diuinitate.
Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.
Respice & pauperes. egentes. esurientes. siti
entes. peregrinantes. nudos. egrotos. in carcere
constitutos: intellige & super talem pauperem:
quia & si super talem intelligis. super illum intel
ligis qui dixit. Esuriui. sitiui. nudus. peregri
nus. eger. in carcere fui. Ita in die maligna eru
et te dominus: & uide beatitudinem tuam.
Dominus conseruet eum. Propheta bene op
tat: homini intelligenti super egenum & pau
perem. Ista optatio promissio est: securi expec
tent qui hoc agunt. Dominus conseruet
eum & uiuificet eum. Quid est conseruet
eum: & uiuificet eum. Quo pertinet uiuifi
cet eum. Ad futuram uitam. Viuificatur
enim: qui mortuus erat. Numquid autem
potest mortuus intelligere super egenum & pau
perem. Sed uiuificationem nobis illam promittit:
de qua apostolus dicit. Corpus quidem mor
tuum est propter peccatum: spiritus autem uita
est propter iusticiam. Si autem qui suscitauit
xpm a mortuis habitat in uobis: qui susci
tauit xpm a mortuis: uiuificabit & morta
lia corpora uestra: per inhabitantem spiritum eius
in uobis. Hec est ergo uiuificatio: que promittitur
intelligenti super egenum & pauperem. Sed quia
dicit apostolus ad timotheum promissionem habens
uite presentis & future: ne putarent illi qui
intelligunt super egenum & pauperem. re
cipiendos quidem se esse in celum sed negli
gi in terra: & non sperarent nisi quod futurum
est in eternum: quod autem ad presens est
putarent deum non curare in sanctis & fi
delibus suis: a tubi dixit quod maxime ex
pectare debemus: dominus conseruet eum
et uiuificet eum: repexit ad istam uitam.
Et beatum faciat inquit eum in terra.
Erige ergo oculos: in hec promissa xpiane
fidei. Non te deserit deus in terra: & ali
quid promittit in celo. Multi enim mali

xpiani inspectores rationum effemeridarum
et inquisitores. atque observatores temporum
et dierum: cum ceperint obiurgari a nob. uel
a quibusdam bonis melioribusque xpianis quare
ista faciant: respondent. Hec propter tempus
necessaria sunt: xpiani autem sumus propter
uitam eternam. Propterea in xpm credimus: ut
det nob uitam eternam. Nam uita ista tempo
ralis in qua uersamur: ad curam ipsius non pertinet.
Relinquitur ut hoc breuiter dicam: ut
propter uitam eternam deus: propter uitam presentem
diabolus colatur. Respondet illi ipse xpc.
Non potestis duobus dominis seruire. Alium co
lis propter id quod spectas in celo. et alium co
lis propter id quod spectas in terra: quanto me
lius colis unum qui fecit celum et terram. Qui
curauit ut esset terra: imaginem suam negli
git in terra. Ergo conseruet eum dominus et
uiuificet: intelligentem super egenum et
pauperem. Insuper quamuis in eternum uiuificet:
beatum faciat eum in terra. Et non tradat eum
in manus inimici eius. Inimicus ille: diabolus
est. Nemo attendat inimicum suum hominem:
quando audit uerba ista. Iam forte de uicino
suo cogitabat. de illo qui cum illo litem in
foro habebat: de illo qui illi uult auferre
possessionem: qui illum uult premere. ut
uendat illi domum suam. Nolite ista cogitare:
sed illum inimicum cogitate: de quo dicit
ipse dominus. Inimicus homo hoc fecit.
Ipse est enim qui suggerit ut propter res terrenas
colatur: quia non potest euertere nomen
xpianum inimicus iste. Videt enim se uic
tum fama et laudibus xpi: uidet in eo quod
occidit martires xpi. illos coronatos et
se triumphatum: et cepit non posse hoc persu
adere hominibus quod nichil sit xpc: et
quia uituperando xpm iam difficile decipit.
laudando xpm conatur decipere. Antea quid
dicebat: Quem colitis: Iudeum mortuum
crucifixum. nullius momenti hominem: qui
non potuit mortem a se depellere: Ubi in no
mine eius uidit currere genus humanum.
uidet quia nomine crucifixi templa euertun
tur: idola franguntur. sacrificia extinguntur.

et hec omnia predicta in prophetis attenduntur
ab hominibus. ammiratione stupentibus. et
laudantibus: iam cessauit aduersus uituperatio
nem xpi. et induit se laudibus xpi: et cepit
a fide alio modo deterrere. Magna lex est xpiana:
potens illa lex diuina: ineffabilis. Sed quis illam
implet: Implet hec in nomine saluatoris nostri:
conculcantis leonem et draconem. Aperte rep
hendendo fremebat leo: astutte laudando in
sidiatur draco. Veniant ad fidem qui dubi
tant: non dicant quis hoc implet. Si de
uiribus suis presumunt: non implebunt. Presu
mendo de gratia xpi credant: presumendo ue
niant: adiuuandi ueniant non iudicandi.
Viuunt omnes fideles: in nomine xpi. Quisque
pro gradu suo implens precepta xpi. siue con
iuges. siue celibes et uirgines. uiuunt quan
tum donat dominus eis uiuere: neque de suis
uiribus presumunt: sed nouerunt se in illo debere
gloriari. Quid enim habes quod non acce
pisti: Si autem accepisti: quid gloriaris quasi
non acceperis? Noli dicere mihi. Quis illud implet:
Iue in me implet: qui uenit diues pauper ad
pauperem. Pauper quidem ad pauperem: sed plenus
ad inanem. Hec cogitans quia intelligit super
egenum et pauperem. et non aspernatur pau
pertatem xpi intelligit diuitias xpi: fit beatus
in terra: et non tradetur in manibus inimici.
sui. Volentis ei persuadere ut deus colatur propter celestia. diabo
lus colatur propter terrena. Non tradet eum in manus ini
mici eius. Dominus opem ferat illi. Sed ubi:
Forte in celo. forte in uita eterna. ut restet co
lendus diabolus propter inopiam terrenam: propter
necessitates huius uite: Absit. Promissionem
habens uite presentis et future ille ad te uenit in
terram: per quem factum est celum et terra.
Denique attende quid dicat. Dominus opem
ferat illi super lectum doloris eius. Lectus do
loris: infirmitas est carnis. Ne dicas non pos
sum tenere et frenare: et portare carnem
meam: adiuuaris ut possis. Dominus opem
ferat tibi super lectum doloris tui. Portabat lec
tus te non portabas lectum: sed paraliticus in
tus erat: adest qui tibi dicat. Tolle grabbatum
tuum: et uade in domum tuam. Dominus

opem ferat illi sup̄ lectum doloris eius. Et ad ipsum dñm conuertat se: tamquam quereretur. Quare ḡ cum opem nob̄ ferat deus. tanta mala patimur in ista uita. tanta scandala. tantos labores: tantam inquietudinem carnis & seculi. Conuertat se ad deum. & tanquam consilium medicine eius nob̄ exponens: totum stratum eius inquit uersasti in infirmitate ei⁹. Quid est totum stratum eius uersasti in infirmitate eius. p stratum intelligitur. aliquid terrenum. Omnis anima infirma in hac uita: querit sibi aliquid terrenum ubi requiescat. quoniam intentionem laboris & mentis extendit in deum. difficile potest pp̄ter onus tolerare. aliquid sibi in ea conquirit ubi requiescat. & quodammodo pausatione quadam recumbat. uelut sunt ista que diligunt & innocentes. Nec enim de cupiditatib; malorum nunc loquendum est. quia multa adquiescunt in theatris. multa adquiescunt mercede in amphitheatro. multa adquiescunt aleis. multa adquiescunt in luxuria popinarum. multa in libidine adulteriorum: multa in uiolentis rapinarum. multa in dolo et in insidiis fraudium. Adquiescunt in his omnib; homines. Quid est adquiescunt. Delectantur illic. Si; removeamus hec omnia. et ad innocentem hominem ueniamus. Adquiescit in domo sua. in familia sua. in coniuge. in filiis. in pauperate. in predio suo. in noualia manib; suis consita. in edificio aliquo suo studio fabricato. adquiescunt innocentes in his. si tamen dicendum est nos amorem non habere in ulla re huius. & istis uelut innocentib; delectationib; misceamur fraudulentis. ut & in his patiamur tribulationes. et unusquisque stratum suum uertat in infirmitate sua. Unusquisque stratum eius uersasti in infirmitate eius. Non ḡ conquerantur. quando in his que innocenter hic patiuntur aliquas tribulationes. Docetur amare meliora p amaritudinem inferiorum. ne uiator tendens ad patriam. stabulum amet p domo sua. Universum stratum eius uersasti in infirmitate eius. Si; quare ista. Quia flagellat filium quem recipit. Quare ista. Quia peccatori homini dictum est. in labore uultus tui edes panem tuum. Ergo quia istas correptiones in quib; unusquisque stratum suum uertitur in infirmitate sua. agnoscere debet homo pp̄ter peccata se patiens. conuertat se & dicat quod sequitur. Ego dixi domine miserere mei. sana animam meam quia peccaui tibi. O domine in tribulationib; me exercens. flagellandum iudicas omnem filium quem recepturus es. qui nec unico pepercisti. Iste quidem sine peccato flagellatus est. ego autem dico miserere mei sana animam meam quia peccaui tibi. Siccatus est qui putredinem non habebat. si medicina ipsa mea ignem medicinalem non respuit. impatienter ferre debemus urentem medicum & secantem. ad omnib; nos tribulationib; exercentem & a peccato sanantem. Plane committamus nos medici manui. non enim erat ut sanum p putare secaret. Nouit quod inspicit. nouit uicium. quia ipse fecit naturam. Quid ipse condidit. quid de mea cupiditate accessit: dicunt. Sed se sano homini p̄ceptum dedisse ne langorem incurreret. dedisse in paradiso. hoc manduca & hoc noli. Non audiuit sanus medici p̄ceptum. ut non caderet: audiat ut egrotus ut surgat. Ego dixi domine miserere mei. sana animam meam quia peccaui tibi. In factis meis. in peccatis meis non accuso fortunam. non dico hoc in me factum. non dico adulterium fecit me uenus & latronem fecit mars. & alia horum fecit saturnus. Ego dixi domine miserere mei. sana animam meam quia peccaui tibi. Numquid hoc x̄pc. Numquid hoc caput illud nisi sine peccato. Numquid ille qui ea que non rapuit exsoluebat. Numquid ille solus inter mortuos liber. Liber enim in mortuis qui sine peccato. quoniam omnis qui facit peccatum. seruus est peccati. Numquid ḡ ipse. Immo ipse ex membris suis. quia uox membrorum ipsius uox ipsius. quia & uox capitis mei uox mea. In illo enim clamamus quando dicimus est anima mea usq; ad mortem. Non enim timebat mori qui uenerat mori.

aut recusabat mori qui potestatem habe
bat ponendi animam suam: & potestatem
habebat iterum sumendi eam. Sz loque
bantur membra in capite: & loquebatur
caput p membris. In illo g uocem nrām
inueniamus: sana animam meam qm
peccaui tibi. In illo enim eramus: cum
dixit: Deus meus deus meus: ut quid me
dereliquisti? In ipso enim psalmo ubi in
capite hic usus est: consequent dicitur
uba delictorum meorum. Quorum delic
torum in illo, nisi quia uetus homo nr
simul crucifixus e cum illo. ut euacuetur
corpus peccati: ut ultra non seruiamus pec
cato? Ad illum & in illo dicamus: ego dixi
domine miserē mei: sana animam meam
quia peccaui t. Inimici mei dixerunt mala
m: quando morietur & pibit nomen ei.
Iam ista diximus & hinc cepimus: & ut alia
dicamus non e opus iterare: quod tam recen
ti sermone impssum est auribz & cordibz
uris. & ingdiebantur ut uident. Quod pa
titur xpc: patitur & eccla. Quod passum
e caput: patiuntur membra. Numquid
enim seruus maior est domino suo: aut
discipulus sup magistrum? Si me inquit
psecuti sunt: & uos psequentur. Si patrem fa
milias beelzebub uocauerunt: quanto magis
domesticos eius? Ingdiebantur ut uiderēt.
Iudas ille erat ad caput nostrum: ingredie
batur ut uidēt id e ut exploraret. non ut
habēt quod credēt: sz ut inueniret qd pderet.
Ecce ingdiebatur ut uidēt ille: & hoc exem
plum in capite nro ppositum e. Quid illa mē
bra post assumptionem capitis nri? Nonne
dicit apls paulus ppt sub introductos falsos
frs. qui subintroierunt pscrutari libtatem
nrām? Ergo & isti ingdiebantur: ut uidēnt.
Sunt enim hipocte simulatores mali: adiun
gentes se ficta caritate: captantes omnes
motus. omnia uba sanctorum. in omnibus
laqueos inquirentes. & quid illi fit? Uidete
quod sequitur. Uana loquutum est cor
eorum. Id e loquuntur quasi ficta dilectione
Uanum est quod loquuntur: uerum non e:

solidum non est. Et quia captant unde in
ueniant accusationem: quid ait? Congga
uerunt iniquitatem sibi. Parantes enim ca
lumpnias inimici: quasi magni sibi uiden
tur quia hnt quod accusent: sibi congrega
uerunt iniquitatem. Sibi inquit: non m.
Quomodo iudas sibi non xpo: sic & simula
tores eccle sibi non nob: quia de illi & alibi
dr. & mentita e iniquitas sibi. Congrega
uerunt iniquitatem sibi. Et quia intrarant
ut uiderent: egdiebantur foras & loqueban
tur. Ille qui intrauit ut uideret: egredie
batur foras: & loquebatur. Utinam intus eēt:
et uera loquētur. Non exiret foras: ubi falsa
loquitur. Traditor e: & psecutor e. Egressus
foras loquitur. Si ad membra xpi ptines:
ueni intro: here capiti. Tolera zizaniam si tri
ticum es: tolera paleam si frumentum es. To
lera pisces malos intra retia: si piscis bonus
es. Quare ante tempus uentilationis auolasti?
Quare ante tempus messis: etiam frumentum
eradicasti tecum? Quare antequam ad litus ue
nires: retia dirupisti? Congguauerunt iniqui
tatem sibi. Egdiebantur foras: & loquebant
in id ipsum. Adusum me susurrabant oms
inimici mei. Adusum me in id ipsum. Quā
to melius mecum in id ipsum. Quid e in
id ipsum? Uno consilio: una conspiratio
ne. Xpc g loquitur eis. Consentitis aduer
sum me: consentite m. Quod adusum me
quare non mecum? In id ipsum si semp ha
beretis: non uos in scismata diuidētis. Apls
enim dicit. Obsecro uos frs ut id ipsum
dicatis omnes: & non sint in uob scismata.
Id ipsum adusum me susurrabant omnes
inimici mei: adusum me cogitabant mala
m. Sibi potius quia congguauerunt iniqui
tatem sibi: sz ideo m quia ex animo suo pen
dendi sunt. Non enim quia nich facē uo
luerunt: xpm crucifixerunt. Nam &
diabolus xpm extinguē concupiuit: &
iudas xpm occidē uoluit. Occiso autem
xpo & resurgente nos uiuificati sumus:
diabolo tamen & iude merces male uo
luntatis redditur: non nre salutis. Nam

ut nouitas quemquam ex animo pendendum
ad retributionem uel premii uel pene: inuenimus
homines bonum dixisse cuidam. & tale bo
num quale nos optamus: & tamen maledi
cos appellatos. Quando ceco illo quondam
iam illuminato & corpore & corde conuicia
bantur iudei: uidentes corpore ceci corde:
ait illi idem iam uidens. Numquid & uos disci
puli ipsius uultis esse? & illi inquit euuange
lium: maledixerunt ei dicentes. Tu sis dis
cipulus eius. Hoc nobis omnibus eueniat: quod
illi maledicendo dixerunt. Maledictio ista
appellata est ex maliuolo errore dicenti
um: non ex aliquo malo uerborum. Quo
animo dixerunt: non quod dixerint at
tendit: qui eos maledixisse narrauit. Aduer
sum me cogitabant mala mihi. & que mala
xpo: que mala martiribus? Omnia in bo
num uertit deus. Verbum iniquum disposue
runt aduersum me. Quale uerbum iniquum?
Ipsum caput attende. Occidamus eum: &
nostra erit hereditas. Stulti quomodo uestra erit here
ditas: quia occidistis eum? Ecce & occidistis
eum: & uestra non erit hereditas. Numquid
qui dormit non adiciet ut resurgat? Quando
uos exultastis occidisse eum: ille dormiuit.
Dicit enim & in alio psalmo. Ego dormiui.
Illi seuierunt: & occidere uoluerunt: ego dor
miui. Nam si noluissem: non dormissem.
Ego dormiui: quia potestatem habeo po
nendi animam meam: & potestatem habeo
iterum sumendi eam. Ego dormiui & som
num cepi: & exsurrexi. Seuiant ergo iudei:
terra tradatur in manus impii: caro permitta
tur in manus persequentium: suspendant
in ligno: clauis transfigant: lancea perfodiant.
Numquid qui dormit non adiciet ut resur
gat? Ut quid dormiuit? Quia adam forma
erat futuri: & adam dormiuit quando de
latere eius eua facta est. Adam in figura xpi:
eua in figura ecclesie. Unde est appellata mater
uiuorum. Quando fabricata est eua? Dum
dormiret adam. quia de latere xpi sacramenta
ecclesie profluxerunt: dum dormiret in cruce.
Numquid qui dormit non adiciet ut resur
gat? Et unde dormiuit? Ex illo qui ingressus
est ut uideret: & congregauit iniquitatem
sibi. Etenim homo pacis mee in quem speraui
qui edebat panes meos: ampliauit super me
calcaneum. Erexit super me pedem: concul
care me uoluit. Quis est iste homo pacis ip
sius? Iudas: & in illum xpc speraui. Quare
dixit in quem speraui? Nonne illum ab initio
nouerat? Nonne antequam nasceretur futurum
sciebat? Nonne omnibus discipulis suis dixerat.
ego uos duodecim elegi: & unus ex uobis
diabolus est? Quomodo ergo in illum speraui?
nisi quia in membris suis ipse est. & quod
multi fideles de iuda speraverunt: hoc in se
transfigurauit dominus? Quando enim uide
bant iudam multi qui credidissent in xpm am
bulare inter duodecim discipulos: sperabant in
illum aliqui: quia talis erat quales & ceteri.
Xpc autem quia in membris suis erat hoc
sperantibus: quomodo in illis est esurientibus & si
tientibus: quomodo dixit esuriui. sic dixit
speraui. Proinde si sic illi dicamus. domine quando
sperasti: quomodo illi dictum est. domine quando
esuristi. quomodo nobis ibi dixit. cum uni ex
minimis meis fecistis mihi fecistis: sic potest
dicere. Cum unus ex minimis meis speraui:
ego speraui. In quem speraui. Homo pacis mee
in quem speraui: qui edebat panes meos. Quo
modo ipsum ostendit in passione de istis
uerbis prophetie: per bucellam illum designa
uit: ut appareret de illo dictum qui ede
bat panes meos. Rursus quando uenit ut
traderet eum: osculum dedit illi: ut appa
reret de illo dictum. homo pacis mee. Tu
autem domine miserere mei. Hoc ex forma
serui: hoc ex forma inopis & pauperis. Be
atus enim qui intelligit super egenum & pau
perem. Miserere mei & resuscita me: et
reddam illis. Uidete quando dictum est.
Iam factum est. Occiderunt enim xpm
iudei ne perderent locum: illo occiso perdi
derunt locum: eradicato regno dispersi
sunt. Suscitatus reddidit illis: reddidit
ad ammonitionem: nondum ad damp
nationem. Ciuitas illa in qua fremuit

ppls tamquam leo rapiens & rugiens & ex-
clamans crucifige crucifige: eradicatis in-
de iudeis xpianos hēt: a iudeo nullo inhabi-
tatur. Plantata est ibi ecclia xpi: unde era-
dicate sunt spine synagoge. Proinde u̅
ignis eorum exarsit: sicut in spinis. Domin⁹
autem tamquam lignum uiride erat. Hoc
ipse ait: quando plangebant quedam mu-
lieres uelut moriturum xp̄m. Nolite flere
sup me: sz sup uos ipsas flete & sup filios
ur̄os. Ex hoc p̄dicens suscita me: & reddam
illi. Si enim in uiridi ligno hec faciunt: in
arido quid facient: Quando posset uiride
lignum consumi ab igne spinarum: Exar-
serunt enim uelut ignis in spinis. Ignis qui
spinas consumit: & cuicumq; uiridi ligno
adhibetur difficile accendit. Humor enim
ligni resistit flamme lente & marcide: tn̄
idonee ad consumendas spinas. & suscita me
et reddam illi. Ne forte sane fr̄s minus po-
tentem filium quam patrem putetis ex eo
quia dixit suscita me quod ipse se susci-
tare non posset: hoc autem suscitauit qd̄
mori poterat: id ē caro mortua ē. caro sus-
citata ē. Ne putetis tamen quia deus pater
xpi. potuit suscitare xp̄m. id ē carnem filij
sui: & ipse xp̄c cum sit u̅bum dei equale
pat̄ non poterat carnem suam suscitare:
audite ex euuangelio. Soluite templum
hoc: & in t̄duo suscitabo illud. Hoc autem
euuangelista ne etiam inde dubitaremus:
dicebat inquit: de templo corporis sui. Et
suscita me: & reddam illi. In hoc cognoui
quoniam uoluisti me: q̄m non gaudebit
inimicus meus sup me. Quia gauisi sunt iu-
dei quando uiderunt xp̄m crucifixum.
implesse se arbitrati sunt uoluntatem suam
nocendi: effectum fructum seuicie sue. Vi-
derunt xp̄m in cruce pendentem: agita-
uerunt caput: si filius dei est descendat
de cruce. Non descendebat qui poterat:
non impotentiam demonstrabat: sz pacien-
tiam docebat. Si enim hec illi dicentib; de
cruce descendēt: quasi insultantib; cessisse
uidētur: & uictus opprobria tolerare non
potuisse credētur. Magis mansit in cruce illi
insultantibus: fixus illi nutantibus. Idō enim
et caput agitabant: quia uero capiti non
herebant. Docuit nos plane ille pacientiam.
Nam quod ē fortius fecit: qui noluit facere
quod iudei p̄uocabant. Multo est enim po-
tentius de sepulchro resurgē: quam de cru-
ce descendē. Quoniam non gaudebit inimi-
cus meus sup me. Gauisi sunt g̅ tunc. Resur-
rexit xp̄c: glorificatus est xp̄c. Vident m̄ in
nomine ipsius conuīti genus humanum.
Modo insultent. m̄ caput agitent: immo
iam caput figant: aut si agitant caput
stupendo & mirando agitent. Modo enim
dicunt. Numquid forte ille est quem dixe-
runt moyses & pphe: De illo enim dixerūt.
Sicut ouis ad immolandum ductus est. &
sicut agnus coram tondente se sine uoce
sic non aperuit os suum: uulneribz eius sa-
nati sumus. Videmus enim quia crucifixus
iste ducit post se genus humanum: & sine
causa dixerunt patres nr̄i occidamus eum:
ne seculum post eum pgat. forte non post
eum pgēt: si non esset occisus. In hoc cogno-
ui quoniam n̄ gaudebit inimicus meus sup
me. Ne autem propter innocentiam meam
suscepisti. Vere innocentia ubi integritas sine
peccato: redditio est sine debito: flagellum
sine mīto. Propt̄ innocentiam meam susce-
pisti: & confirmasti me in conspectu tuo in
ēternum. Confirmasti me in ēternum: infirmasti
ad tempus. Confirmasti in conspectu tuo in
ēternum: infirmasti in conspectu hominum.
Quid g̅: Laudes illi: gloria illi. Benedic-
tus dominus deus isrl. Ille est enim ds isrl.
ds noster. ds iacob. ds minoris filij: ds mi-
noris ppli. Nemo dicat de iudeis hoc dixit:
non sum ego isrl. Magis iudei non sunt isrl.
Maior enim filius: ipse ē maior ppls repro-
batus. Minor ppls dilectus: maior seruiet
minori. Modo impletum est. Modo fratres
nob̄ seruiunt iudei: tamquam capsarij nr̄i
sunt. Scientib; nobis codices portant. Au-
dite in quo nob̄ iudei seruiant: & non si-
ne causa. Cham ille maior fr̄ qui occidit

minorem fratrem: accepit signum ne occi
deretur: id est ut maneat ipse populus. Apud illos
sunt prophete: lex. In qua lege et in quibus
prophetis: xpc predictus est. Quando agimus
cum paganis: et ostendimus hoc euenire
modo in ecclesia xpi quod ante predictum est de
nomine xpi. de capite et de corpore xpi: ne
deputent nos finxisse illas predicationes. ex his
rebus que acciderunt quasi future essent nos
conscripsisse: proferimus codices iudeorum. Nem
pe iudei inimici nostri sunt. De cartis inimici:
coniuncitur aduersarius. Omnia ergo dominus
distribuit: omnia pro salute nostra ordinauit.
Predixit ante annos. impleuit hoc tempore.
et que nondum impleuit impleturus est.
Ita tenemus redditorem ut credamus debi
torem: quia et illa que nondum dedit
dabit: sicut ea que nondum dederat de
dit. Siquis probare uult ubi sint scripta: le
gat moysen et prophetas. Si aliquis prestrepit
inimicus et dicit. uos uobis prophetias finxistis:
proferantur codices iudeorum: quia maior
seruiet minori. Ibi legant ista predicta que modo
uidemus impleta: et dicamus omnes. Bene
dictus dominus deus israel a seculo et in seculum:
fiat fiat amen.

## In finem intellectus filiis chore.

Cum est ut desiderat anima nostra in
uerbo dei gaudere uobiscum: et
in illo uos saluare qui est nostrum
adiutorium et salutare. Quod ergo dominus dat
audite pro nos: et in illo exultate nobiscum in ser
mone eius et ueritate et caritate. Psalmum enim
suscepimus de quo loquendum est uobis: con
gruum desiderio nostro. Cepit enim ipse psalmus
a sancto quodam desiderio: qui sic cantatur.

## Psalmus quadragesimus primus.

Quemadmodum ceruus
desiderat ad fontes aquarum.
ita desiderat anima mea ad te
deus. Quis est ergo iste
qui hec dicit: Si uolumus.
nos sumus. Et quid queras extra quisnam
sit cum in tua potestate sit esse quod queris.
Tamen non unus homo est: sed unum corpus est.
Corpus autem xpi: ecclesia est. Nec in omnibus
qui intrant ecclesiam: inuenitur tale desiderium.
Sed tamen quicumque suauitatem domini gusta
uerunt. et quod eis sapit agnoscunt in canti
co. non putent se solos esse: sed talia semina spar
sa credant in agro dominico toto orbe terra
rum: et cuiusdam unitatis xpiane esse uocem
hanc. Quemadmodum ceruus desiderat ad
fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad
te deus. Et quidem non male intelligitur uo
cem esse eorum: qui cum sint cathicumini
ad gratiam sancti lauacri festinant. Unde et sol
lempniter cantatur iste psalmus: ut ita desi
derent fontem remissionis peccatorum: quemad
modum desiderat ceruus ad fontes aquarum.
Sit hoc hanc locum intellectus iste in ecclesia.
et ueracem et sollempnem. Verumtamen fratres
uidetur mihi etiam in baptismate fidelibus
nondum esse satiatum tale desiderium: sed for
tassis si norunt ubi peregrinentur: et quo eis
transeundum sit etiam ardentius inflamman
tur. Denique titulus eius est. In finem in in
tellectum filiis chore psalmus. filiis chore in
uenimus et in aliis psalmorum titulis: et
iam tractasse nos meminimus: et locutos
esse quid sibi hoc nomen uelit. Ita tamen
nunc commemorandus est iste titulus: ut
non nobis quasi preiudicet quod iam diximus.
ut deinceps non dicamus. Non enim ubi
cumque diximus omnes affuerunt. Chore fuit
aliquis homo sicut fuit: habueritque filios
qui appellarentur filii chore. Nos tamen ar
chanum sacramenti scrutemur: ut nomen
hoc in misterio quod grauidum est pariat.
Magni enim sacramenti res est: ut xpiani
appellentur filii chore. Unde filii chore:
Filii sponsi: filii xpi. Dicti sunt enim xpiani
filii sponsi. Quare ergo chore xpc: Quia cho
re interpretatur caluaria. Multo remotius est
hoc. Querebam quare chore xpc: intentius
quero quare xpc ad caluariam pertinere
uideatur. Nonne iam occurrit in loco
caluarie crucifixus: Occurrit omnino.
Ergo filii sponsi filii passionis illius. filii
redempti sanguine illius. filii crucis illius:

portantes in fronte quod inimici in caluarie
loco fixerunt. appellantur filij chore: ille can
tatur iste psalmus. In intellectum itaq; exci
temur: & si nob cantatur intelligamus. Quid
intellecturi sumus? In quem intellectum iste
psalmus cantatur? Audeo dicere: inuisibilia
enim eius a creatura mundi per ea que facta
sunt intellecta conspiciuntur. Eia fratres
auiditatem meam capite: desiderium hoc me
cum communicate. Simul amemus: simul
in hac siti exardescamus: simul ad fontem in
telligendi curramus. Desideremus ergo uelut cer
uus fontem aque. Excepto illo fonte quem
propter remissionem peccatorum desiderant bapti
zandi etiam baptizati desideremus illum fon
tem: de quo scriptura alias dicit. Quoniam
apud te est fons uite. Ipse enim fons & lumen
est: quoniam in lumine tuo uidebimus lumen.
Si & fons est & lumen est. merito intellectus est:
quia & saciat animam auidam sciendi: et
omnis qui intelligit luce quadam non corpo
rali. non carnali. non exteriore: sed interiore
illustratur. Est ergo fratres quedam lux intus: quam
non habent qui non intelligunt. Vnde iam eos
qui desiderant hunc fontem uite. & inde ali
quid carpunt. alloquitur apostolus obsecrans & 
dixit: ut non iam ambuletis sicut & gentes
ambulant in uanitate mentis sue obscurati
intelligentia: alienati auia dei per ignorantiam
que est in eis. propter cecitatem cordis eorum. Si ergo
illi obscurati sunt intelligentia: id est quia non
intelligunt obscurantur: ergo qui intelligunt
illuminantur. Curre ad fontes: desidera aqua
rum fontes: apud dominum est fons uite. & insicca
bilis fons. In illius luce: lumen inobscurabile.
Lumen hoc desidera: quendam fontem quod
dam lumen quare non norunt oculi tui: cui
lumini uidendo oculus interior preparatur: cui
fonti hauriendo sitis interior inardescit. Curre
ad fontem. desidera fontem: sed noli ut cerqui: noli ut quale
cumque animal curre: ut ceruus curre. Quid
est ut ceruus curre? Non sit tarditas in cur
rendo: impigre curre: impigre desidera.
Inuenimus enim insigne uelocitatis in ceruo.
Sed forte non hoc scriptura solum nos in ceruo
considerare uoluit: sed & aliud. Audi quid
aliud est in ceruo. Serpentes necat: & post
serpentium interemptionem maiore siti inar
descit. Peremptis serpentibus: ad fontes acrius
currit. Serpentes: uicia tua sunt. Consume
serpentes iniquitatis: tunc amplius desidera
bis fontem ueritatis. Auaricia forte in te tene
brosum aliquid sibilat: & sibilat aduersus uer
bum dei: sibilat aduersus preceptum dei. Et quia
tibi dicitur contempne aliquid ne facias iniquitatem:
amabis magis facere iniquitatem quam aliquod
commodum temporale contempnere? Morderi
eligis magis a serpente: quam perimere serpen
tem. Cum ergo adhuc faueas uicio tuo. cupidi
tati tue. auaricie tue. serpenti tuo: quando
in te inuenio tale desiderium quo curras ad
fontes aquarum? Quando concupisces fontem
sapientie: cum adhuc labores in ueneno ma
licie? Interfice in te quicquid est contrarium ueritati:
et cum te uideris tamquam uacare a cupidi
tatibus perversis: noli remanere quasi non sit quod
desideres. Est enim aliquid quo te tollas: si
iam egisti in te: ut non sit impeditor contra
te. Dicturus enim es forte iam mihi: si ceruus
es. Deus nouit non me iam auarum. non me
iam cuiusquam rem concupiscere: non adulterij
cupiditate flagrare: non cuiusquam odio in
uidiaque tabescere: & cetera huiusmodi dicturus
es non hec habeo: & queris forte unde
delecteris. Desidera ad fontes aquarum: habet
deus unde te reficiat & impleat uenientem ad
se: sitientem post interemptionem serpentium
tamquam uelocem ceruum. Est aliud quod
animaduertas in ceruo. Traduntur cerui: et a
quibusdam etiam uisi sunt. Non enim de illis tale
aliquid scribetur: nisi ante uideretur. Dicuntur ergo
cerui uel quando in agmine suo ambulant. uel
quando natando alias terrarum partes petunt:
onera capitum suorum super inuicem ponere: ita ut
unus precedat. & sequantur qui supra eum ca
pita ponunt: & supra illos alij consequentes:
et deinde alij donec agmen finiatur. Ille
autem unus qui pondus capitis in primatum
portabat. fatigatus redit ad posteriora: ut alter
ei succedat qui portet quod portabat: atque

ille fatigationem suam recreat. posito capite sic
et ceci ponebant. Sta uectissim portando qd graue
te q uiam pagunt: et se inuicem non deserunt.
Nonne quotidiani cerui alloquitur aplis dicens.
inuicem onera ura portate: et sic adimplebis
legem xpi. Tat g cerui in fide constituti.
nondum uidens quid credit cupiens intelligē
quod diligit: patitur et contrarios non cerui
obscuratos intelligentia. in tenebris ignorantie
constitutos: uitiorum cupiditate cecatos: in
sup insultantes et dicentes hominu credenti
et quod credit non ostendenti. Ubi est deus
tuus? Quid g iste cerui fecit contra hec
audiamus: ut et si possimus faciamus. Primo
exhibit fram suam. Quemadmodum inquit
cerui ad fontes aquarum: ita desiderat anima
mea ad te deus. Quid si cerui ad fontes aq
rum lauandi causa desiderat? Utrum g biben
di an lauandi: nescimus. Sitio in peregrinatione:
audi quod sequitur. & noli querere. Sitiuit
anima mea ad deum uiuum. Quod dico quem
admodum cerui desiderat ad fontes aquarum.
ita desiderat anima mea ad te deus: hoc dico.
sitiuit anima una ad deum uiuum. Quo sitiuit?
Quando ueniam et apparebo ante faciem di?
Hoc est quod sitio: uenire et apparere. Sitio
in peregrinatione: sitio in cursu: satiabor in ad
uentu. Sed quando ueniam? Quod etiam e
deo: tardum est desiderio. Quando ueniam et
apparebo ante faciem dei? Ex illo desiderio est et
hoc: ex quo clamat alibi. Unam petii a dño hanc
requiram: ut inhabitē in domo dñi omnis dies
uite mee. Quare hoc? Ut contēpler in q delec
tatione dñi. Quido ueniā et apparebo ante faciē
di. Interim dū in medio. dū curro. dū in uia sū.
aliqm ueniā. aliqm apparebā: fuerūt mihi lacrime mee
panes die ac nocte: ēt dū p singlos dies ubi ē ds
tuus fuerūt in mihi lacrime mee: ñ amaricando sed
panes. Suaues erant ipse lacrime mee eorum illum
fontē: quē q bibē ñ dū poterā. auditus meus lacrimas
manducabā. Quem dixi facere se in lacrimis meis por-
ne ipsas desiderasse unde ē ille fontes aquarū? Si seruata
illa sitis q rapiebat seruata illa sitis q marcebat ad fontes
aquarū: panes in facie se lacrimis meis dū differebat. Et
quotidie manducando lacrimas suas: sine dubio plorauit ad fontes.

Die qppe

et nocte facte sunt mihi lacrime mee panes. Cibum istum qui panis dr die homines comedūt:
nocte dormiunt. Panis lacrimarum et die et noc
te comedatur: siue totum tempus accipias
diem et noctem: siue diem intelligas p huius
seculi prosperitate: noctem ut p huius seculi ad
uersitate. Siue inquit in prosperis rebus seculi siue
in aduersis rebus seculi. ego desiderii mei lacrimas
fundo? ego desiderii mei amaritatem ñ desero?
et cum in mundo bene ē mihi: male est michi
antequam apparebo ante faciem dei. Quid g
dicis? Diei quasi gratulari me cogis? Si ali
qua bona seculi prosperas arriserint, nonne
deceptoria est. nonne fluxa. caduca. mor
talis? nonne temporalis. uolatica. transitoria?
Nonne plus habet deceptionis quam delec
tationis? Cur g non et ipse fiant mihi lacrime mee.
panes die ac nocte? Siquidem et cum felici
tas seculi circumfulget: quamdiu simul in
corpore peregrinamur a domino. Et dicitur mihi
quotidie ubi est deus tuus? qua paganus si mihi
hoc dicit non illi et ego possim dicere ubi est
deus tuus: deum quippe suum digito ostendit.
Intendit enim digitum ad aliquem la
pidem: et dicit. Ecce deus meus. Ubi est
deus tuus? Cum lapidem irrisero et eru
buerit qui demonstrauit tollit oculos a la
pide: suspicit ad celum: et forte in solem
digitum intendens rerum dicit. Ecce ds
meus. Ubi est deus tuus? Immemor ille quod
ostendere oculi carnis: ego autem non quasi
non habeam quem ostendam: si non ille
oculos quibus ostendam. Potuit enim ille oculi
corporis mei ostendere deum suum: solem.
Quibus ego oculis ostendam solis creatorem?
Verumtamen audiendo quotidie ubi est deus
tuus. & in lacrimis meis quotidianis pastus die
ac nocte: meditatus sum quod audiui:
ubi est deus tuus. Quetiam etiam ego ipse dñm
meum? ut si possem non tantum credēm:
si & aliquid uidēm. Video enim quę fecit
deus meus: non autem uideo ipsum dñm meum
qui fecit hec. Si qñ sicut cerui desiderio
ad fontes aquarum: & est apud eum fons
uite & intellectus. sepius est psalmus

filijs chore. & inuisibilia dei p ea que facta
sunt. intellecta conspiciuntur? quid agam ut
inueniam deum meum? Conficiabo enim ter
tam? facta est ūa. Est magna pulcitudo ter
rarum? ⁊ habet artificem. Magna mirabilia
sunt seminum atq; gignentium? ⁊ habent
ista omnia creatorem. Ostendo magnitudinē
circumfusi maris? stupeo miror? artificem
quero. Celum suspicio. pulcitudinem syde
rum admiror? splendorem sol' exercendo diei
sufficientem? lunam nocturnas tenebras con
solantem. Ama sunt hec. laudanda sunt ū?
stupenda sunt ū. Neq; enim ūena? ⁊ etiam
celestia sunt ū. Nondum ibi stat sensus ista mea.
Hec miror. hec laudo? ⁊ eum qui fecit hec
amo. Redeo ad me ipsum? & qui sum etiam
ipse qui talia quero p̄spicio. Inuenio me
habē corpus & animam? unum q̄ regam
aliud quo regar? corpus seruire animam
impare. Diiudico aliquid melius ē animam
quam corpus? ipsumq; inquisitorem talium
rerum non corpus ⁊ animum video? & tam
ū oīa q̄ colluxerau p corpus ea me ~~colluxerau~~
~~ut p corp̄ ea me~~ collustrasse cognosco. Terrā laudabā?
oculis cognouerā. Mare laudabā? oculis cognouerā. Celū
da. solē. lunāq; laudabā? oculis cognouerā. Oculis umbra fe
rarum? fenestre fēmine? Inuisibilē? q̄ habundet. Quodo aliq̄ cogi
tatione absens ē? tutus? parēr. Dīme q̄ fec hec que oculis
uidentur? non ē ishc oculis inquirendus. Ali
quid etiam p se ipsum animus ipse conspici
at? utrum sit aliquid quod non p oculos sen
tiat quasi colorem & lucem? non p aures qua
si cantus & sonum? non p nares quasi odo
rum suauitatem? non p palatum & linguā
quasi saporem? non p totum corpus quasi
duriciam & molliciem. frigorem atq; fer
uorem? asperitatem lenitatemq; p̄tractem?
⁊ utrum sit aliquid intus quod uideam. Qd
est intus uideam? Quod neq; color sit. neq;
odor. neq; sapor. neq; sonus? neq; calor aut
frigus? aut duricia aut molliciudo. Dica
tur q̄ in quem colorem hāt sapientia. Cum
cogitamus iusticiam. cuius intus in ipsa co
gitatione pulcitudine fruimur? quis sonus
ad aures? Quid tamquam uaporeum surgit
ad nares? Quid ori inferatur? quid manu trac
tatur? & delectat & intus est. & pulchra est.
et laudatur & uidetur. Est in tenebris sint
oculi ish? animus ultus luce p̄fruitur. Quid
ē illud quod tobias uidebat? quando uidem
filio. cecus consilium utq; dabat? Est g̃ ali
quid quod animus ipse corporis dominator.
rector. habitator uideat? quod non p oculos
corporis sentiat? non p aures. non p nares.
non p palatum. non p corpus tactum? ⁊
p se ipsum? & utq; melius quod p se ipsum
quam quod p seruum suum. Est profecto.
Se ipsum enim? p se ipsum uidet. & animus
ipse ut nouit se. uidet se? nec utq; ut uideat
se corporalium oculorum querit auxilium?
immo ū ab omnib; corporis sensib; tang̃
impedientib; & strepentib; abstrahit se ad
se? ut uideat se in se. ut nouit se apud se.
⁊ numquid aliquid tale deus ipsius est.
qualis ē animus? Non quidem uidi deus
in animo potest? nec tamen ita ut animus
uidi potest. Aliquid enim querit animus
iste quod deus est? de quo illi non insul
tent qui dicunt ubi ē deus tuus. Aliquam
querit incommutabilem uitatem? sine de
fectu subām. Non est tal' ipse animus. de
ficit. p̄fecit. nouit. ignorat. meminit. obli
uiscitur? in illud uult? in non uult. Ista
mutabilitas? non cadit in deum. Si igitur
mutabil' est deus? insultabunt in qui dicunt
ubi est deus tuus. Querens g̃ deum meum
in reb; inuisibilib; & corporalib; & non inue
niens? querens eius subām in me ipso quasi
aliquis sit quat ego sum. neq; hoc inueniens?
aliquid sup animam meam esse sentio oīm
meum. Ergo ut eum intellectu animi tan
gerem? h̄ meditatus sum? & effudi sup me
animam meam. Quando anima mea con
tingēt quod sup animam meam quereret?
nisi anima mea sup se ipsam effunderetur?
Si enim in se ipsa remanēt? nichil aliud
quam se uidēt? & cum se uidēt. non utiq;
deum suum uidēt. Dicant tam insultatores
mei ubi ē deus tuus? dicant. Ego q̃diu ñ
uideo? quandiu differor? manduco die &

nocte lacrimas meas. Dicant illi adhuc. Ubi ē
deus tuus? Quero ḡ deum meum in omni
corpore siue terrestri. siue celesti: & non inue-
nio. Quero substam eius in anima mea: & non
inuenio. Meditatus sum tamen inquisitionem
dei mei: & ꝑ ea que facta sunt inuisibilia dei
mei cupiens intellecta conspicere: effudi sup
me animam meam: & non iam restat quem
tangam nisi deum meum. Ibi ē enim domus
dei mei sup animam meam. ibi habitat. inde
prospicit: inde me creauit: inde me gub-
nat. inde mi consulit. inde me excitat: inde
me euocat. inde erigit: inde deducit inde
ꝓducit. Iuc enim qui hꝫ altissimam in se-
creto domum: hꝫ etiam in terra tabernaculum.
Tabernaculum eius in terra ecclesia eius est: adhuc pe-
gna. Sz hic querendus ē. quia in tabernaculo in-
uenitur uia: qua ꝑuenitur ad domum. Et
enim cum effunderem sup me animam meam.
ad attingendum deum meum: quare hoc frei?
Quoniam ingrediebar in locum tabernaculi. Nam
extra locum tabernaculi errabo querens dm̄ meum:
quoniam ingrediebar in locum tabernaculi ammi-
rabilis: usq ad domum dei. Iam enim ammi-
ror multa in tabernaculo. Tabernaculum enim
dei mei in terra: homines sunt fideles. Ammiror
in eis ipsorum membrorum obsequium: quia
non in eis regnat peccatum ad obediendum
desiderijs eius: nec exhibent membra sua arma
iniquitatis peccato: sz exhibent se deo uiuo
in bonis opibus. Anime seruienti deo: mem-
bra corporalia militare ammiror. Respicio &
ipsam animam obedientem deo: distribuentem
opa actus sui: frenantem cupiditates: pellen-
tem ignorantiam: extendentem se ad omnia
aspa & dura toleranda: iusticiam & carita-
tem impendentem ceteris. Miror & istas uir-
tutes in anima: sz adhuc in loco tabernaculi
ambulo. Transeo & hec. Et quamuis ammira-
bile sit tabernaculum: stupeo cum ꝑuenio
usq ad domum dei. De qua domo dicitur
in alio psalmo: cum ꝓposuisset sibi quandam
duram & difficilem questionem. quare in
hac terra plerumq bene est malis. & male ē
bonis: ait. Suscepi cognoscere: hoc labor ē
ante me: donec intream in scuarium dei. & intel-
ligam in nouissima. Ibi ē enim fons intellectus: in scua-
rio dei. in domo dei. Ibi intellexit iste in nouis-
sima: & soluit questionem de felicitate ini-
quorum: & labore iustorum. Quomodo
soluit? Quia mali cum hic differuntur: ad
penas sine fine seruantur: & boni cum hic
laborant exercentur. ut in fine hereditatem
consequantur. Hoc ille in sanctuario dei
cognouit: in nouissima intellexit: ascen-
dens tabernaculum. ꝑuenit usq ad domum
dei. Tamen dum miratur membra taberna-
culi. ita ꝑductus est ad domum dei quan-
dam dulcedinem sequendo interiorem:
nescio quam & occultam uoluptatem.
tamquam de domo dei sonaret suauiter
aliquod organum. Et cum ille ambularet
in tabernaculo: audito quodam interiore so-
no ductus dulcedine. sequens qd sonabat.
abstrahens se ab omni strepitu carnis & san-
guinis: ꝑuenit usq ad domum dei. Nam
uiam suam & ductum suum sic ipse com-
memorat quasi dicemus ei: miraris taber-
naculum in hac terra. quomodo ꝑuenisti ad se-
cretum domus dei: in uoce inquit exul-
tationis & confessionis soni festiuitatem cele-
brantis. Festa cum hic celebrant homines
sue quoq luxurie. consuetudinem hnt
constituere organa ante domos suas. aut
ponere symphoniacos. ut queq musica ad lu-
xuriam seruientia: & illicentia. Et ubi audita
fuerint hec. quid dicemus qui transimus? Quid
hic agitur? Et respondetur nobis: aliqua ēē
festa. Natalicia inquit celebrant: nuptie
hic sunt: ut non uideantur illa inepta can-
tica sz excusetur festiuitate luxuria. In domo
dei festiuitas sempiterna ē. Non enim aliquid
ibi celebratur & transit. Festum sempiter-
num. chorus angelorum: uultus presens dei:
leticia sine defectu. Et dies hic festus ita ē.
ut nec apiatur initio. nec fine claudatur.
De illa eterna & ꝑpetua festiuitate sonat
nescio quid canorum & dulce auribus cor-
dis: sz si non ꝑstrepat mundus. Ambulanti
in hoc tabernaculo ammirabili dei & redemp-
tionem fidelium considerantis: mulcet aures

sonus festiuitatis illius: & rapit ceruum ad fon
tes aquarum. Sz quia frs quandiu sumus
in hoc corpore peregrinamur a domino: & corpus
quod corrumpitur aggrauat animam. & de
primit terrena inhabitatio sensum multa cogi
tantem: & si utcumque nebulis diffugatis am
bulando per desiderium adhuc sonum peruene
rimus interdum ut aliquid de illa domo dei
intendendo capiamus: onere tamen quo
dam infirmitatis nre ad consueta recidimus:
et ad solita ista dilabimur. Et quomodo ibi in
ueneramus unde gaudemus: sic hic non de
erit quod gemamus. Quenim ceruus iste
manducans die ac nocte lacrimas suas: raptus
desiderio ad fontes aquarum. interiorem scilicet
dulcedinem dei: effundens super se animam
suam ut tangeret quod est super animam suam:
ambulans in loco tabernaculi admirabilis usque ad do
mum dei: & ductus interioris & intelligibilis
soni iocunditate. ut omnia exteriora contemp
neret & in interiora raperetur: adhuc tamen homo
est: adhuc gemit: adhuc carnem fragilem
portat: adhuc inter scandala huius mundi
periclitatur. Respexit ergo & ad se tamquam
inde ueniens & ait sibi constituto inter has
tristicias: & comparans hec illis ad que ui
denda ingressus est. & post que uisa egressus
est: quare inquit tristis es anima mea: &
quare conturbas me? Ecce iam quadam inte
riore dulcedine letati sumus. ecce acie mentis
aliquid incommutabile & si perstrictim & rap
tim perspicere potuimus: quare adhuc contur
bas me? Quare adhuc tristis es? Non enim
dubitas de deo tuo. Non enim non est quod
tibi dicas contra illos qui dicunt ubi est deus
tuus iam aliquid incommutabile persensi. Qua
re adhuc conturbas me? Spera in deo. Et
quasi respondet illi anima eius in silentio
quare conturbo te nisi quia nondum ibi sum
ubi est dulce illud. quod si rapta sum quasi
per transitum: numquid iam bibo de fonte
illo nichil metuens? Iam nullum scanda
lum pertimesco? Iam de cupiditatibus omnibus
tamquam edomitis uictisque secura sum.
Nonne aduersus me diabolus uigilat hostis
meus? Nonne laqueos mihi cotidie deceptio
nis intendit? Non uis conturbem te posita
in seculo: & peregrina adhuc a domo dei mei?
Sz spera in deo respondit conturbanti se anime
sue: & quasi rationem reddenti perturbatio
nis sue: propter mala quibus habundat hic mun
dus. Interim habita in spe. Spes enim que ui
detur non est spes. Si autem quod non uidemus
speramus: per pacientiam expectamus. Spera in
domino. Quare spera? Quoniam confitebor illi.
Quid ei confiteberis? Salutare uultus mei
deus meus. Ame mihi salus esse non potest
hoc dicam: hoc confitebor: salutare uultus
mei deus meus. Quenim ut metuat in his
que utcumque intellecta cognoscit: respexit
iterum sollicitus ne obrepat inimicus: non
dum dicit saluus sum ex omni parte. Quenim
primitias habentes spiritus in nobis met ipsis ingemiscimus:
adoptionem expectantes redemptionem cor
poris nri. Illa perfecta in nobis salute. erimus in
domo domini: uidentes sine fine: & sine fine
laudantes eum cui dictum est. Beati qui habi
tant in domo tua domine: in secula seculorum
laudabunt te. Hoc nondum est quia nondum
est salus que promittitur: sz confitebor deo
meo in spe: & dico illi salus uultus mei deus
meus. Spe enim salui facti sumus. Spes enim
que uidetur non est spes. Perseuera ergo ut peruenias:
perseuera donec ueniat salus: Audi ipsum dominum
tuum: de interiore tibi loquentem. Sustine do
minum uiriliter age: & confortetur cor tuum
et sustine dominum: quoniam qui perseuerauerit
usque in finem hic saluus erit. Quare ergo tristis
es anima mea: & quare conturbas me.
Spera in domino quoniam confitebor illi.
Hec est confessio mea: salutare uultus
mei deus meus. Ad me ipsum anima mea
conturbata est. Numquid ad deum turba
tur? Ad me turbata est. Ad incommutabile
reficiebatur: ad mutabile perturbabatur.
Noui quia iusticia dei mei manet: utrum
mea maneat nescio. Terret enim me apostolus
dicens. Qui se putat stare: uideat ne ca
dat. Ergo quia non est in me firmitas. nec
est mihi spes de me: ad me ipsum anima

mea turbata est. Vis non turbetur? Non
remaneat in te ipso: & dic. Ad te domine
leuaui animam meam. Hoc planius audi.
Noli spare de te: sed de deo. Nam si spas de te
anima tua conturbatur ad te: quia non
inuenit unde sit secura de te. Ergo quam
ad me turbata est anima mea. quid restat nisi
humilitas: ut de se ipsa anima non presu
mat? Quid restat nisi ut omnino minimam se
faciat. nisi ut se humiliet: ut exaltari mere
atur? Nichil sibi tribuat: ut ei ab illo quod
utile est tribuatur. Ergo quia ad me turbata
est anima mea. & hanc perturbationem facit
superbia: propterea memoratus sum tui domine
de terra iordanis & hermonijm: a monte par
uo. Vnde memoratus sum tui? A monte
paruo: & de terra iordanis. Forte de baptismo.
ubi est remissio peccatorum. Quem enim nemo
currit ad remissionem peccatorum: nisi qui
displicet sibi. Nemo currit ad remissionem
peccatorum: nisi qui se confitetur peccatorem.
Nemo se confitetur peccatorem: nisi humilian
do se ipsum deo. Ergo de terra iordanis me
moratus sum tui. & de monte paruo non de
monte magno: ut de monte paruo tu faci
as magnum. quam qui se exaltat humiliabitur:
et qui se humiliat exaltabitur. Si ergo & inter
pretationes nominum queras: iordanis est
descensio eorum. Descende ergo ut leueris: noli
extolli ne elidaris. & hermonijm a monte par
uo. Hermonijm anathematizatio interpretatur.
Anathematiza te ipsum: displicendo tibi. Dis
plicebis enim deo: si placueris tibi. Ergo quia
deus nobis omnia bona prestat quia ipse bonus
est. non quia nos digni sumus. quia ille mise
ricors est. non quia in aliquo promeruimus: de
terra iordanis & hermonijm commemoratus
sum dei: & quia qui humiliter commemo
ratur exaltatus perfrui merebitur: quia non
in se exaltabitur: qui in domino gloria
tur. Abyssus abyssum inuocat: in uoce ca
tharactarum tuarum. Pagere psalmum
possum fortasse aduitus studio uestro: cuius
feruorem uideo. De labore autem uestro non
satis curo ut audiatis: quando & me qui
loquor. ita in his laboribus sudare cernitis.
aspicientes me laborantem cum laboratis.
Non enim mihi laboro: sed uobis. Ergo audite.
quia uelle uos uideo. Abyssus abyssum inuo
cat: in uoce catharactarum tuarum. Deo
dixit ille: qui eius commemoratus est de terra
iordanis & hermonijm. Hoc mirando dixit:
abyssus abyssum inuocat: in uoce catharac
tarum tuarum. Que abyssus. quam abys
sum inuocat? Vere quia intellectus iste.
abyssus est. Abyssus enim est profunditas que
dam impenetrabilis. incomprehensibilis: & maxi
me solet dici in aquarum multitudinem. Ibi
enim altitudo: ibi profunditas que penetrari
usque ad profundum non potest. Denique quo
dam loco dictum est iudicia tua abyssus
multa: hoc uolente scriptura commenda
re: quia iudicia dei non comprehenduntur.
Que ergo abyssus quam inuocat abyssum?
Si profunditas est abyssus: putamus ne cor
hominis abyssus est? Quid enim profundius
hac abysso? Loqui homines possunt:
uidi possunt per operationem membrorum.
audiri in sermone. Sed cuius cogitatio pene
tratur: cuius cor inspicitur? Quid intus
gerat. quid intus possit. quid intus agat.
quid intus disponat. quid intus uelit. quid
intus nolit: quis comprehendit? Puto non
absurde intelligi abyssum hominem: de
quo alibi dictum est. Accedet homo ad cor al
tum: & exaltabitur deus. Si ergo homo est
abyssus: quomodo abyssus inuocat abyssum?
Homo inuocat hominem. Inuocat quasi
quomodo deus inuocatur? Non. Sed inuo
cans uocat. Nam dictum est de quodam.
Mortem inuocat. Id est sic uiuit: ut mortem
ad se uocet. Nam nemo hominum est qui
orationem faciat: & in uoce mortem: sed
male uiuendo homines mortem inuocant.
Abyssus abyssum inuocat: homo hominem.
Sic discitur sapientia: sic discitur fides:
cum abyssus abyssum inuocat. Abyssum in
uocant sancti predicatores uerbi dei. Numquid
et ipsi non abyssus? Vt noueris quia abys
sus & ipsi: apostolus ait. Minimum est ut

a uob diuidicer: aut ab humano die. Quan
ta autem abyssus sit: audite amplius. Neq;
enim me ipsum ego diuidico. Tantam ne pro
funditatem creditis ee in homine: que late
at ipsum hominem in quo e? Quanta pro
funditas infirmitatis latebat in petro: qndo
quid in se agetur intus nesciebat: & se mori
turum cum domino ul p dno temere
pmittebat. Quanta abyssus erat: que tam
abyssus nuda erat oculis dei. Nam hoc illi xpc
pnuntiabat: quod in se ipse ignorabat. Ergo
omnis homo licet sanctus. licet iustus. licet
in multis pficiens abyssus est: & abyssum in
uocat quando homini aliquid fidei. aliquid
uitatis. ppt uitam etnam pdicat. S; tunc e
utilis abyssus abysso uocante: qndo fit in uo
ce chataractarum tuarum. Abyssus abyssu
inuocat: homo hominem lucratur. Non tam
in uoce sua: s; in uoce chataractarum tua
rum. Alium accipite intellectum. Abyssus
abyssum inuocat: in uoce chatharactarum
tuarum. Ego qui contremisco cum ad me
pturbata est anima mea: a iudiciis tuis ti
mui uehement. Iudicia enim tua abyssus
multa: & abyssus abyssum inuocat. Nam sub
hac carne mortali. laboriosa. peccatrice. mo
lestiis & scandalis plena. concupiscentiis ob
noxia: dampnatio quedam est de iudicio
tuo: quia tu dixisti peccatori. Morte morie
ris: & in sudore uultus tui edes panem tuu.
Hec abyssus pma iudicii tui. S; si male hic
uixerint homines abyssus abyssum inuocat: q
de pena ad penam transeunt. & de tenebris
ad tenebras: & de pfunditate ad pfunditate.
& de supplicio ad supplicium: & de ardore cu
piditatis in flammas gehennarum. Ergo hoc
timuit fortassis homo iste: cum ait. Ad me ip
sum anima mea conturbata e: ppterea memora
bor tui domine de tra iordanis & hermonijm.
Humil ee debeo. Exhorrui enim iudicia tua:
uehementer timui iudicia tua: ideo ad me ani
ma mea conturbata e. & que iudicia tua ti
mui? Parua ne iudicia sunt ista? Magna
sunt dura sunt. molesta sunt: s; utinam sola
essent. Abyssus abyssum inuocat in uoce ca
tharactarum tuarum: quia tu minaris. tu
dicis. & post istos labores restare alteram
dampnationem. In uoce catharactarum tu
arum: abissus abissum inuocat. Quo g abi
bo a facie tua. & a spu tuo quo fugiam: si
abissus abissum inuocat. si post istos labores
timentur grauiores? Omis suspensiones tue &
fluctus tui: sup me ingssi sunt. Fluctus in his
que sentio: suspensure in his que minaris.
Omnis ppessio mea fluctus e tuus: omnis
comminatio tua suspensura tua e. In fluctib;
abissus e. Abissus ista in suspensuris: inuocat
alteram abissum. In eo qd laboro omis fluctus
tui: in eo qd minaris grauius omis suspen
siones tue sup me ingsse sunt. Qui enim mina
tur non pmit: s; suspendit. S; quia liberas:
hoc dixi anime mee. Spa in domino qm
confitebor illi: salutare uultus mei deus me.
Magis quia crebra sunt mala: dulcior erit
miscdia tua: ideo sequitur. In die manda
uit dominus miscdiam suam: & nocte de
clarauit. Nulli uacat audire in tribulatione.
Attendite cum bene uob e. audite cum bene
uob est: discite cum tranquilli estis sapien
tie disciplinam. & ubi dei cibum colligite.
Quando enim quisq; & in tribulatione e:
pdesse illi debet qd securus audiuit. Et
enim in reb; prospis mandat t deus mise
ricordiam suam: si fideliter ei seruieris:
quia libat te de tribulatione. S; non t decla
rat ipsam miscdiam: quam t p diem man
dauit: n p nocte. Cum uenit ipsa tribula
tio tunc adiutorio te non deserit: ostendet t
uerum fuisse: quod t p diem mandauit.
Et enim scptum e quodam loco. Speciosa
miscdia domini in tempore tribulationis:
sicut in tempore siccitatis nubes pluuie. In
die mandauit dns miscdiam suam: & nocte
declarauit. Non t ostendet quia subuenit
t n ueniat tribulatio: unde eruaris ab illo
qui t p diem pmisit miscdiam. Ideo ammo
nemur imitari formicam. Sicut prospitas scli
significatur die: adusitas scli significatur nocte:
ita alio m prospitas scli significatur estate.
adusitas seculi significatur hieme. & quid

facit formica: Per estatem colligit: quod ei per hiemem prosit. Ergo cum estas est. cum bene est uobis: cum tranquilli estis: audite uerbum dei. Unde enim fieri potest. ut in hac tempestate seculi huius: sine tribulatione totum hoc mare transeatis: Unde fieri potest: Cui hoc hominum contigit: Si contigit alicui: plus metuenda est ipsa tranquillitas. In die mandauit dominus misericordiam suam: et nocte declarauit. Quid ergo agas in ista peregrinatione. Quid ergo agas: Apud me oratio deo uite mee. Hoc hic ago. ceruus sitiens et desiderans ad fontes aquarum: recordans dulcedinem uocis illius qua ductus sum per tabernaculum usque ad domum dei. quamdiu corpus quod corrumpitur aggrauat animam: apud me oratio deo uite mee. Non enim ut supplicem deo empturus sum de transmarinis locis: aut ut exaudiat me deus meus nauigabo. et de longinquo afferam thura aut aromata: aut de gregge adducam uitulum uel arietem. Apud me oratio deo uite mee. Intus habeo uictimam quam immolem: intus habeo thus quod imponam: intus habeo sacrificium quo flectam dominum meum. Sacrificium deo spiritus contribulatus. Quod sacrificium contribulati spiritus intus habeam: audi. Dicam deo susceptor meus es. Quare mei oblitus es: Sic enim hic laboro quasi tu oblitus sis mei: tu exerces me et noui quia differs mihi: non mihi aufers quod mihi promisisti. Sed tamen. quare mei oblitus es: Tanquam de uoce nostra clamauit et caput nostrum. Deus deus meus quare me dereliquisti: Dicam deo meo susceptor meus es. Quare mei oblitus es: Ut quid me repulisti ex illa altitudine fontis intelligentie incommutabilis ueritatis: ut quid me reppulisti: Quare grauedine et pondere iniquitatis mee iam illuc inhians: ad ista deiectus sum: Dicit alio loco ista uox. Ego dixi in extasi mea: ubi uidit nescio quid magnum excessu mentis. Ego dixi in extasi mea: proiectus sum a facie oculorum tuorum. Comparauit enim hec in quibus esset illi in que erectus erat: et uidit se longe proiectum a facie oculorum dei: sicut et hic. Ut quid me reppulisti: et ut quid contristatus incedo dum affligit me inimicus: dum confringit ossa mea: Temptator ille diabolus scandalis ubique crebrescens. quorum abundantia refrigescet caritas multorum: cum uideat fortes ecclesie plerumque scandalis cedere. nonne dicit corpus xpi confringit inimicus ossa mea: Ossa enim fortes sunt: et aliquando ipsi fortes temptationibus cedunt. Hec cum quisque desiderat ex corpore xpi. hec uoce corporis xpi nonne clamat quid me reppulisti: ut quid tristis incedo dum affligit me inimicus meus. dum confringit ossa mea: Non carnes meas tantum sed etiam ossa mea: ut in quibus putabatur esse aliqua fortitudo uideas cedere in temptationibus: ut ceteri infirmi desperent quando fortes succumbere uident. Quanta ista pericula fratres mei. Exprobrauerunt mihi qui tribulant me. Iterum uox illa. Dum dicunt mihi per singulos dies ubi est deus tuus: Et maxime ista dicunt in temptationibus ecclesie: ubi est deus tuus. Quantum hec martires audierunt: pro nomine xpi fortes et patientes. Quantum illi dictum est. ubi est deus uester: liberet uos si potest. Tormenta enim ipsorum extrinsecus homines uidebant: coronas intrinsecus non uidebant. Exprobrauerunt mihi qui tribulant me: dum dicunt mihi per singulos dies ubi est deus tuus. Et ego propter hec quam ad me turbata est anima mea. quid ei aliud quam illud dicam: quare tristis es anima mea et quare conturbas me: Et quasi respondenti non uis ut conturbem te hic posita in tantis malis suspirans ad bona sitiens et laborans: non uis ut conturbem te: ait. Spera in domino: confitebor illi. Dicit. Ipsam confessionem repetit spei confirmationem: salus uultus mei deus meus.

## Psalmus dauid.

Psalmus breuis est. Sic satisfaciat mentibus auditorum. ut molestus non sit uentribus ieiunorum. Pascatur ex hoc anima nostra: quam tristem esse dicit qui cantat in hoc psalmo. Tristem credo ex aliquo ieiunio suo: uel potius ex aliqua fame sua. Nam ieiunium uoluntatis est: fames necessitatis.

Esurit ecclia : esurit corpus xpi. Et homo ille
ubique diffusus cuius caput sursum e menbra
deorsum : eius uocem in omnibus psalmis. uel
psallentem. uel gementem. uel letantem in spe.
uel suspirantem in re. notissimam iam & fa
miliarissimam habe debemus : tamquam nos
tram. Non g diu est immorandum : ut insi
nuemus uob quis loquatur. Sit unus quisque
in xpi corpore : & loquetur hic. Nostis autem
omnes qui pficiunt. & qui celesti illi ciuitati
ingemiscunt qui pegrinationem suam norunt.
qui uiam tenent. qui in desidio tre illius sta
bilissime spem tanquam anchoram prefixe
runt : nostis g quia genus hoc hominum.
hoc semen bonum. hoc frumentum xpi int
zizania gemit : & hoc donec ueniat messis :
id e usque in finem seculi : sicut exponit que n
fallitur uitas. Gemens g int zizania. id e int
malos homines. int dolosos & seductores : aut
ira turbulentos. aut insidijs uenenatos : cir
cumspiciens simul cum illis se tanquam in
uno agro p totum mundum unam pluuiam
excipe. pariter pflari. pariterque secum inter
aduersa nutriri : habe simul ista communia do
na dei mal bonisque concessa communiter
ab illo qui facit solem suum oriri sup bonos &
malos. & pluit sup iustos & iniustos : uidens
g semen abrahe semen sanctum. quanta cum
mal a quibus quandoque separandum e. nunc
hat communia : equaliter nasci. eadem con
ditione generis humani sortiri. pariter mor
talia ferre corpora : simul uti luce. fontib.
fructib. prosperitatib atque aduersitatib seculi.
siue fame. siue abundantia. siue pace. siue bel
lo. siue salute. siue peste : uidens quanta hat
communia cum malis : cum quibus tamen n hat
causam communem. erumpit in hanc uocem.

## Psalmus quadragesimus secundus.

Iudica me deus & discerne causam meam de
gente non sancta. Iudica inquit me deus. Non
timebo iudicium tuum : quia noui miseri
cordiam tuam. Iudica me deus : & discerne cau
sam meam de gente non sancta. Nunc inte
rim in hac pegrinatione non discernis locu
meum : quia simul cum zizanijs uiuo usque
ad tempus messis. Nondum discernis plu
uiam meam : discerne causam meam. Distet
inter eum qui in te credit : & eum qui in te
non credit. Par infirmitas : sed dispar conscien
tia. Par labor : sed dispar desiderium. Desideriu
impiorum pibit : desiderium autem iustorum n
pibit. Desidio autem iustorum n certus eet
pollicitator : dubitare debemus. Finis deside
rij nri : ipse promissor. Se ipsum dabit :
quia se ipsum dedit. Se ipsum dabit immor
talibus immortalem : quia se ipsum dedit mor
talibus mortalem. Iudica me ds & discerne cau
sam meam de gente non sancta. Ab homine
iniquo & doloso erue me. Hoc e de gente n
sancta. Ab homine aquodam gene hominum :
quia quidam homo & quidam homo : & in his
duobus unus assumetur & unus relinquetur.
Et quoniam pacientia opus e ferendi usque
ad messem : quandam si dici potest indis
cretam discretionem. Simul enim sunt : &
ideo discreta nondum sunt. Zizania autem
zizania sunt. & frumenta frumenta sunt :
et ideo discreta iam sunt. Quia g fortitudine
opus e imploranda e ab illo qui iussit ut for
tes simus : & n fortes ipse fecit : non erimus.
Quod ut simus ab illo erimus qui dixit : qui
pseuerauit usque in finem hic saluus erit. &
ne sibi ipsa anima arrogando fortitudine
debilitetur : adiungit continuo. Quia tu es
deus fortitudo mea. Ut quid me reppulisti :
et ut quid tristis incedo dum affligit me
inimicus : Causam querit tristicie sue. Quare
inquit tristis incedo : dum affligit me inimi
cus : Tristis ambulo : inimicus affligit me
cotidianis temptationibus. immittens uel qd
male amemus : uel qd male timeamus. &
contra utrumque pugnans anima & si non
capta tamen pielitans : contrahitur tristicia
et dicit deo. Ut quid tristis incedo : Querat g
ab ipso : & audiat ut quid. Querit enim in
psalmo causam tristicie sue dicens. Ut quid me
reppulisti : & ut quid tristis incedo : Audiat er
ysaia : succurrat illi lectio que modo recitata
est. Spe inquit ame prodiet : & omnem fla
tum ego feci. Propter peccatum modicum qd



psalmus quadragesimus secundus.

contristau illum : & aiti faciem meam ab illo : et contristatus est . & abiit tristis in uisu suus. Quid g querebas : ut quid me repulisti : & ut quid tristis incedo : dum affligit me inimicus. Causa tristicie aie : peccatum est. Causa letic aie : iustitia sit. Peccare uolebas & laborare nolebas : ut parum t esset quod esses iniustus : n & cum esse iniustum uoluisses : a quo iudicari noluisses. Respice uocem meliorem in alio psalmo. Bonum m qm humiliasti me : ut discam iustificationes tuas. Dixeram elatus in quietem meam : discam humiliatus iustificationes tuas. Ut quid tristis incedo : dum affligit me inimicus. De inimico quereris : Recte affligit. Si recte locum dedisti . Si nunc tabes quid agas. Fuge consilium . Regem admitte : tirannum exclude. Si ut hoc faciat quid dicit : quid supplicat . quid orat : Attende. Ora qs audis : ora cum audis. Omnium nostrum : sic ista uox. Emitte lucem tuam & ueritatem tuam : ipsa me deduxerunt & pduxerunt me in montem sanctum tuum & in tabernacula tua. Quia ipse lux tua & uita tua : hec nomina duo : res una. Quid enim aliud lux dei : nisi uita dei. Aut quid uita dei : nisi lux dei. & hoc utrumq unus xpc. Ego sum lux mundi. Qui credit in me : non ambulabit in tenebris. Ego sum uia : & ueritas & uita. Ipse lux : ipse uita. Uenias g & eruat nos discernens modo causam nram agente non sancta : eruat ab homine iniquo & doloso . Separet frumentum a zizaniis : quia ipse mittet angelos suos messis tempore ut colligant de regno omnia scandala : & mittant in ignem ardentem : frumentum autem eius congregent in horreum . & mittat lucem suam & ueritatem suam : quia iam nos ipse deduxerunt in montem sanctum & in tabernacula eius. Signis habemus : primum dei pamus : Sanctus mons eius : sancta ecclia eius. Mons ille e qui creuit ex minimo lapide secdm uisionem dambelis confringens regna terarum : & in tantum excrescens : ut impleret uniuersam faciem re. In hoc monte se exaudiam dicit : qui dicit. Voce mea ad dnm clamaui : & exaudiuit me de monte scō suo. Quisquis p ipsum montem orat : non se putet exaudiri ad uitam eternam. Exaudiuntur enim multi ad multa : nec sibi plaudant quod exaudiuntur. Exaudiri sunt demones : ut in porcos mittantur. Exaudiri ad uitam eternam concupiscamus : pp desiderium quo dicimus. Emitte lucem tuam & ueritatem tuam. Ista lux oculum cordis inquirit. Beati enim mundo corde : quoniam ipsi deum uidebunt. Modo enim in monte eius sumus : id e in ecclia eius : in tabernaculo eius. Nam tabernaculum pegrinantium e : domus cohabitantium e. & tabernaculum pegrinantium : i militantium. Cum audis tabernaculum : bellum intelligas : hostem caue. Domus autem quid erit : Beati qui habitant in domo tua domine : in secla seculorum laudabunt te. Jam g peduci ad tabernaculum & positi in monte sancto eius : quam spem gerimus : & introibo ad altare dei. Est quoddam sublime altare inuisibile : quo non accedit iniustus. Ad illud altare ille solus accedit : qui ad istud securus accedit. Illic inueniet ueritatem suam : qui in isto discernit causam suam . & introibo ad altare dei. De monte sancto eius. et de tabernaculo eius : de sancta ecclia eius : introibo ad altare dei sublime. Quale ibi sacrificium est : Ipse qui intrat assumetur in holocaustum . Introibo ad altare dei. Quid e quod dicis ad altare dei : Ad deum qui lenificat iuuenatem meam. Iuuentus nouitatem significat. Tamquam diceret. Ad deum qui letificat nouitatem meam . Letificat nouitatem meam : qui constituit uetustatem meam. Inueteratus enim in uitis in uetustate : te autem habo gaudens in nouitate. Confitebor in cythara : deus deus meus. Quid e in cythara confiteri : & in psalterio confiteri : Non enim semp in cythara : nec semp in psalterio. Duo hec organa musicorum hinc inter se distinctam discretamq racionem : dignam consideratione & commendatione memorie. Verumq hoc manib; portatur & tangitur :

et significat opa quedam nr̄a corporalia.
Utraq; bona siquis norit psallere: siquis no
rit citharizare. S; quia psalterium illud or
ganum dr̄ quod de supiore parte habet tes
tudinem. illud scil' timpanum & concauum
lignum. cui corde innitentes resonant: citha
ra u̅ id ipsum lignum concauum & sonorum
ex inferiore parte habet: discrnenda sunt opa
nr̄a quando in psalterio sint quando in citha
ra: utraq; tamen placita deo: & suauia eius
auditui. Quando g̅ ex p̄ceptis dei aliquid
agimus. iussis eius obtemp̄antes & obaudien
tes adimplenda p̄cepta eius: ubi facimus
et non patimur: psalterium ē. Faciunt enim
ita & angeli. Non enim aliquid patiuntur.
Cum autem aliquid patimur tribulationum
scandalorum. temptationum in hac t̄ra. q̄
non patimur n̄ ex inferiore parte id ē ex eo
quod mortales sumus. ex eo q̄d p̄me nr̄e cau
se quiddam t̄bulationum debetur: & quia
patimur multa ab eis qui non sunt desup̄:
cithara ē. Uenit enim sonus suauis ex inferiore
parte: patimur & psallimus: ul' potius canta
mus ul' citharizamus. Quando dicebat apl's
euuangelizare. p̄dicare se euuangl'ium toto orbe
t̄rarum ex p̄cepto dei: quia illud euuangeliū
se non ab hominib; neq; p hominem. s; p ih̄m
xp̄m accepisse dicebat: desup̄ sonabant corde.
Cum u̅ dicebat gloriamur in t̄bulationibus.
scientes quia tribulatio pacientiam opatur:
pacientia p̄bationem. p̄batio u̅ spem: cithara
sonabat ex inferiore parte s; tamen dulciter.
Omnis enim pacientia dulcis ē deo. Si autem
in ipsis tribulationib; defecis: citharam fre
gisti. Quare g̅ m̅ dixit: confitebor t̄ in cithara?
Propter illud quod dixat ut quid tristis in ce
do: dum affligit me inimicus. Patiebatur
enim quiddam ex inferiore afflictione: & in
eo ipso tamen uolebat placere deo: & gestie
bat gr̄as agē deo fortis in tribulationib; & &
quia sine tribulatione ēē non poterat: paci
entiam deo debebat. Confitebor t̄ in citha
ra deus deus meus. Et rursus ad animam
suam ut ex inferiore illo ligno capiat sonum:
ut quid inquit tristis es anima mea & ut
quid conturbas me? In t̄bulationib; sum. in lan
goribus. in meroribus: ut quid me conturbas
ō anima? Quis dicit? Cui dicit? Anime dici
omnes nouimus. Planum est enim. Ad illam direc
tus ē sermo. ut quid t̄stis es anima mea: ut
quid conturbas me? Queritur p̄sona loquens.
Numquid caro anime loquitur: cum caro sine
anima non loquatur? Proprium enim magis
ē ut anima carnem alloquatur: quam ut caro
alloquatur animam. S; non dixit quare doles
caro: s; ait quare t̄stis es anima mea. Si car
nem alloquētur: fortasse non dicēt quare
t̄stis es: s; quare doles. Dolor enim anime
t̄sticia dr̄: molestia u̅ que fit in corpore do
lor dici potest t̄sticia non potest: s; ex dolore
corporis plerumq; anima contristatur: intest ta
men quid doleat & quid contristetur. dolet
enim caro t̄stis est anima: & apta ista uox est
ut quid t̄stis es anima mea: non enim anima
carnem alloquitur. quia non dixit ut quid
t̄stis es caro mea: nec caro animam quia ab
surdum est ut inferior alloquatur supiorem:
g̅ intelligimus habē nos aliquid ubi imago dei
est mentem scil' atq; racionem. Ipsa mens inuo
cabat lucem dei: & ueritatem dei. Ipsa ē qua capi
mus iustum & iniustum: ipsa ē qua discrnimus
uerum a falso: ipsa est que uocatur intellect⁹
quo intellectu carent bestie: quem intellectum
quisquis in se negligit & postponit ceteris.
et ita abicit quasi non hāt: audit ex psalmo.
Nolite esse sicut equus & mulus: quib; non ē
intellectus. Intellectus g̅ nr̄: alloquitur ani
mam nr̄am. Ista in t̄bulationib; marcida est.
fessa in langorib;. contracta in temptationib;.
egra in laborib;: erigit eam mens desup̄ ca
piens ueritatem: & dicit. Ut quid tristis es
anima mea: & ut quid conturbas me? Ui
dete si non est ista alloquutio in illo conflic
tu apl'i. in se p̄figurantis quosdam: & forte
nos. & dicentis. Condelector enim legi dī
secd̄m interiorem hominem: uideo autem aliam
legem in membris meis repugnantem legi
mentis mee: id ē motus quosdam carnales.
& in quadam lucta & quasi desp̄atione in
uocat gr̄am dei. Miser ego homo: quis me

liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per
ihm xpm dnm nostrum. Tales ita pugnan
tes etiam in se ipse deus prefigurare dignatus est:
cum ait. Tristis est anima mea: usque ad mor
tem. Ille enim non nouerat ad quod uenerat?
Ille enim passione pauebat qui dixerat potes
tatem habeo ponendi animam meam. & po
testatem habeo iterum sumendi eam: nemo
tollit illam a me sed ego ipse pono eam. & ite
rum sumo eam? Sed tristis est anima mea usque ad
mortem qui dixit: quedam membra sua in
se figurauit. Plerumque enim iam mens bene cre
dit: & bene nouit futurum hominem secundum fi
dem suam in gremio abrahe. Credit hoc: & tamen
cum uenerit aliquis articulus mortis turbatur
ex familiaritate quadam seculi huius. Erigit audi
tum in illam uocem dei internam: audit ratio
nabile carmen intrinsecus. Ita enim desuper in
silentio sonat quiddam non auribus sed mentibus:
ut quicumque illud audit melos. tedio afficiatur
ab strepitu corporali. & tota uita ista humana
tumultus ei quidam sit impediens auditum super
ni cuiusdam soni nimium delectabilis: & in
comparabilis & ineffabilis. & reuera cum ita
contingit ex aliqua perturbatione uim patitur
homo: alloquens animam suam. Ut quid tris
tis es anima? & ut quid conturbas me? An
forte ideo quia difficile purgata uita inue
nitur: cum ille iudicat qui nouit ad purum
et liquidum iudicare? Quia & si probabilis
iam uita est inter homines. ita ut homines
quid iam reprehendant iuste non habeant: prece
dit examen ab illius oculis: precedit regula
exequans non fallaciter: & inuenit in homine
quedam que reprehendat deus. que homines
reprehendenda non uidebant: nec ille ipse intus
qui iudicandus est. Hec timens anima forte
conturbatur: alloquitur eam mens quasi
dicens. Quid times de peccatis? quia non potes
omnia deuitare? Spera in deo: quoniam confi
tebor illi. Quedam sanat presens alloquutio: re
liqua purgat fidelis confessio. Plane time si
iustum te dicis? si non habes illam uocem ex
alio psalmo: ne intres in iudicium cum seruo
tuo. Quare ne intres in iudicium? Quia mise
ricordia tua in opus est. Nam si iudicium
exhibueris? sine misericordia quo ibo? Si
iniquitates obseruaberis domine? domine quis
sustinebit? Ne intres in iudicium cum seruo
tuo: quoniam non iustificabitur in conspec
tu tuo omnis uiuens. Ergo si non iustificabitur
omnis uiuens. quia quicumque hic uiuit quan
tumlibet iuste uiuat. ue illi si cum illo in
trauerit in iudicium deus: nam ex alio propheta
arrogantes & superbos idem sic obiurgat. ut
quid uultis mecum iudicio contendere.
omnes deliquistis me dicit dominus: noli
iudicio contendere da operam esse iustus: et
quantumcumque fueris confitere te peccatorem:
semper spera misericordiam: & in ista humili
confessione securus alloquere turbantem
te & tumultuantem aduersus te animam tuam.
Ut quid tristis es anima mea? & ut quid con
turbas me? Forte in te uolebas sperare. Spera
in domino noli in te. Quid enim es in te?
Quid es de te? Ille sit sanitas in te: qui susce
pit uulnera propter te. Spera in domino inquit
quoniam confitebor illi. Quid illi confitebis?
Salutare uultus mei & deus meus. Tu es salu
tare uultus mei: tu sanabis me. Eger ad te
clamo: agnosco te medicum: non me iacto
sanum. Quid est agnosco medicum? non
me iacto sanum? Quod in alio psalmo dicit.
Ego dixi domine miserere mei: sana ani
mam meam quoniam peccaui tibi. Hec uox
fratris tuta est: sed uigilate in operibus bonis. Tan
gite psalterium obaudiendo preceptis: tangite
citharam tolerando passiones. Frange esurienti
panem tuum: audisti ab ysaia. Noli ieiu
nium putare sufficere. Ieiunium te castigat:
non alterum reficit. Fructuose erunt an
gustie tue: si alteri prestiteris latitudinem. Ecce
fraudasti animam tuam: cui dabis quod tibi
abstulisti? Ubi pones. quod tibi denegasti?
Quam multos pauperes saginare potest inter
missum hodie prandium uestrum? Ita ieiuna
ut in alio manducante prandisse te gau
deas: propter orationes ut exaudiaris. Ibi enim
ait. Adhuc loquente te dicam ecce ad
sum. si fregeris ex animo esurienti panem?

quia plerumq; hic atristib; & murmurantib; ut careant tedio impellantur: non ut uiscera reficiant indigentis. Hilarem enim datorem diligit deus. Si panem dederis tristi: & panem & mitum p̄cidisti. Ergo ex animo fac. ut ille qui iubet adhuc loquente te dicat: ecce assum. Quam celeriter accipiuntur: orationes bene operantium. & hec iustitia hominis in hac uita: ieiunium, elemosina, oratio. Vis orationē tuam uolare ad deum: fac illi duas alas: ieiunium & elemosinam. Tales nos inueniat. ut securos inueniat lux dei. & uitas dei: cum uenit liberare nos a morte: q̄ iam uenit subire p̄ nobis mortem.

In finem filiis chore ad uitel

Inscriptio psalmi iste filiis chore dr: sicut eius titulus p̄fert. Int̄pretatur autem chore calui: ut caluaria. Et inuenimus in euangelio dñm nr̄m xp̄m in loco caluarie crucifixum. Ergo clarum ē quod filiis passionis eius cantetur hic psalmus. Habemus autem hic euidentissimum & firmissimum testimonium apti pauli: quia cum in psecutionib; gentium laboraret ecclia. hinc sumpsit ūsum quem int̄ponēt ad exhortationem & consolationē patientium. Hinc enim dictum ē. q̄ ille in epla sua posuit. Propter te mortificamur tota die: deputati sumus uelut oues occisionis. Vocem q̄ martirum audiamus in psalmo: & uox martirum uidete quam bonam causam hab̄t cum dicit p̄pter te. Nam et dominus ideo addidit p̄pter iustitiam: cum diceret. Beati qui psecutionem patiuntur p̄pter iustitiam: ne quisquam psecutionem patiens: ex ipsa pena quereretur gloriam: non bonam hūs causam. & hinc exhortatus suos: ait. Beati eritis cum uob̄ illa & illa dixerint ut fecerint homines: p̄pter me. Hinc q̄ uox: p̄pter te mortificamur tota die. Est autem magne considerationis: & magne p̄fundite sapientis consilium dei: quo cause fuit ut cum patres nr̄os patarebat. & totam illum p̄plm iust' educit in manu fortissima de egypto. & psequentes inimicos eorum in mare demersit. diuersasq; p̄ contrariis gentes: debellatisq; hostib; in ter̄a promissionis posuit. uictoriasq; magnas ex paucitate suorum. in magna inimicorum multitudine fecit: postea placuit ei quasi deserere se apl̄o suo. ut stragem occisionis & mortis paterentur sancti eius & nemo resisteret. nemo defenderet. nemo phibēret: quasi aīt̄ facies suam agentib; eorum. quasi obliuisc̄ eos. quasi non ipse sit d̄s qui in manu ualida & brachio excelso. cum dementissima q; potentia patres nr̄os. id est illum p̄plm sicut dixerat ab egypto liberauit. ut eos pulsisq; de ter̄a sua gentib; constituit in regno: tutantib; omnib; q̄d sepe apparuit multa uicta essent. Hoc q̄ in gemitu confessionis: incipit cantari in psalmo isto. Non frustra enim ista facta sunt: sed ut intelligatur quare facta sunt. Proinde quia facta sunt manifestum ē: quare sunt facta altius querendum ē. Ideo titulus non hīt tantum filiis chore: sed intellectum filiis chore. Hoc & in illo psalmo ē: cuius primum ūsum ipse dominus de cruce dixit. Deus deus meus respice in me. quare me dereliquisti: Transfigurans enim nos in id quod dicebat. & in corpus suum quia & nos sumus corpus eius: ipse caput nr̄m uocem de cruce non dixit suam: sed nr̄am. Non enim unquam eum deliquit deus: nec ipse a patre unquam recessit: sed p̄pter nos dixit hec. deus deus meus ut quid me dereliquisti: nam sequitur ibi. longe a salute mea uba delictorum meorum: et ostendit ex quorum p̄sona hoc dixerit. Non enim in ipso delictum potuit inueniri. Clamabo inquit ad te ipso potuit inuenire psalmo p̄ diem & non exaudies: et nocte. subaudiatur utiq; & n̄ exaudies. & addidit. & non ad insipientiam m̄: id ē hoc ipsum q̄d non exaudies non ad insipientiam m̄: sed ad intellectum. Quid ē ad intellectum non exaudies: id ē ideo

me non exaudies ad temporalia: ut intelligam a te desidanda sempiterna. Non ergo reliquit deus. Et cum uidetur relinquere tollit quod male desidasti: et docet quod bene debeas desiderare. Si enim deus semper in istis prosperitatibus faueret nobis. ut omnia nobis abundarent nullamque in tempore isto mortalitatis nostre tribulationem. nullasque pressuras angustiasque paterentur: non diceremus nisi ista esse summa bona que prestat deus seruis suis: et maiora ab illo non desideraremus. Ideo autem huic uite male dulci miscet amaritudines tribulationum: ut alia que salubriter dulcis est requiratur. Hoc est intellectum filiis chore. Denique audiamus psalmum: et ibi potius hoc uideamus.

Psalmus quadragesimus. Deus auribus nostris audiuimus patres nostri annuntiauerunt nobis: opus quod operatus es in diebus eorum. et in diebus antiquis. Ammirans quare istis diebus tanquam deseruerit eos quos in passionibus exercere uoluerit: recolit preterita que audierint a patribus tanquam dicens. Non ea que patimur: nobis retulerunt patres nostri. Nam et in alio psalmo hoc dixit: in te speauerunt patres nostri: speauerunt et eruisti eos. Ego autem sum uermis et non homo: opprobrium hominum et abiectio plebis. Illi autem speauerunt: et liberasti eos. Ego ne speraui et reliquisti me. et sine causa credidi in te. et sine causa nomen meum scriptum est apud te. et sine causa nomen tuum est scriptum in me. Hec ergo nobis indicauerunt patres nostri. Manus tua gentes disperdit et plantasti eos: infirmasti populos et expulisti eos. Id est populos expulisti de terra sua ut istos introducens atque plantares: eorumque regnum tua misericordia confirmares. Hec audiuimus: a patribus nostris. Sed forte ideo illi ista potuerunt quia fortes erant. quia preliatores. quia inuicti. quia exercitati: quia bellicosi. Absit. Non hoc indicauerunt nobis patres nostri: non habet scriptura. Sed quid habet: nisi quod sequitur. Non enim in gladio suo hereditate possederunt terram. et brachium eorum non saluos fecit eos: sed dextera tua et brachium tuum. et illuminatio uultus tui. Dextera tua. potentia tua. brachium tuum. ipse filius tuus: et illuminatio uultus tui. Sed quid est hoc quia talibus signis eis affuisti: ut presens intelligereris? Numquid enim quando nobis aliquo miraculo dicitur adesse: faciem ipsius oculis nostris uidemus? Sed effectu miraculi suam presentiam insinuat hominibus. Denique omnes qui mirantur ab huiusmodi facto quid dicunt? Uidi deum presentem. Sed dextera tua et brachium tuum et illuminatio uultus tui: quoniam complacuisti in eis. Hoc est sic cum eis egisti ut bene placeres in eis: ut quisquis eos attenderet quomodo cum eis agerentur diceret. quia uere deus est cum illis: et deus illos agit. Quid ergo? Alter erat tunc. et alter est nunc? Absit. Quid enim sequitur? Tu es ipse rex meus. Tu es ipse: non enim mutatus es. Tempora mutata uideo: creator temporum non mutatur. Tu es ipse rex meus: et deus meus. Tu me soles ducere: tu me soles regere: tu mihi soles subuenire. Qui mandas salutem iacob. Quid est qui mandas? Etiam si tu per tuam prorsus substantiam atque naturam qua es. quicquid es occultus es. nec per hoc quod es interfuisti patribus ut facie ad faciem te uiderent: tamen per quamlibet creaturam tu mandas salutem iacob. Et enim illa uisio facie ad faciem: liberatis in resurrectione seruatur. Et illi patres etiam noui testamenti quamuis reuelatores misterii tui fuerint: quamuis reuelata secreta annuntiauerint: tamen in speculo se uidere dixerunt et in enigmate: seruari autem uisionem in futurum facie ad faciem: quando uenerit quod ipse apostolus ait. Mortui enim estis: et uita uestra abscondita est cum xpo in deo. Cum enim xpc apparuerit uita uestra: tunc et uos cum ipso apparebitis in gloria. Tunc nobis ergo seruatur uisio illa facie ad faciem: de qua et iohannes dicit. Dilectissimi filii dei sumus: et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus: quoniam

uidebimus eum sicuti est. Et si ergo tunc patres
nostri non te uiderunt facie ad faciem secundum
quod es. aut etiam si ista uisio seruatur in resur
rectione: tamen et si angeli affuerint: tu man
das salutem iacob. Non solum si per te ades. sed per
quamcumque creaturam tuam affuis tu man
das: ut hoc fiat pro salute seruorum tuorum:
quod tu ipse per te facis. Aut hoc fit pro salute
seruorum tuorum: quod faciunt quibus man
das. Cum ergo tu ipse sis rex meus et deus meus
et tu mandas salutem iacob. quare nunc ista
patimur: Sed forte preterita tantum narrata
sunt nobis. de futuro autem non est aliquid
tale sperandum: Immo uero sperandum. In te
inimicos nostros uentilabimus. Ergo patres
nostri indicauerunt nobis. opus quod operatus es
in diebus eorum in diebus antiquis: quia manus
tua gentes disperdidit. eiecisti populos et plantasti
eos. Ista preterita sunt. De futuro quid erit:
In te inimicos nostros uentilabimus. Veniet
tempus quando omnes inimici christianorum sicut
palea uentilentur: et sicut puluis uentilentur:
et de terra proiciantur. Ergo et preterita sic nobis
sunt narrata: et futura talia prenunciata. In
medio presentium quare laboramus: nisi in
intellectum filiis chore: In te inimicos
nostros uentilabimus: et in nomine tuo sperne
mus insurgentes in nos. Hoc de futuro.
Non enim in arcu meo sperabo. quomodo nec
patres in gladio suo: et gladius meus non sal
uum faciet me. Saluos enim fecisti nos: ex
affligentibus nos. Et hec figura preteriti: de fu
turo dicitur. Sed ideo tamquam preteritum dicitur:
quia tam certum est quasi factum sit. Intendi
te quare pleraque prophete ita dicunt tamquam
preterita sint: cum prenuntientur futura non
facta. Nam et de ipso domino futura passio
prenunciabatur: et tamen foderunt inquit manus
meas et pedes. dinumerauerunt omnia ossa
mea: non dixit fodient et dinumerabunt.
ipsi uero considerauerunt et conspexerunt me:
non dixit considerabunt et aspicient. Diuise
runt sibi uestimenta mea: non dixit diui
dent. Omnia ista tamquam preterita dicun
tur cum futura sint: quia deo et futura

tam certa sunt tamquam preterita sint. Nobis
enim ea que preterierunt certa sunt: que futura
incerta sunt. Nouimus enim aliquid accidisse:
et non potest fieri ut non accidit quod accidit.
Da prophetam cui tam certum sit futurum quam
tibi preteritum: et quam tibi quod meministi factum
non potest fieri ut non sit factum: tam illi
quod nouit futurum: non potest fieri: ut non
fiat. Ideo de securitate dicuntur tamquam preterita: que ad
huc futura sunt. Hec ergo speramus. Saluos enim fecisti nos ex affli
gentibus nos: et eos qui oderunt nos confudisti. In deo laudabi
mur totadie. Videte quemadmodum miscet etiam uerba futuri
temporis: ut intelligas et preterita que dicta sunt de futuro esse
predicta. In deo laudabimur totadie: et in nomine tuo confi
tebimur in secula. Quid laudabimus quid confitebimur. Quia ex
omnibus affligentibus nos eruisti nos. quia regnum perpetuum
dabis nobis: quia complebitur in nobis beati
qui habitant in domo tua. in secula seculorum lauda
bunt te. Hec ergo futura cum certa sint nobis. et
illa preterita cum a patribus nostris audierimus:
quid modo: Nunc autem reppulisti et confu
disti nos. Confudisti non in conscientia nostra: sed
in facie hominum. Erat enim tempus quo
affligerentur christiani: cum utique fugerent. cum
ubicumque dicerentur christianus est: tamquam
ad insultationem et ad opprobrium pertinet.
Ubi est ergo ille deus noster rex noster: qui mandat
salutem iacob: Ubi est ille qui fecit omnia:
que nobis narrauerunt patres nostri: Ubi est
qui facturus est omnia: que nobis reuelauit
per spiritum sanctum: Numquid mutatus est: Sed per
intellectum filiis chore: fiunt hec. Aliquid
enim intelligere debemus quare nos ista omnia
in medio tempore pati uoluit. Que omnia:
Nunc autem reppulisti et confudisti nos: et
non egredieris deus in uirtutibus nostris. Procedi
mus ad inimicos nostros: et tu nobiscum non proce
dis. Videmus eos. preualent illi: et nos mua
lidi sumus. Ubi est illa uirtus tua: ubi est
dextera et potentia tua: Ubi est mare sicca
tum: ubi egiptii persequentes fluctibus obruti:
Ubi amalech resistens: in crucis signo superatus:
Et non egredieris deus in uirtutibus nostris.
Auertisti autem nos retrorsum post inimicos
nostros: ut quasi illi ante sint: nos retro. Illi

uicerunt: nos uicti deputemur. Et qui ode
runt nos: diripiebant sibi. Quid in nos? De
disti nos tamquam oues escarum: & in gen
tibus dispersisti nos. Ad nationib; manducari fe
mus. Vis significatur qui sic passi sunt.
ut in corpus gentium ĩtrerentur. Plangit enim
ecclesia tamquam membra sua deuorata. Ven
didisti pplm tuum sine pcio. Vidimus enim
quos dedisti: non uidemus quid acceperis.
Et non fuit multitudo in tribulationib; eorum.
Numquid enim quando fugiebant xpianam ple
quentib; numeri idolatrie? fiebant congrega
tiones & tribulationes deo? Numquid conuene
bantur hmoi de ecclia dei qui solent in pace
conuenire? duleq; conuentu fraternitatis deo au
ribus plonare? Et non fuit multitudo in tribu
lationib; eorum. Posuisti nos opprobrium uici
nis nris: sublannationem & derisum his qui in
circuitu nro sunt. Posuisti nos in similitudinem
in nationibus. Quid est in similitudinem.
Quando maledicentes hominem similitudinem
dant de eo quem detestantur? sic moriaris:
sic punaris. Quanta tunc dicta sunt talia
sic crucifigaris: hodieq; non desunt hostes
xpi. illi ipsi uidel: contra quos quando de
fendimus xpm dicunt nob: sic moriaris
quom & ille. Non enim illam mortem timu
issent: nisi eo modo mori uehementer exhor
ruissent: aut quid misterii habet. si intel
ligere potuissent. Cecus quando mungitur:
colliriu in manu medici non uidet. Nam
erux ipsa. & p ipsis plequentib; facta. Inde
sunt postea sanati: & in eum crediderunt
quem ipsi occiderunt. Posuisti nos in similitu
dinem in nationibus: commotionem capitis
in pplis. Commotionem capitis ad insultan
dum. & loquuti sunt labiis: & mouerunt
caput. Hoc domino: hoc omnib; etiam
sanctis eius: quos plequi. quos tenere. quos
illudere. quos tradere. quos affligere.
quos occidere potuerunt. Tota die uerecundia
mea contra me e. & confusio uultus mei oper
me: a uoce exprobrantis & obloquentis. Id e
a uoce insultantium & inimici in obscientium:
qua colo te. qua confiteor te: & inimici in obi
cientium de illo nomine. unde mea oia e
mina delebuntur. A uoce exprobrantis & ob
loquentis: id e contra me loquentis. A facie
inimici & plequentis. Et quis hic intellectus.
Que preterita dicta sunt non in nob fient.
que futura speramus non apparent. Que preterita?
In magna gria eduxisti pplm de egypto: liberas
aplequentib; ducis pgentes: expulsis gentib;
collocatus in regno. Que futura? Educendo
pplm de ista egypto seculi duce xpo appa
rente in gloria sua. ponendi sunt sancti ad
dexteram iniqui ad sinistram: damnandi
iniqui cum diabolo in eterna pena: accipi
endum regnum a xpo. cum sanctis in
sempiternum. Hec futura: illa preterita. In
medio quid? tribulationes. Quare? Ut
appareat animus colentis dm quantum colat
dm: ut uideatur utrum gratis colat dm.
a quo salutem gratis accipit. Si enim dicat
ei deus quid in dedisti ut faciam te. ete si
factus promeruisti me. non me promeruerat
aliquam faciem te: quid dicturi sumus ei
qui primo gratis nos fecit: qui bonus e. non qa
aliquid ab illo meruimus. Itemde de ipsa
reparatione: de secunda natiuitate quid dic
turi sumus? Vita nra fecisse ut nob illa sal
perpetuam mitteret a dno? Absit. Si mita nra
aliquid faciunt: ad damnationem nram
ueniret. Non uenit ille ad inspectionem
meritorum: sed ad remissionem peccatorum.
Non fuisti & factus es: malus fuisti & liberat
es. Quid deo dedisti? Quid non ab eo gratis ac
cepisti? Ideo & gia nominat: qua gratis dat.
Exigitur & agere ut & tu gratis eum colas.
non qua dat temporalia: sed qua pstat
eterna. Ipsa eterna unde ne aliter cogitet: &
cogitando eterna carnaliter? nichominus
dm gratis non colas. Quid enim? Si ideo
colis deum qua dat terram: non eum
culturus es. qua tollit terram? Forte
tu dicis. Ideo eum colam: qua dabit mihi
uillam: non tamen temporalem. Nichilo
minus corruptam adhuc mentem geris.
A more enim casto non colis: adhuc mercedem
expetis. Ea enim uis habere in futuro seculo.

que hic necesse est relinquas. Mutare uis uoluptatem carnalem: non amputare. Non laudatur in illo ieiunium: qui ad luxuriosam cenam seruat uentrem suum. Inuitantur enim aliquando homines ad cenam magnam: et cum ad eam uolunt auide uenire ieiunant. Numquid hoc ieiunium continentie: non potius luxurie deputandum est? Noli ergo talia sperare tibi danda adeo: qualia hic iubet contempnere te. Hec enim sperabant iudei: ideo turbabantur in illa questione. Nam resurrectionem et ipsi sperabant: sed ad tales uoluptates corporis se sperant resurrecturos: quales hic amant. Ideo cum eis proponeretur questio illa a saduceis qui non credunt resurrectionem: de illa muliere que nupsit septem fratribus sibimet succedentibus. cuius eorum in resurrectione erit uxor: deficiebant et respondere non poterant. At uero domino quando est proposita: quia nobis resurrectio talis promittitur. non qua repetantur huiusmodi uoluptates: sed qua eterna de ipso deo gaudia comparentur: respondit dominus et ait. Erratis nescientes scripturas: neque uirtutem dei. In resurrectione autem neque nubunt: neque uxores ducunt. Non enim incipient mori. Id est non ibi queritur successor: ubi non erit decessor. Et quid erit? Sed erunt inquit equales angelis dei. Nisi forte putas quod angeli epulis cotidianis: et uino quo te inebrias gaudeant: aut hoc forte arbitraris quod angeli uxores habeant. Nichil horum est apud angelos. Unde gaudent angeli. nisi unde dominus ait: nescitis quia angeli eorum uident faciem semper patris? Si ergo ad faciem patris gaudent angeli: ad tale gaudium te preparа. Aut si inuenis melius quam uidere faciem dei: ue tali amori tuo. Si uel suspicaris aliquid pulcrius quam est ille a quo est omne pulchrum: quod te teneat: ne illud cogitare merearis. Dominus in carne erat: et apparebat homo hominibus. Qualis apparebat: iam dixi. Homo hominibus. Quid magnum apparebat caro carnis? Quid magnum apparebat de quo dictum est. uidimus eum et non habebat speciem neque decorem? Quis non habebat speciem neque decorem? De quo item dicitur. Speciosus forma prefilijs hominum.

Ut homo non habebat speciem neque decorem: sed speciosus forma ex eo quod est prefilijs hominum. Ideo formam illam de forma carnis ostendens oculis intuentium quid ait? Qui diligit me mandata mea custodit. Et qui diligit me diligetur a patre meo: et ego diligam eum: et ostendam illi me ipsum. Quem uidebant ostensurum se illis promittebat. Sed quid est hoc? Quasi diceret. Uidetis formam serui: occulta est forma dei. Hac uobis blandior: illam uobis seruo. Hac uos paruulos nutrio: illa grandeuos pasco. Ergo ut hec fides nostra qua purgamur: ad inuisibilia preparetur: hoc est quod in intellectum filijs chore facta sunt ista omnia. ut detraherentur sanctis ea que habebant: detraheretur et ipsa uita temporalis. ut non propter hec temporalia colerent illum eternum: sed amore illius casto tolerarent hec omnia que pro tempore patientur. Denique quia hoc intellexerunt filij chore. quid dicunt? Hec omnia uenerunt super nos: et obliti non sumus te. Quid est et obliti non sumus te? Et inique non egimus in testamento tuo. et non recessit retro cor nostrum: et declinasti semitas nostras de uia tua. Ecce est intellectus: quia non recessit retro cor nostrum. quia obliti non sumus te: quia inique non egimus in testamento tuo. Positi in magnis tribulationibus et persecutionibus gentium: declinasti semitas nostras a uia tua. Semite enim nostre erant in uoluptatibus seculi: in prosperitatibus temporalium. Tulisti semitas nostras de uia tua: et ostendisti nobis quam arta et angusta uia est que ducit ad uitam. Et declinasti semitas nostras de uia tua. Quid est declinasti semitas nostras a uia tua? Tamquam dicens nobis. In tribulatione positi estis: multa patimini: multa que amabatis in hoc seculo amisistis: sed non uos dimisi in uia quam angustam uos docui. Latas semitas querebatis. Quid uobis dico? Ac itur: ad uitam sempiternam. Qua uultis ambulare? Ad mortem pergitis. Quam lata et spaciosa uia est que ducit ad interitum: et multi sunt qui ambulant per eam. Quam arta et angusta uia est que ducit ad uitam: et pauci qui ambulant in

illam. Qui sunt pauci? Qui tolerant tribulationes.
qui tolerant temptationes: qui in istis molestiis
omnibus non deficiunt? qui non ad horam gau
dent ad verbum. & in tempore tribulationis tam
quam orto sole arescunt: sed habent radicem carita
tis sicut audiuimus quod modo lectum est in euan
gelio. Radicem inquam caritatis habent: ut
cum sol exortus fuerit non eos urat sed nutriat. Hec
omnia uenerunt super nos & obliti non sumus te:
et inique non egimus in testamento tuo: & non
recessit retro cor nostrum. Sed quia hec omnia inter
tribulationes patimur iam in angusta uia am
bulantes: declinasti semitas nostras de uia tua:
quoniam humiliasti nos in loco infirmitatis. Ergo
exaltabis nos in loco fortitudinis: & cooperuit
nos umbra mortis. Hec enim mortalitas um
bra mortis est: uera mors est dampnatio cum di
abolo. Si obliti sumus nomen dei nostri. Iste est in
tellectus filiorum chore. Et si expandimus
manus nostras ad deum alienum. Nonne deus re
quiret ista? Ipse enim nouit: occulta cordis.
Nouit & requirit. Si nouit occulta cordis: quid
ibi facit? Nonne deus requiret ista? Nouit in
se: requiret propter nos. Et enim ideo requiret
aliquando deus: & dicit sibi innotescere: quod tamen
facit innotescere. Opus suum dicit: non cog
nitionem suam. Dicimus plerumque letus dies:
quando serenus est. Numquid ipse dies gaudet?
Sed gaudentem dicimus: quia gaudentes
nos facit. & dicimus triste celum. Non enim
illius talis sensus in nubibus: sed quia homines uidentes
huiusmodi celi faciem contristantur. Triste dicitur:
quod tristes facit. Sic & deus cognoscere dicitur:
quando cognoscentes facit. Deus dicit ad abra
ham. Nunc cognoui: quia times deum. Ante
non cognouerat? Sed ipse abraham se non cogno
uit: quia in ipsa temptatione ipse sibi inno
tuit. Plerumque enim homo putat se posse quod
non potest: aut putat se non posse quod potest.
Accedit ad illum interrogatio ex diuina dis
pensatione: & per interrogationem notus fit si
bi: & dicitur deus cognouisse quod illum fecit
nosse. Numquid petrus nouerat se: quando
dixit medico: tecum paratus sum usque ad
mortem? Medicus nouerat uena inspecta quid

agetur in egroto: egrotus non nouerat. Venit
accessio temptationis: & probauit medicus sen
tentiam suam: perdidit eger presumptionem
suam. Sic ergo & nouit dominus: & requirit.
Nouit quomodo ipse requirit. Propter te ut tu inue
nias te: & gratias agas ei qui fecit te. Nonne deus
requiret ista? Ipse enim nouit occulta cordis.
Quid est nouit occulta? Que occulta? Quoniam
propter te mortificamur tota die: deputati su
mus uelut oues occisionis. Potes enim uidere
mortificari hominem: quare mortificetur nes
cis. Deus hoc nouit: res in occulto est. Sed dicit
mihi aliquis. Ecce pro nomine christi detinetur: no
men christi confitetur. Quare? Num & heretici
nomen christi confitentur? & non tamen propter ip
sum moriuntur. Prorsus in ipsa ecclesia dicam
catholicos putatis defuisse aut deesse posse:
qui causa humane glorie patientur? Si deessent
huiusmodi homines: non diceret apostolus. Si tradi
dero corpus meum ut ardeam: caritatem
autem non habeam: nichil mihi prodest. Sciebat ergo
posse esse quosdam: qui hoc iactatione face
rent: non dilectione. Ideo obscurum est. Deus
hoc solus uidet: nos non possumus. Ipse so
lus potest iudicare: qui nouit occulta cor
dis. Quoniam propter te mortificamur tota die: de
putati sumus uelut oues occisionis. Ideo dixi
hinc apostolum paulum etiam testimonium po
suisse ad exhortandos martires: ne deficerent
in tribulationibus pro nomine christi susceptis.
Exurge quare obdormis domine? Cui dicit.
et quis dicit? Nonne magis uidetur ille dor
mire. & uela reuelare qui ista dicit: exurge
quare obdormis domine? Respondet tibi.
Noui quid dicam. Scio quia non dormit
qui custodit israel: sed tamen martires clamant.
Exurge quare obdormis domine? O domine
ihesu occisus es. dormisti in passione: iam nobis re
surrexisti. Nouimus enim quia nobis resurrexisti. Gentes quoque nos
persequuntur mortuum te putant: resurrexisse non credunt.
Exurge ergo & illis. Quare dormis? Non nobis.
sed illis. Si enim iam te illi crederent resurrexisse:
numquid eos qui in te credunt persequi pote
rant? Sed quare persequuntur? Dele. occide.
nescio quos: qui crediderunt in nescio quem

male mortuum. Ad hoc eis dormis. Exur-
ge. intelligant quia resurrexisti: & quies-
cant. Denique factum ē. Dum moriuntur
martires: & ista dicunt & dormiunt: & ex-
citant xp̄m uere mortuum. Dormicionibus
eorum surrex̄ xp̄c quodammō in gentibus.
id ē creditus ē resurrexisse. Ita paulatim et
ipsi credendo conuersi ad xp̄m fecerunt. nu-
merum magnum quem timēnt p̄secutores:
et cessauerunt p̄secutiones. Unde? Quia sur-
rexit xp̄c in gentib̄. qui ill̄ non credentibus
ante dormiebat. Exurge domine: & ne re-
pellas usq; in finem. Quare faciem tuam
auertis? Quasi non assis: quasi oblitus sis
nr̄i. Obliuisceris inopiam nostram: & tri-
bulationem nostram. Qm̄ humiliata est in
puluere anima nr̄a. Ubi humiliata ē? In pul-
uere. Id ē puluis nos p̄sequitur. Illi nos p̄secun-
tur: de quib; dixisti. Non sic impij non sic:
s; tamquam puluis quem p̄icit uentus a facie
t̄re. Humiliata ē in puluere anima nr̄a: ad-
hesit in t̄ra uenter nr̄. Penam nimie humili-
tatis m̄ uidetur exp̄ssisse: quia quisq; q̄ndo
p̄sternit se heret in t̄ra uent̄ eius. Quisquis
enim ita humiliatur ut genua figat: adhuc
h̄t quo humilietur. Quisquis autem sic hu-
miliatur ut hereat in t̄ra uent̄ eius: ultra
quo humilietur non h̄t. Si enim ultra uo-
luit: iam non erit humiliare s; obruere.
Hoc ḡ forsitan dixerint nimium humiliati
sumus in hoc puluere: ultra qd̄ humilietur
non habemus: iam si p̄uenit usq; ad sum-
mum humiliatio: ueniat & miseratio. An
forte fr̄s eos plangit ecclā uoce ista. quib; illi
qui p̄sequebantur p̄suaserunt impietatem
ut illi qui p̄durarunt hoc dicant: humilia-
ta ē in puluē anima nr̄a? Id ē int̄ manus
puluis huius. int̄ manus impiorum & p̄seq̄n-
tium humiliata ē anima nr̄a: ad hoc ut te inuo-
caremus: & dares auxilium de tribulatione. Ven-
ter autem nr̄ hesit in t̄ra: id ē consensit impie-
tati puluerisi huius. Hoc ē enim dictum hesit.
Si enim cum diligis & ardes caritate: recte di-
cis deo adhesit anima mea post te. & michi
autem adherere deo bonum ē. tunc autem
adheres deo q̄ndo consentis deo: non sine
causa dictum ē de uentre isto quod hesit in
t̄ra: nisi quia illi significantur qui p̄secutio-
nem non tolerantes. consenserunt iniquis.
Sic enim heserunt in t̄ra. S; quare dicti sunt
uenter? n̄ quia carnales sunt ut os ecclesie
in sanctis sit. in sp̄alib; sit. uent̄ ecclē in car-
nalib; sit? Itaq; os ecclē eminet: uent̄ abscon-
ditus ē: tamquam mollior & infirmior. Hoc
significat quodam loco scriptura: ubi dicit
quidam se accepisse librum: & lib̄ ipse dul-
cis erat inquit in ore meo. & amarus in uentre
meo. Quid ē hoc n̄ quia p̄cepta summa que
accipiunt sp̄ales non capiunt carnales: & de
quib; gaudent sp̄ales contristantur carnales?
Lib̄ iste fr̄s quid h̄t? Uende om̄a que habes:
et da pauperibus. Quam dulcis est: in ore ecclē.
Ab hominib; sp̄alib; factum ē. At u̅ carnali cui-
cumq; dixis fac hoc facilius ate tristis recedit:
sicut diues ille a domino cui dictum ē: uende
omnia que habes. & da pauperibus. Quare autē
tristis recessit: n̄ quia liber ille dulcis est in ore
et in uentre amarus? Dedisti nescio quid
auri & argenti: uentum ē ad hunc articulū
ut p̄das illud forte n̄ aliquod peccatum com-
mittas: n̄ forte iniuriam ingeras ecclē: n̄
blasphemare cogaris. Positus itaq; in angustijs.
aut dampno pecunie: aut dampno iusti-
cie: dicitur t̄. P̄de potius pecuniam: ne p̄das
iusticiam. Tu autem cui n̄ dulcis ē in ore ius-
ticia. si adhuc in illis membris infirmus es.
quales in uentre deputat ecclā. contristatus
eligis aliq̄ndo magis amittē aliquid de iusti-
cia. quam ul̄ nummum de pecunia: & p̄cu-
tis te dampno grauiore: implens sacellum
tuum: exinaniens cor tuum. Fortassis ḡ de
illis dixit: hesit in t̄ra uent̄ nr̄. Exurge do-
mine adiuua nos. & uere km̄i: exsurrexit
et adiuuit. Namq; cum exsurgēt id ē resur-
gēt. & gentib; se innotescēt: cessantib; p̄se-
cutionib; etiam illi qui heserant in terra
eruti sunt de t̄ra: & agentes penitentiam
redditi sunt corpori xp̄i. quamuis infir-
mi: quamuis imp̄fecti: ut complētur in
eis: imp̄fectum meum uiderunt oc̄li tui:

et in libro tuo omnes scribentur. Exurge domine adiuua nos: & redime nos propter nomen tuum. Hoc est gratis. Propter nomen tuum non propter meritum meum: quia tu dignatus es facere: non quia ego dignus sum cui facias. Nam et hoc ipsum quod non sumus obliti te & non recessit retro cor nostrum. quod non expandimus nostras manus ad deum alienum. nisi te adiuuante unde possemus: nisi te intus alloquente et exhortante. non deserente unde ualeremus: Ergo siue pacientes in tribulationibus siue gaudentes in prosperitatibus: redime nos non propter meritum nostrum: sed propter nomen tuum.

In finem pro his qui commutabuntur filiis chore ad intellectum canticum pro dilecto;

Hunc psalmum sicut uobiscum cum exultatione cantauimus: ita nobiscum cum attentione considerentis peto. Cantatur enim de sanctis nuptiis: de sponso & sponsa. de rege & plebe: de saluatore & his qui saluandi sunt. Qui cum ueste nuptiali uenit ad nuptias. gloriam querens sponsi non suam: non solum audit libenter. quod solum etiam esse hominum spectacula querentium non facta exhibentium: sed etiam mandat cordi quod non ibi uacet: sed germinet. erumpnat. crescat: perficiatur: assumatur. Oportet enim nos esse quibus hoc cantetur filios chore: quod habet titulus psalmi. Erant enim isti quidam homines. Veruntamen omnis inscriptio diuinarum litterarum: aliquid innuit intelligentibus: & non tantum auditorem uerum etiam cognitorem desiderat. Interrogamus enim uim hebrei uerbi quid sit chore: & sicut se interpretationes habent omnium uerborum in scriptura positorum: renuntiatur nobis filios chore interpretari filios calui. Quod nomen non ad irrisionem accipiatis. ne inueniamini in sensu puerili: quales pueros legimus in libro regnorum insultantes heliseo sancto prophete: & clamantes post ipsum: ascende calue: ascende calue.

Tales enim pueros stulte garrulos: & in suam perniciem maledicaces: exeuntes de silua bestie comederunt. Hoc scriptum. & ubi sit scriptum: commemorauimus. Qui meminerunt recognoscant: qui non meminerunt legant: qui non legerunt credant. Quod ergo illud factum figurauit in futurum: nos non debet apprehendere. Significati sunt enim in illis pueris stulti homines: habentes signum ignorantie: quales non uult esse nos apostolus ubi dicit. Nolite pueri esse mentibus. & quia dominus inuitauerat nos ad imitationem puerorum. quando ante se paruulum posuit & ait: nisi quis fuerit ut puer iste non intrabit in regnum celorum: ibi quoque apostolus cautus ubi reuocat a mente puerili. uocat rursus ad imitationem puerilem. Nolite inquit pueri effici mentibus: sed malicia paruuli estote: ut mentibus perfecti sitis. Quem delectat imitari puerum: non delectet imperitia: sed innocentia. Illi uero ex imperitia insultabant sancto dei caluo: & clamabant post eum calue calue. Factum est ut a bestiis consumerentur: & figurauerunt homines in eadem mente puerili: stulte irridentes quendam caluum: qui in caluarie loco crucifixus est. Possessi sunt ergo tales uelut a bestiis. Hoc est a demoniis: a diabolo & angelis eius: qui operantur in filios diffidentie. Tales pueri erant: qui ante sacratum lignum stantes: caput agitabant & dicebant. Si filius dei est: descendat de cruce. Huius nos filii sumus: quia filii sponsi sumus: & nobis scriptus est psalmus iste: cuius titulus dicit filiis chore: pro his qui commutabuntur. Quid ergo exponam quid sit. qui commutabuntur? Quid ergo dicam? Hoc omnis mutatus cognoscit. Qui audit hec pro his qui commutabuntur uideat quid erat: & quid nunc sit. & primo ipsum mundum uideat commutatum: nuper adorantem idola. modo adorantem deum: nuper seruientem his que fecit: modo ei a quo factus est. Pro his qui immutabuntur: uidete quomodo dictum sit. Modo iam residui pagani mutata expauescunt. & qui nolunt mutari: uident refertas ecclesias: templa deserta.

hac celebritatem: ibi solitudinem. Miran
tur mutata legant p̄dicta: aurem accom
modent p̄missori: credant exhibitori.
S; unusquisq; nr̄m fr̄s ex uetere homine
in nouum mutatus: ex infideli fidelis
fit. ex raptore largitor: castus ex adul
tero. beneficus ex maleficio. Ergo cante
tur nob̄ p̄ his qui commutabuntur: &
incipiat describi p̄ quem commutati sūt.
Sequitur enim. Pro his qui commutabun
tur filijs chore: in intellectum canticum
p̄ dilecto. Nam dilectus ille uisus ē & a p̄se
cutoribus suis: s; non in intellectum. Si enī
cognouissent: numquam dn̄m glorie
crucifixissent. Ad hunc intellectum alios
oculos ille querebat: cum dicēt. Qui uidet
me: uidet & patrem. Sonet eum iam psal
mus: gaudeamus in nuptijs: & nos erimus
cum his qui fiunt nuptie: qui inuitantur
ad nuptias: & ipsi inuitati sponsa ē. Et enim
sponsa ecclā ē: xp̄c sponsus. Solent dici
ab scolasticis carmina quedam: uxores du
centibus & nubentibus: que uocantur epi
thalamia. Quicquid ibi cantatur: ad ho
norem cantatur sponsi & sponse. An forte
et in nuptijs istis quo inuitati sumus:
thalamus non est: Et unde dicit alius
psalmus. in sole posuit tabnaculum suum:
et ipse tamquam sponsus p̄cedens de tha
lamo suo: Coniunctio nuptialis: ūbum &
caro. Huius coniunctionis thalamus: uir
ginis uterus. Et enim caro ipsa: uerbo con
iuncta. Unde etiam dr̄: iam non duo s;
una caro. Assumpta ē ecclā ex genē huma
no: ut caput esset ecclē ipsa caro uerbo
coniuncta: & ceteri credentes membra
essent illius capitis. Nam uis uidē quis ue
nit ad nuptias: In p̄ncipio erat ūbum. &
ūbum erat apud deum: & deus erat ūbū.
Gaudeat sponsa: amata a deo. Quando
amata: Dum adhuc feda. Omnes enim
peccauerunt ait apl̄s: & egent gloria dei.
Et iterum. Et enim xp̄c: p̄ impijs mortuus
est. Amata est feda: ne remaneret feda.
Non enim uera feda amata est: quia non
feditas amata est. Nam si hoc amaret.
hoc seruaret. Euitit feditatem: formauit
pulcritudinem. Ad qualem uenit: & qualē
facit: Ueniat iam ipse in ūbis p̄pheticis.
ecce ipse sponsus p̄cedat nob̄. Amemus
illum: aut si inuenimus in eo aliquid fedi
non amemus. Ecce ipse inuenit multa fe
da: & amauit nos. Si aliquid fedi inueni
mus in eo: non amemus. Quia & hoc ipsū
quod carne indutus est: ut de illo etiam
dicētur. uidimus eum & non habebat spe
ciem neq; decorem: si considēmus miseri
cordiam qua factum est & ubi pulcher ē.
s; iudeorum p̄sonam gerebat p̄pha cum
dicēt: uidimus eum & n̄ habebat spe
ciem: neq; decorem. Quare: Quia non
in intellectum. Intelligentibus autem & uer
bum caro factum ē: magna pulchritudo.
Michi autem absit gloriari: dixit unus
amicorum sponsi: n̄ in cruce domini nr̄i
ih̄u xp̄i. Parum est ut non inde erubes
cas: nisi etiam glorieris. Quare g̊ non
habuit speciem neq; decorem: Quia xp̄c
crucifixus. iudeis scandalum: gentibus
stulticia. Quare autem & in cruce ha
buit decorem: Quia quod stultū est dei:
sapientius est quam homines: & quod
infirmum ē dei. fortius ē quam homines.
Nob̄ iam credentibus: ubiq; sponsus
pulcher occurrat. Pulcher deus ūbum
apud deum: pulcher in utero uirginis
ubi non amisit diuinitatem & sumpsit
humanitatem: pulcher natus infans
ūbum: quia cum esset infans. cum
suggēt. cum manibus portaretur. celi
loquuti sunt. angli laudes dixerunt:
magos stella direxit: adoratus ē in p̄se
pio cibaria mansuetorum. Pulcher g̊ in
celo: pulcher in t̄ra: pulcher in manibus
parentum. pulcher in ultero: pulcher
in miracul̄: pulcher in flagell̄. Pulcher
inuitans ad uitam: pulcher non curans
mortem. Pulcher deponens animam:
pulcher recipiens. Pulcher in ligno
pulcher in sepulchro: pulcher in celo:

pulcher in intellectum. Audite canticum: neq; oculos vr̄os ab splendore pulc̄tudinis illius: auertat carnis infirmitas. Summa & uera pulc̄tudo: iusticia est. Ibi illum non uidebis pulchrum: ubi deprehenderis iniustum. Si ubiq; iustus: ubiq; decorus. Ueniat g̊ nob̄ inspiciendus oculis mentis: descriptus a quodam laudatore suo ꝓpheta.

## Psalmus quadragesimus quartus.

Eructauit cor meum ūbum bonum. Quis dicit? Pater an ꝓpha? Intellexerunt enim quidam patris ꝑsonam dicentis: eructauit cor meum ūbum bonum: commendantis nob̄ natiuitatem quandam ineffabilem: ne forte tu putares aliquid assumptum unde filium generaret d̄s. quemadmodum homo sibi assumit aliquid unde genēt filios. coniugium scil̄: sine quo homo prolem ꝓcreare n̄ potest. Ne g̊ putares aliquo coniugio indiguisse d̄m unde filium generaret: eructauit inquit cor meum ūbum bonum. Hodie cor tuum o homo genāt consilium: nec querit uxorem. P̄ consilium natum ex corde tuo edificas aliquid: & illa fabrica antequam stet in ope stat in consilio: & est iam quod facturus es. in eo ꝑ qd̄ facturꝰ es: & laudas fabricam nondum existentem in specie edificij. s; in prolatione consilij. Nec laudat aliquis consilium tuum: n̄ aut indicauerīs: aut uidīt quod fecisti. Ergo si ꝑ ūbum omnia & ūbum de deo: inspice fabricam factam ꝑ ūbum: & ex isto edificio mirare consilium. Quale ūbum ē ꝑ quod factum ē celum & t̄ra: omnis ornatus celi. omnis fecunditas t̄re: diffusio maris. distensio aeris: fulgor syderum claritas sol̄ et lune. Videntur hec. Transcende & h̄. cogita angelos. p̄ncipatꝰ sedes dn̄ationes. potestates: omnia ꝑ ipsum facta sunt. Unde g̊ ista bona facta s̄t: Qa eructuatū ē ꝑ qd̄ fiēnt ūbū bon̄. Ergo ūbū bon̄. & ipsi ūbo dictū ē. Magist̄ bone. Et ipsū ūbū respondit. Qd me int̄rogas de bono? Nemo bonus: n̄ unus d̄s. dictū ē magist̄ bone: & dic̄. Qd me int̄rogas de bono? Nemo bonus: n̄ unus d̄s. Quomodo g̊ & ipse bonus: nisi quia deus? Non solum autem d̄s: s; cum patre unus deus. Non enim dicendo. nemo bonus n̄ unus deus discreuit se: s; uniuit. Eructauit cor meum ūbum bonum. Dixerit hoc pat̄ de ūbo suo bono: atq; beneficio bono nr̄o: ꝑ qd̄ solum bonum utcumq; boni esse possumus. Sequitur. Dico ego opa mea regi. Adhuc pater loquitur. Si adhuc pat̄ loquitur: queramus & hoc. quom̄ scd̄m fidem ueram catholicam intelligamus. Dico ego opa mea regi Si enim pat̄ dicit opa sua filio suo: regi nr̄o dicit. Que opa pat̄ dicturus ē filio: cum omnia opa patris ꝑ filium facta sunt? An forte dico ego opa mea regi: ipsum dico genātionem filij significat? Uereor. ne hoc aliquanto atardioribꝫ n̄ possit intelligi. Ueruntam̄ dicam. Sequatur qui potest. ne non dicto: non sequatur & qui potest. Legimus in alio psalmo dictum: semel locutus ē deus. Tociens locutus ē ꝑ ꝓphas. tociens ꝑ aplos: hodieq; loquitur ꝑ sanctos suos: et ait semel locutus ē deus. Unde semel locutus ē nisi ꝓpter ūbum bonum? Si autē eructauit cor meum ūbum bonum intelleximus ibi generationem filij: ueluti repeticio m̄ uidetur facta in consequenti sentencia: ut illud quod dictum erat eructauit cor meum ūbum bonum. repeteretur in eo qd̄ ait dico. Quid ē enim dico? Uerbū ꝓfero. & unde ꝓfert deus ūbum. n̄ ex corde suo: ex intimo suo? Tu non dicis n̄ qd̄ ex corde tuo ꝓfers ūbum tuum qd̄ sonat & transit aliunde non ꝓfertur: & miraris quia ita dicit deus? S; dicere dei ēternum ē. Tu dicis aliquid m̄. qui tacebas pauloante: ut ecce nunc nondum ūbum ꝓfers. Cum autem ꝓferre cepis rumpis silentium quodam m̄: et generas ūbum qd̄ antea non erat. Non sic deus genuit ūbum. Dicere dei sine initio ē & sine fine: & tamen unum ūbum dicit. Dicat alterum: si qd̄ dixit transierit. Cum ū & a quo d̄r manet & quod dicitꝰ manet: & semel dicitur & non finitur.

et ipsum semel sine initio dr̄. nec bis dr̄ quod
non transit quod semel dr̄. Hoc ē g̊ eructauit
cor meum ūbum bonum. quod ē dico ego opa
mea regi. Quare g̊ opa mea dico? Quia in ipso
ūbo omnia opa dei. Quicquid enim facturꝰ
erat deus in creatura. iam in ūbo erat. Nec
esset in rebꝫ n̄ esset in ūbo. quom̄ & in te n̄
esset in fabrica n̄ esset in consilio. sicut in
euuangl̄io dr̄. Quod factum est. in illo uita
erat. Ergo erat quod factum ē. s; in ūbo erat.
Et omnia opa dī ibi erant. & opa nondum
erant. S; ūbum erat. & ūbum hoc ds̄ erat.
et apud deum erat. & filius dei erat. &
cum patre unus deus erat. Dico ego opa mea
regi. Audiat dicentem qui ūbum intelligit.
et uideat cum patre sempit̄num ūbum. in
quo sunt etiam que futura sunt. in quo n̄
abierunt. & que transierunt. Hec opa dī
in ūbo. tamquam in ūbo. tamquam in
unigenito. tamquam in dei ūbo. Quid g̊
sequitur? Lingua mea calamus scribe. uelo
citer scribentis. Quid simile fr̄s mei? quid h̄t
simile lingua dei cum calamo scribe? Quid
habet simile petra cum xp̄o? Quid h̄t simile
agnus cum saluatore? Quid h̄t simile leo?
cum unigeniti fortitudine? Dicta sunt hec
tamen & n̄ dicentur non aliquom̄ p h̄ uisibilia
ad inuisibilem informaremur. Sic g̊ humilē
similitudinem calami huius nec comparemꝰ
illi excellentie. nec tamen respuamus. Quero
enim. quare linguam suam calamum dixit
esse scribe uelocit̄ scribentis. Aut ū quantum
uis uelocit̄ scribat scriba. comparatur illi uelo
citati de qua dicit alius psalmus. usq; in ue
locitate currit ūbum eius? S; m̄ uidetur
quantum audet humana intelligentia.
ad hoc accipi posse ex psona patris dictum
lingua mea calamus scribe. quia quod lin
gua dr̄ sonat & transit. quod scribitur ma
net. Cum g̊ dicat deus ūbum. & ūbum
quod dr̄ non sonet & transeat. s; & dicatur
& maneat. scriptis hoc maluit deus compare
quam sonis. Quod autem addit uelociter
scribentis. impulit mentem ad intelligen
tiam. s; non pigra remaneat. respiciendo

antiquarios. aut respiciendo quales libet s;
ueloces notarios. Si autem hoc attenderit.
remanebit ibi. Ipsum uelocit̄ cogita uelo
citer. & uideat quare dictum sit uelociter.
Velociter dī tale ē. ut uelocius nichil sit.
In scriptis enim scribitur littera post litteram
sillaba post sillabam. ūbum post ūbum. nec
ad secundum transitur n̄ p̄mo prescripto.
Ibi autem nichil uelocius. ubi non multa
sunt ūba. nec tamen aliquid p̄termissum
ē. cum in uno sint omnia. Ecce iam uer
bum illud sic platum eternum ab eterno
coeternum. ueniet sponsus. Speciosus for
ma p̄ filijs hominum. Pre filijs hominum
quare? & non p̄ angelis? Quid uoluit dicē
pre filijs hominum? n̄ quia homo? Ne ho
minem xp̄m quemlibet hominem putares.
ait p̄ filijs hominum speciosus forma. Etiā
homo p̄ filijs hominum. etiam int̄ filios
hominum p̄ filijs hominum. etiam ex filijs
hominum. p̄ filijs hominum. Diffusa est
gr̄a in labijs tuis. Lex p moysen data est.
gr̄a & ueritas p ih̄m xp̄m facta ē. Diffusa ē
gr̄a in labijs tuis. Merito m̄ subuentum ē.
quia condelector legi dei sc̄dm interiorem
hominem. s; alia lex in menbris meis repug
nat legi mentis mee. & captiuum me du
cit in lege peccati que ē in menbris meis.
Miser ego homo. quis me libabit de cor
pore mortis huius? Gr̄a dī p ih̄m xp̄m
dn̄m nr̄m. Diffusa ē g̊ gr̄a in labijs tuis.
Venit nobcum ūbo gr̄e dei. cum osculo gr̄e.
Quid ista gr̄a dulcius? Quo ptinet ista
gr̄a? Beati quorum remisse sunt iniquita
tes. & quorum tecta sunt peccata. Si se
uerus iudex ueniret. nec afferret istam gra
tiam diffusam in labijs suis. quis de salute
aliquid sparet? Quis non sibi hoc timeret?
quod peccatori debebatur? Ille ueniens cū
gr̄a non exegit quod debebatur. soluit
qd̄ non debebat. Non enim non peccator
debebat mortem. Aut ū t̄ peccatori de
bebatur n̄ supplicium? Debita tua dimi
sit. & indebita sua exsoluit. Magna gr̄a.
Quare gr̄a? Quia gratis datur. Propterea t̄

agere grãs licet: referre non licet. Non enim
potes. Quẽbat ille quid retribuẽt: & dixit.
Quid retribuam domino ꝑ omnib; que retri
buit m̃: & inuenit quasi aliquid. Calicem
salutaris accipiam: & nomen domini inuo
cabo: Hoc illi rependis quia calicem saluta
ris accipis: & nomen domini inuocas: Quis
tibi dedit ipsum calicem salutarem? Re
mansit in actione grãrum: nam in relatione
defecit. Inueni quid dõ des. quod ab illo non
accepis: & retuleris grãm. S; caue nedum
queris quid illi retribuas: quod ab illo non acce
pis inuenias: s; peccatum tuum. Hoc plane ab
illo non accepisti: s; nec ei dare debes. Hoc de
derunt iudei: retribuerunt mala ꝑ bonis.
Acceperunt ab eo pluuiam: & fructum non de
derunt: s; spinas dolorum. Ergo bonum
quicquid uolueris in te dare deo: non te in
uenis accepisse n̄ a dõ. Ipsa ẽ grã dei diffusa
in labiis. Fecit te: gratis te fecit. Non enim
erat cui p̃staret: antequam faceret. Perie
ras quesiuit te: inuentum reuocauit te. Pre
terita non imputauit: futura ꝓmisit. Vere
diffusa ẽ grã in labiis eius. Propterea inquit
benedixit te ds̃ in ęt̃num. Laboratur ut hoc
possit intelligi: adhuc a patre deo dici.
Propterea benedixit te deus in ęternum.
Accommodatius uidetur hoc accipi: ex
ꝑsona ꝓphete. & mutationes ꝑsonarum repen
tine & omnino ex improuiso inueniuntur in
sanctis scripturarum libris: & si quis auertat
plene sunt pagine diuine. Domine liba me
a labiis iniquis: & a lingua dolosa. & statim.
Quid detur t̃ aut quid apponatur t̃ aduersus
linguam subdolam? Alia illic ꝑsona erat: alia
hic. Ibi petentis: hic subuenientis. Sagitte
potentis acute: cum carbonib; uastatoriis.
Alia ꝑsona est quid detur tibi: alia hoc detur
tibi. & in consequentib; fit alia. Heu me quod
incolatus meus longinquus factus est. Et in pau
cis u̇sib; tam crebra mutatio ꝑsonarum: in
tellectum ammonet. Non exp̃mit locum ubi
mutatur: non dicitur hoc dixit homo:
hoc dixit deus. S; ex ipsis u̇bis fit nobis in
telligere quid ad hominem ꝑtineat: quid
ad deum. Homo autem dicebat. Eructauit
cor meum u̇bum bonum: dico ego opa mea
regi. Homo dicebat: ille dicebat qui scripsit
psalmum: s; ex ꝑsona dei dicebat. Incipit
dicere & ex sua. Propterea quia benedixit
te deus in ęt̃num. Dixãt enim deus. diffusa ẽ
grã in labiis tuis ei quem fecerat speciosum
p̃ filiis hominum: & iam hominem quem
deum ante omnia p̃tulerat ęt̃nus ęt̃num
coęt̃num. Impletus ẽ g̃ iste ꝓpha gaudio q̃
dam ineffabili: & attendens quid ds̃ pater
de filio suo homini reuelauit: qui potuit
dicẽ ista ex ꝑsona dei potuit & ex sua: ꝓp
terea inquit benedixit te ds̃ in ęt̃num.
Quare? Propt̃ grãm. Illa enim grã quo
ꝑtinet? Ad regnum cęlorum. Primum enim
testamentum t̃ram ꝓmiserat. & aliud fuit p̃
mium: ut ꝓmissio sub lege positorum: aliud
sub grã. Terra chananeorum iudeis sub lege
positis: regnum cęlorum xp̃ianis sub gratia
positis. Itaq; quod ꝑtinebat ad eos qui sub le
ge erant positi regnum: t̃ra illa transiit. Reg
num cęlorum quod ꝑtinet sub grã positis: n̄
transiit. Propterea hic benedixit te deus n̄
ad tempus: s; in ęt̃num. Non defuerunt
qui omnia etiam supiora u̇ba ex ꝓphete
ꝑsona accipi mallent: & hoc qd̃ dictum ẽ
eructauit cor meum u̇bum bonum: ex
ꝓpha uoluerunt intelligi: ueluti dicentẽ
hymnum. Quisquis enim dicit hymnũ
dõ: eructat cor eius u̇bum bonum: q̃m
qui blasphemat deum eructat cor eius u̇
bum malum: ut & illud qd̃ adiunctum ẽ
dico ego opa mea regi: significare uoluit
summum hominis opus non esse n̄ deum
laudare. Illius est specie sua placere t̃: ad te
ꝑtinet eum in grãrum actione laudare. Opa
tua si non fuerint laus dei: incipis te ipsum
amare: & ꝑtinebis ad illos de quib; dicit
apls̃. erunt enim homines se ipsos amantes.
Displice tu tibi & placeat t̃ qui te fecit:
quia in eo t̃ displices quod in te ipse fecisti.
Opus g̃ tuum sit laus dei: eructuet cor
tuum u̇bum bonum. Dic g̃ opa tua regi:
quia & ut diceres rex fecit: & ipse donauit

quod offeras. Redde illi de suo: ne uelis ac
cepta parte patrimonii tui ire longius prodige.
et perdere in meretrices: & porcos pascere. Hoc
recordamini ex euuangelio: sed iam de nobis dic
tum est mortuus erat & reuixit. perierat &
inuentus est. Et quod dictum est lingua mea
calamus scribe uelociter scribentis: non defuerunt
qui intelligerent prophetam ea dixisse que scri
beret: & ideo linguam suam calamo scribe
comparasse. Velociter autem scribentis uoluisse
dicere: ut significaret ea se scribere que uelociter
uentura erant: ut uelociter scribere: uelocia
scribere intelligatur: id est scribere non tarda
tura. Non enim tardauit deus exhibere
xpm. Quam cito euolutum sentitur: quod
pactum agnoscitur. Recordare generationes
ante te: inuenis adam tamquam hesterna
die factum. Ita gesta legimus omnia ab
ipso principio. Ergo uelociter facta sunt: ue
lociter erit & dies iudicii. Preueni uelocitatem
ipsius. Velociter ueniet: uelocius tu mutare.
Aderit facies iudicis: sed uide quid dicit propheta.
Preueniamus faciem eius in confessione. Dif
fusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit
te deus in eternum. Accingere gladio tuo cir
ca femur tuum: potentissime. Gladium tuum
quid. nisi uerbum tuum? Ille gladio strauit ini
micos: illo gladio diuisit filium a patre:
filiam a matre: nurum a socru. Legimus hec
in euuangelio. Non ueni pacem mittere: sed gla
dium. Et erunt in una domo quinque diuisi ad
uersus se. duo aduersus tres. & tres aduersus duos
erunt diuisi: id est filius aduersus patrem: fi
lia aduersus matrem: nurus aduersus socrum
suam. Hec diuisio quo gladio facta est. nisi
quem xpc attulit? Et reuera fratres: etiam coti
dianis exemplis uidemus hec. Placet iuueni
alicui seruire deo: displicet patri: diuisi sunt
aduersus se. Ille promittit terrenam hereditatem
ille amat celestem. Aliud iste pollicetur: ali
ud ille eligit. Non sibi putet pater factam
iniuriam: deus solus illi prefertur: & tamen
litigat cum filio uolente seruire deo. Sed for
tior est ille gladius spiritualis separans: quam co
pulans natura carnalis. Fit hoc & de filia ad
uersus matrem: multo magis & de nuru aduer
sus socrum. Nam aliquando in una domo
nurus & socrus inueniuntur: heretica & ca
tholica. Et ubi fortiter recipitur iste gladius:
rebaptizationem non timemus. Potuit diui
di filia aduersus matrem suam: & non potest
nurus aduersus socrum suam? Factum hoc
generaliter etiam in genere humano. Diuisus
est filius aduersus patrem. Fuimus enim ali
quando filii diaboli: adhuc infidelibus dic
tum est. Vos a patre diabolo estis. Et omnis
infidelitas nostra unde: nisi a patre diabolo.
Non ille creando pater: sed nos illum imitan
do filii. Iam modo uidetis filium diuisum:
aduersus patrem. Venit gladius ille: renun
ciat diabolo. Inuenit alium patrem: in
uenit aliam matrem. Ille ad imitationem se
prebens. generabat in exitium: parentes
nos quos inuenimus in uitam eternam gene
rant. Diuisus est filius aduersus patrem: diui
sa est filia aduersus matrem suam. plebs illa
que de iudeis credidit diuisa est aduersus syna
gogam: diuisa est & nurus aduersus socrum suam.
Plebs de gentibus ueniens nurus dicitur: quia
sponsus xpc filius synagoge. Unde enim
natus est filius dei secundum carnem? Ex illa
synagoga. Ille dimisit patrem & matrem
et adhesit uxori sue: ut essent duo in car
ne una: non coniectura nostra. sed attestante
apostolo & dicente. Sacramentum hoc magnum
est. Ego autem dico in xpo & in ecclesia. Dimi
sit enim patrem quodammodo. Non omnino
dimisit ueluti ad separationem: sed ad sus
ceptionem humane carnis. Quomodo di
misit? Quia cum esset in forma dei: non
rapinam arbitratus est esse se equalem deo:
sed semet ipsum exinaniuit formam serui ac
cipiens. Quomodo dimisit & matrem iude
orum gentem synagogam illam: heren
tem ueteribus sacramentis? Ad ipsam fi
guram pertinet quod ait. Que mater est mihi
aut qui fratres? Ille enim intus docebat: illi
foris stabant. Videte si non modo ita sunt
iudei. Docet xpc in ecclesia: illi foris stant.
Socrus ergo quid est? Mater sponsi. Mater

sponsi domini nostri ihu xpi: synagoga est.
Proinde nurus eius ecclia: que ueniens de gen
tib: non consensit in circumcisionem carna
lem: diuisa ē aduersus socrum suam. Accingē
gladium tuum. De potentia huius gladij
loquebamur cum ista dicēmus: accingē gla
dium tuum sermonem tuum: circa femur
potentissime. Circa femur hns gladium. Quid
est circa femur: Quid significat de femore.
Carnem. Vnde illud ē. Non deficiet pnceps
ex iuda: & dixit de femorib: eius. Et ipse abra
ham cui pmissum erat semen in quo bene
dicēntur omnes gentes: quando misit seruū
suum ad querendam & ducendam yxorem fi
lio suo. unde ueniret illud semen sanctum in
quo benedicēntur oms gentes: fidem tenens
in illa ueluti humilitate seminis ēē magnitudi
nem nominis: id ē filium dei uenturum ex
filijs hominum p semen abrahe: fecit ipsum
seruum suum quem mittebat ita sibi iurare.
Pone inquit manum tuam sub femore meo:
et sic iura. Quasi dicēt. Pone manum ad alta
re: aut ad euuangelium. aut ad pphetam.
aut ad aliquid sanctum. Sub femore meo
inquit pone manum hns fiduciam: nec re
uerens turpitudinem: sz intelligens uerita
tem. Proptā accingere gladium tuum circa
femur: potentissime. Potentissime etiam
circa femur quia quod infirmum est dei for
tius ē hominibus. Potentissime. Specie tua
& pulcritudine tua. Iusticiam accipe: qua
semp ē speciosus & pulcher. Et intende prospe
procede & regna. Nonne uidemus: Certe
iam factum ē. Attende orbem trarum. Inten
dit prospe: pcessit & regnat. Subdite sunt
omnes gentes. Quid erat illud uidē in spu:
Quod nunc ē expiri in uitate. Quando di
cebantur hec. nondum ita regnabat xpc:
nondum intenderat: nondum processerat.
Predicabantur: exhibita sunt. Iam ea tenea
mus. In multis redditorem habemus deum:
in paucis debitorem. Intende pspe procede &
regna. Propt uitatem & mansuetudinem &
iusticiam. Reddita ē uitas: quando de tra
orta ē uitas. Presentatus ē xpc expectationi

generis humani: ut in semine abrahe bene
rin dicēntur oms gentes. Predicatum ē eu
uanglium: uitas ē. Quid mansuetudo:
Passi sunt martires: & inde multum pcessit:
et pmouit p omnes gentes regnum dei: quia
patiebantur martires: nec deficiebant. nec
resistebant: dicentes omnia: nichil occultan
tes parati ad omnia: nichil recusantes. Mag
na mansuetudo. Corpus xpi hoc fec: in capite
suo didicit. Ille prior sicut ouis ad uictimam
ductus ē. & sicut agnus coram tondente se n
apuit os suum: usq; adeo mansuetus: ut
pendens in cruce dicēt. Pat ignosce illis: quia
nesciunt quid faciunt. Quid ppt iusticiam:
Veniet etiam ut iudicet: & retribuat unicu
iq; sedm opa sua. Dixit uitatem ptulit man
suetudinem: ptulit iniquitatem: allaturus
ē equitatem. Et deducet te mirabilit dexte
ra tua. Nos dextera ipsius: ipse dextera sua.
Ille enim deus: nos homines. Dextera sua de
ductus ē: id ē potentia sua. Et enim potentiā
quam pat ht. ht & ipse: & immortalitatem
patris ht & ipse. Diuinitatem patris habet:
eternitatem patris ht: uirtutem patris ht.
Deducet eum mirabilit dextera eius: faciens
diuina. patiens humana: malicias homi
num sternens bonitate sua. Adhuc deducitur.
Et ubi nondum ē: dextā eius deducet eū.
Hoc enim eum ducit: quod ipse donauit
sanctis suis. Deducet te mirabilit dextera tua.
Sagitte tue acute potentissime: uba cor
transfigentia: amorem excitantia. Vnde
dicitur in canticis canticorum: quoniam
uulnerata caritate ego sum. Dicit enim uul
nerata caritate ego sum. Dicit enim uulne
ratam se ēē caritate: id ē amare se dicit.
estuare se dicit suspirare sponso: unde ac
cepit sagittam ubi. Sagitte tue acute po
tentissime: & transfigentes & efficientes
acute potentissime: ppli sub te cadent.
Qui ceciderunt: Qui pcussi sunt: & ceci
derunt. Populos uidemus subditos xpo:
cadentes non uidemus. Exponit ubi cadent.
In corde. Vbi se erigebant aduersus xpm:
ibi cadent ante xpm. Blasphemabat saulus

xp̄m : erectus erat. Supplicabat xp̄o : ceci-
dit. ꝓstratus ē. Occisus est inimicus xp̄i :
ut uiuat discipulus xp̄i. De celo emissa
sagitta : corde ꝑcussus ē saulus nondum pau-
lus. Adhuc saulus : adhuc erectus : nondum
ꝓstratus. Accepit sagittam : cecidit in corde.
Non enim quando ꝓstratus ē in facie ibi ce-
cidit : ꝫ ubi ait. Domine quid me iubes facē?
Modo ibas ad xanos alligandos & ꝑducendos ad
penam : & m̄o dicis xp̄o quid me iubes facere?
O sagittam acutam potentissimam. qua accepta
cecidit saulus : ut esset paulus. & ille ita. Populi
sub te cadent. Gentes attendite : eas uidete sub-
ditas xp̄o. Ergo ꝑpli sub te cadent : in corde
inimicorum regis. Hoc ē in corde inimicorum
tuorum. Ipsum enim appellat regem : ipsum
nouit regem. Populi sub te cadent : in corda ini-
micorum regis. Inimici erant : acceperunt sagit-
tas tuas : ceciderunt ante te. Ex inimicis amici facti
sunt. Inimici mortui sunt : amici uiuunt. Hoc
ē ꝑ his : qui immutabuntur. Querimus intelli-
gere uba singula : uersus singulos. Ita tamen que-
rimus : ut de xp̄o dici nemo dubitet. Popli
sub te cadent in corda inimicorum regis. Se-
des tua ds̄ in secula seculorum : quia benedi-
xit te deus in eternum : ꝓpter diffusam grām in
labiis tuis. Erat autem sedes regni iudaici
temporalis ꝑtinens ad eos qui sub lege erant :
non ad eos qui sub gra erant. Uenit ille ut li-
beraret eos qui sub lege erant : & sub gra constitu-
eret. & sedes huius in secula seculorum. Quare?
Quia sedes illa pma : regni temporalis fuit.
Unde nunc sedes in secula seculorum. Quare?
Quia dei sedes tua deus in secula seculorum.
O eternitas diuinitatis. Non enim posset deus :
sedem habē temporalem. Sedes tua deus in se-
cula seculorum : uirga directionis uirga regni
tui. Directionis uirga ē : que dirigit homines.
Curui erant : distorti erant : sibi regnare
cupiebant : se amabant : facta sua mala dilige-
bant : non uoluntatem suam dō subdebant :
ꝫ uoluntatem dī ad suas concupiscentias flectē
uolebant. Irascitur enim peccator & iniquus
plerumq; dō quia non pluit : & non uult
sibi deum irasci quia fluit. & ad hoc ꝓpe mo-
dum sedent cotidie homines : ut disputent
contra deum. Hoc facē debuit : hoc bene fe-
cit. Tu uidelicet uides quod facias : ille nescit?
Distortus tu es : ille rectus est. Distortum ad rec-
tum quando coniungis : cum liniari n̄ potest :
tamquam si in pauimento equali ponas lignū
curuum non adiungitur non coheret. non
coaptatur. Pauimentum ubiq; equale ē. ꝫ illud
curuum ē : non coaptatur equali. Ergo dei
uoluntas equalis ē : uia tua curua ē. Propter
tibi curua uidetur illa : quia tu illi coaptari
non potes. Dirigē ad illam : tene illam : non
uelis illam curuare ad te. quia non potes.
Frustra conaris : illa semꝑ directa ē. Uis illi he-
rere? Corrigere. Erit uirga ipsius qui te regit :
uirga directionis. Inde & rex a regendo dicitur.
Non autem regit : qui non corrigit. Ad hoc est
rex n̄r : rectorum rex. Quom̄o & sacdos ad sanc-
tificandos nos : ita & rex ad regendos nos. Sꝫ
quid ait alio loco? Cum sancto sanctus eris.
et cum uiro innocente innocens eris : & cum
electo electus eris. & cum ꝑuerso ꝑuersus eris.
Non quia ꝑuersus deus : ꝫ quia ꝑuersi ꝑuersum
eum putant. Placet t̄ bonum : bonus est ds̄.
Displicet t̄ : quia paruus ē deus. Curuus ē ad
te deus : tua curuatura facit hec. Nam illius
rectitudo semꝑ manet. Audi in alio psalmo.
Quam bonus deus isrl̄ : rectis corde. Uirga
directionis uirga regni tui. Dilexisti iusticiam :
et odisti iniquitatem. Uide uirgam directio-
nis : dilexisti iusticiam & odisti iniquitatem.
Accede ad istā uirgam. sit t̄ rex xp̄c : regat
te uirga ista ne frangat te. Uirga enim ferrea
est : illa inflexibilis. & quid dictum est? Re-
ges eos in uirga ferrea : & tamquam uas fi-
guli conteres eos. Alios regit : alios conterit.
Regit spūales : conterit carnales. Ergo ac-
cede ad istam uirgam. Quid in ea times?
Hec est tuta uita. Dilexisti iusticiam : & odisti
iniquitatem. Quid times? Sꝫ forte iniquus
eras. Audis enim regem tuum quia odit
iniquitatem : & times. Est quod facias. Qui
odit iniquitatem : numquid te? Sꝫ in te ē
iniquitas. Odit illam deus : oderis & tu : &
unam rem ambo oderitis. Eris enim deo

amicus: si odisti quod odit. Ita & amabis qđ amat: si displiceat in te ipso ꝺ iniquitas tua: et placeat creatura ipsius. Homo es enim iniquus. Duo dixi nomina: homo & iniquus. In istis duobꝫ nominibꝰ unum ꝺ nature: alterum culpe. Unum ꝺ deus fecit: alterum tu fecisti. Ama quod deus fecit: odieris qđ tu fecisti: quia & ipse hoc odit. Vide quoꝰ tam illi incipias communicare: cum odisti quod odit. Peccatum punitorus est: quia virga directionis ẽ. virga regni ipsius. Vt non punat peccatum: non potest. Puniendum est peccatum. Si puniendum non esset: nec peccatum esset. Preuenit illum. Non uis ut ipse punat: tu pun. Ideo enim adhuc ipse parcit. differt. tenet manum: ut cum intendit: hoc ẽ punas. Quamdiu tantum ferturum se: si noluerit ferire. Differt g manum a peccatis tuis: tu noli differre. Conuerte te ad punienda peccata tua: quia impunita esse peccata non possunt. Puniendum g erit: aut ate: aut ab ipso deo. Tu agnosce: ut ille cognoscat. Attende exemplum in illo psalmo penitentie. Auerte faciem tuam a peccatis meis. Numquid dixit ame? Alio enim loco apte dicit. Ne auertas faciem tuam ame. Ergo aute a peccatis meis: nolo uideas peccata mea. quia uidẽ dei animaduertere ẽ: id ẽ animum illuc aduertere. Ido & iudex quod punit animaduertere dr. id ẽ animum illuc aduertere: intendẽ utiq; ad puniendum quia iudex ẽ: sic est & iudex ds. Auerte faciem tuam a peccatis meis. Tu ab ipsis faciem noli auertere: si uult ut deus ab ipsius auertat faciem suam. Vide quoꝰ hoc offert deo in ipso psalmo. Iniquitatem meam ego agnosco: & peccatum meum ante me ẽ semp. Hoc non uult esse ante dñm: quod uult esse ante se. Virga directionis virga regni tui. Nemo sibi multum de misericordia dei blandiatur: virga directionis ẽ. Numquid dicimus non esse misericordem deum? Quid misericordius eo qui parcit tantum peccatoribus? eo quod in omnibus consilit ad se non curat preterita? Sic eum diligc misericordem: ut uelis esse ueracem. Non enim misericordia potest illi auferre iustitiam: neq; iustitia misericordiam. Interim quamdiu ille differt: tu noli differre. qm̃ virga directionis virga regni ipsius. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem: propterea unxit te deus deus tuus. Propterea te unxit: ut diligeres iustitiam: & odires iniquitatem. Et unde quoꝰ ait. Propterea unxit te ds ds tuus. Ita deus: unxit te deus tuus. Deus ungitur a deo. Et enim in latino putatur idem esse nomen repetitum. In gr̃co autem euidentissima distinctio ẽ. quia unum nomen ẽ quod compellatur: & alterum ab eo qui compellat. Unxit te deus. O tu deus: unxit te deus tuus. Quomodo si diceret propterea unxit te o tu deus: ds tuus. Sic accipite: sic intelligite: sic in gr̃co euidentissimum ẽ. Ergo quis ẽ deus unctus a deo? Dicant nobꝭ iudei. Scripture iste communes sunt. Unctus deus est a deo. Unctum audis. xp̃m intellige. Et enim xp̃s a&lcirc;latur. Hoc nomen quod appellatur xp̃s: unctionis ẽ. Nec in aliquo alibi ungebantur reges & sacerdotes: ñ in illo regno ubi xp̃s prophetabatur: & unde uenturum erat xp̃i nomen. Vsquam ẽ alibi omnino. in nulla gente: in nullo regno. Unctꝰ g est deus a deo. Quo oleo: ñ spũali? Oleum enim uisibile in signo ẽ. oleum inuisibile in sacramento ẽ: oleum spũale unctus ẽ. Unctus est nobꝭ deus: & missus ẽ nobꝭ deus: & ipse deus ut ungeretur homo erat: & ita homo erat ut deus esset: ita deus erat. ut homo esse ñ dedignaretur. Verus homo: uerus deus. In nullo fallax. in nullo falsus: quia ubiq; uerax. ubiq; uitat. Deus g homo. & ideo unctus deus: quia homo deus: & factus ẽ xp̃s. Hoc figurabat quod iacob lapidem sibi ad caput posuerat: & dormierat. Iacob patriarcha lapidem sibi ad caput posuerat dormiens: illo autem lapide ad caput posito. uidit apertis cęlis scalas a celo in ter̃am: & angelos descendentes et ascendentes. hoc uiso euigilauit: unxit lapidem & discessit. In illo lapide intellexit xp̃m: ideo unxit. Videte ex quo prediceatur xp̃s. Quid sibi uult illa unctio lapidis ps̃entata apud patriarchas: qui unum deum colebant? Factum est enim in figura

et discessum est. Non enim unxit lapidem &
uenit illuc semp orare : & sacrificia ibi facere.
Expressum est misterium : non inchoatum sacri-
legium. & uidete lapidem. Lapidem quem
reprobauerunt edificantes : hic factus est in
caput anguli. & quia caput uiri xpc : ꝓpterea
lapis ad caput. Attendite magnum sacramentū.
Lapis xpc. Lapidem uiuum ait petrus : ab ho-
minibꝫ reprobatum : a deo autem electum.
Et lapis ad caput : quia caput uiri xpc. Et
unctus lapis : quia acrismate dictus ē xpc. Et
uidentur scale reuelante xpo a terra in celum :
uel a celo in terram : & ascendentes & descenden-
tes angeli. Quid hoc sit melius uidebimus :
cum testimonium euuangelicum : ab ipso do-
mino commemorauimus. Nostis quia iacob
ipse ē isrl. Illi enim cum angelo luctanti & p̄-
ualenti. & benedicto ab eo cui p̄ualuit : no-
men mutatum ē ut appellaretur isrl : sicut
ꝓpls isrl p̄ualuit xpo ut crucifigeret eum.
et tamen in his qui xpo crediderunt ab ip-
so cui p̄ualuit benedictus ē. Sꝫ multi non
crediderunt. Inde claudicatio iacob. Bene-
dictio & claudicatio. Benedictio in his qui
crediderunt. Nam postea nouimus ex illo ꝓplo
multos credidisse. Claudicatio autem in his
qui non crediderunt. & quia plures non cre-
diderunt & pauci crediderunt : ideo ut fie-
ret claudicatio tetigit latitudinem femoris
eius. Quid ē latitudo femoris : Multitudo
generis. Videte ergo scalas illas. Dominus quando
uidit nathanaelem : in euuangelio ait.
Ecce uere israhelita : in quo dolus non ē.
Sic enim dr̄ de ipso iacob. & erat iacob sine
dolo : habitans in domo. Hoc recolens do-
minus uidens nathanaelem sine dolo de gen-
te illa & de ꝓplo illo : ecce uere inquit
isrlita in quo dolus non ē. Appellauit isra-
helitam in quo dolus non esset : ꝓpter iacob.
Et ille nathanael. Unde me nosti : Et dns.
Cum esses sub arbore fici : uidi te. Id ē cum
esses in illo ꝓplo sub lege constituto : que
carnali umbra illum protegebat : ibi te
uidi. Quid ē ibi te uidi : Ibi tui misertus
sum. Ille autem recordatus qd fuit etiam
sub arbore fici in ueritate : ammiratus qꝫ
putabat se a nemine uisum cum ibi esset :
confitetur & dicit. Tu es filius dei : tu es
rex isrl. Quis hoc dicit : Qui audierat quod
uerus esset israhelita : & dolus in illo non
esset. & dominus. Quia dixi tibi uidi te sub
arbore fici credidisti : maiora horum uidebis.
Loquitur cum isrl. cum iacob. cum illo
qui sibi lapidem ad caput posuerat : ma-
iora horum uidebis. Que maiora : Quia iam
lapis ille ad caput ē. Amen dico uob : uide-
bitis celum apertum : & angelos dei ascenden-
tes & descendentes sup filium hominis. An-
geli dei ascendant & descendant p scalas
illas : fiat hoc in ecclia. Angeli dei annun-
ciatores sunt ueritatis : ascendant & uideant
in principio erat uerbum : & uerbum erat apud
deum : & ds erat uerbum. Descendant & ui-
deant quia uerbum caro factum est : & habi-
tauit in nob. Ascendant ut erigant mag-
nos : descendant ut nutriant paruos. Vide
ascendentem paulum. Siue enim mente
excessimus deo. Vide descendentem : siue
temperantes sumus uob. Vide ascendentem :
sapientiam loquimur inter pfectos. Vide des-
cendentem : lac uob potum dedi n̄ escam.
Hoc fit in ecclia. Ascendunt & descendunt
angeli dei sup filium hominis : quia ē sursum
filius hominis ad quem ascendant corde : &
deorsum filius hominis id ē corpus eius. Mem-
bra eius hic sunt : caput eius sursum ē. As-
cenditur ad caput : descenditur ad mem-
bra. Xpc ibi : xpc hic. Nam si ibi tantum &
hic non. unde uox illa : saule saule quid me
psequeris : Quis enim illi in celo molestus fu-
it : Nemo. Nec iudei nec saulus : nec diabo-
lus temptator : nemo ibi molestus illi. Sꝫ sic
in compage corporis humani : pede calcato
lingua clamat. Dilexisti iusticiam & odisti
iniquitatem : ꝓpterea unxit te deus deus tuus.
Loquuti sumus de uncto deo hoc ē de xpo :
non potuit apertius dici nomen xpi : quam ut
dicetur unctus deus. Quomodo speciosus forma
p filijs hominum : sic unctus oleo exulta-
tionis p participibꝫ tuis. Qui enim participes

eius: filij hominum quia & ipse filius homi
nis: particeps factus mortalitatis illorum: ut
faceret participes immortalitatis sue. Mirra et
gutta & casia a uestimentis tuis. Odores bo
ni a uestimentis tuis. Vestimenta eius sancti
eius. electi eius. tota ecclesia eius: quam sibi
sicut uestem exhibet: sine macula & ruga.
Propter maculam abluens in sanguine:
propter rugam extendens in cruce. Inde bonus
odor: qui significatur nominatis quibus
dam aromatibus. Audi paulum illam mini
mam fimbriam de uestimento quod tetigit
mulier in fluxu sanguinis. & sanata est:
audi illum dicentem: xpi bonus odor su
mus in omni loco: & in his qui salui fiunt
et in his qui pereunt. Non dixit bonus in his
qui salui fiunt: & in his qui pereunt: sed quod
ad nos attinet bonus odor sumus: & in his qui
salui fiunt: & in his qui pereunt. Saluum fieri ho
minem bono odore non est improbabile neque
incredibile: perire autem hominem bono odore
que ratio est: Magna uis. magna ueritas: & si ca
pi non potest ita est. Nam ut nouitas quia difficile
capitur: statim subiecit. & ad hec quis ido
neus: Quid est ad hec quis idoneus: Quis intelli
gat homines mori bono odore: Tamen aliquid
dicam fratres. Ecce ipse paulus predicabat euuan
gelium: multi illum amabant predicatorem
euuangelij: multi illum inuidebant. Qui
illum amabant bono odore saluabantur: qui
illi inuidebant bono odore peribant. Ideo & pe
reuntibus non malus odor: sed bonus odor. Ideo
enim illi magis inuidebant: quia tam bona
in illo gratia preualebat. Nemo enim inuidet mise
ro. Erat ergo gloriosus in predicatione uerbi dei: &
uiuens secundum regulam uirge illius directionis:
et diligebant eum qui in illo diligebant xpm.
Que sequebatur bonum odorem: diligebat
amicum sponsi sui ipsa sponsa: que dicit in
canticis canticorum. Post odorem unguen
torum tuorum curremus. Illi autem quan
tomagis eum uidebant in gloria predicationis
euuangelij & in uita inculpabili: tantomagis
inuidia torquebantur: & occidebantur bono
odore. Mirra & gutta & casia a uestimentis

tuis a domibus eburneis: ex quibus delecta
uerunt te filie regum. Domos eburneas.
domos magnas. domos regales. quas uis elige:
delectauerunt inde xpm filie regum. Vis
domos eburneas specialiter accipere: Magnas
domos & magna tabernacula dei: corda
sanctorum sunt. Ipsosque reges regentes car
nem. subiugantes sibi turbas humanarum
affectionum: castigantes corpus & seruituti
subicientes accipe: quia inde delectauerunt
eum filie regum. Et anime enim omnes
que illis predicantibus & euuangelizantibus
nate sunt. filie regum sunt: & ecclesie filie
apostolorum filie regum sunt. Ille enim rex re
gum. Illi autem reges: de quibus dictum est.
Sedebitis super duodecim sedes: iudicantes
duodecim tribus israel. Predicauerunt uerbum
ueritatis: & genuerunt ecclesias: non sibi: sed illi.
Ad hoc sacramentum pertinet quod scriptum est
in lege. Si mortuus fuerit frater: accipiat uxo
rem eius frater eius: & suscitet semen non sibi
sed fratri suo. Accipiat uxorem: & suscitet semen
non sibi: sed fratri suo. Dixit xpc: dic fratribus
meis. Dixit in psalmo: enarrabo nomen
tuum fratribus meis. Mortuus est xpc: resur
rexit ascendit in celum: absentauit se
corpore. Susceperunt fratres eius uxorem eius.
predicatione euuangelij generaturi filios:
non per se ipsos sed per euuangelium: propter nomen
fratris. In xpo enim ihesu inquit per euuange
lium. propter nomen fratris: ego uos genui. Itaque
suscitantes propter nomen fratris semen fratri suo:
quotquot genuerunt non paulianos aut
petrianos: sed xpianos nominauerunt. Vi
dete si non iste sensus uigilat & in his uersibus.
Cum enim diceret a domibus eburneis: ~~dixit~~
dixit de regalibus. amplis. pulcris. lenibus.
qualia sunt corda sanctorum: subiecit. Ex
quibus delectauerunt te filie regum in ho
nore tuo. Filie quidem regum: filie aposto
lorum tuorum: sed in honore tuo: quia semen
illi suscitauerunt fratri suo. Ideo ipsos quos
suscitauerat fratri suo paulus cum uideret cur
rere ad nomen suum: exclamauit. Nunquid
paulus crucifixus est pro uobis: Quid enim ait

lex. Et habeat natus nomen defuncti. Hāt
inquit natus nomen defuncti. Defuncto nas
catur: defuncti nomine appelletur. Seruat
hoc legitimum paulus. Volentes appellari
ex nomine suo: reuocat. Numquid paulus
pro uob crucifixus ē. Ad defunctum aspicite.
Numquid paulus pro uob crucifixus est. Quid g̃.
Quando illos generasti: quid si nomen tuum
illis imposuisti. Non. Ait enim. Aut in nomi
ne pauli baptizati estis. Delectauerunt te fi
lie regum in honore tuo. Tenete seruate: in
honore tuo. Hoc ē habere uestem nuptialem:
illius honorem illius gloriam querere. In
tellige etiam filias regum. ciuitates que
crediderunt in xp̄m & a regib; condite sūt.
et a domib; eburneis diuitib; sup̄bis elatis.
Filie regum delectauerunt te in honore
tuo: quia non quesierunt honorem patrum
suorum: s; quesierunt honorem tuum. Os
tendatur m̄ rome in honore tanto templum
romuli: in quanto ibi ostendo memoriam
petri. In petro quis honoratur: nisi ille de
functus pro nob. Sumus enim xp̄iani: non
petriani. Et si nati p fratrem defuncti: tam̄
cognominati nomine defuncti. Ꝑ illum nati:
s; illi nati. Ecce roma. ecce carthago. ecce
alie & alie ciuitates filie regum sunt: & de
lectauerunt regem suum in honore ipsius. &
ex omnib; fit una quedam regina. Quale car
men nuptiale. Ecce int̄ carmina hilaritatis
plena: pcedit & ipsa sponsa. Sponsus enim ue
niebat: ipse describebatur: in illum erat om
nis intentio nr̄a. Procedit & ista. Astitit regina
a dextris tuis: Que a sinistris: non regina. Sta
bit enim quedam & a sinistris. cui dicetur:
uade in ignem et̄num. A dextris autem sta
bit cui dicetur: uenite benedicti patris mei
pcipite regnum: quod uob paratum est ab
initio mundi. Astitit regina a dextris tuis in
uestitu deaurato: circumdata uarietate. Vesti
tus regine huius quis ē. Et p̄ciosus est: et
uarius ē. Sacramenta doctrine: in linguis om
nibus uariis. Alia lingua affra. alia syra. alia
g̃ca: alia hebrea: alia illa & illa. Faciunt iste
lingue: uarietatem uestis regine huius. Quo

modo autem omnis uarietas uestis in unitate
concordat: sic & omnes lingue ad unam fi
dem. In ueste ista uarietas sit: scissura non sit.
Ecce uarietatem intelleximus de diuisitate lin
guarum: & uestem intelleximus ꝓpter unita
tem in ipsa uarietate. Aurum quod est: Ipsa
sapientia. Quelibet uarietas sit linguarum:
unum aurum p̄dicatur: non diuisum aurum:
s; uarietates de auro. Eandam quippe sapi
entiam. eandem doctrinam & disciplinam:
om̄s lingue p̄dicant. Varietas in linguis: au
rum in sentenciis. Alloquatur propheta re
ginam istam: libent̄ enim ei cantat. Et unus
quisq; nr̄m audiat. si tamen nouimus ubi
sumus: & ad illud corpus ꝑtinere conemur:
et fide & spe ꝑtineamus uniti membris
xp̄i. Nos enim alloquitur. Audi filia & uide.
Alloquitur eam tamquam unus de patribus.
quia filie regum sunt. Et si alloquatur ꝓpha:
et si alloquatur apl̄s: tamquam filiam allo
quuti sunt. Sic enim dicimus. Patres nostri
ꝓphete: patres nr̄i apl̄i. Si nos illos ut patres.
illi nos ut filios: & uox una patrna alloquitur:
unicam filiam. Audi filia & uide. Prius audi:
postea uide. Ventum ē enim ad nos cum euan
gelio: & p̄dicatum ē nob quod nondum uide
mus: audiendo credidimus: credendo uide
bimus: sicut dicit ipse sponsus apud ꝓphe
tam. Populus quem non cognoui seruiuit m̄:
ob auditu auris obediuit m̄. Quid ē in obau
ditu auris. Quia non uidit. Viderunt iudei
et crucifixerunt: non uiderunt gentes &
crediderunt. Veniat regina de gentib; in
uestitu deaurato: circumamicta uarietate
Veniat ex gentib; ueniat circumamicta
omnib; lingis: in unitate sapientie. Dicatur ei. Au
di filia & uide. Si non audieris: non uide
bis. Audi ut mundes cor fide. sicut apl̄s
ait in actib; apl̄orum. Fide mundans corda
eorum. Ad hoc enim audiuim̄ quod creda
mus antequam uideamus: ut credendo cor
mundemus: unde uidē possimus. Audi ut
credas: munda cor fide. Et cum cor mun
dauero: quid uidebo. Beati mundo corde.
qm̄ ipsi deum uidebunt. Audi filia & uide

et inclina aurem tuam. Parum est audi: hu
militer audi. Inclina aurem tuam: & obli
uiscere ppl'm tuum & domum patris tui. Erat
ppl's quidam & domus patris quedam: in
qua natus ē ppl's babilonie: habens regem
diabolum. Vndecumq; uenerunt gentes:
a patre diabolo uenerunt: s; patri diabolo
renunciauerunt. Obliuiscere ppl'm tuum:
et domum patris tui. Fedam te ille genuit:
cum peccatricem fecit. Pulchram te iste re
generat: qui iustificat impium. Obliuiscē
ppl'm tuum & domum pa
tris tui: quoniam concupiuit rex
speciem tuā. Quam speciem: nisi
quam ipse fecit? Concupiuit speciem. Cu
ius speciem? Peccatricis inique. impie? Qualis
erat apud patrem diabolum: & apud po
pulum suum? Non. s; de qua dr̄. Que ē ista
que ascendit dealbata? Antea ḡ non alba.
postea dealbata: quia si fuerint peccata uēra
sicut fenicum. tamquam niuem dealbabo.
Concupiuit rex speciem tuam. Quis rex?
Quia ipse ē dominus deus tuus. Jam uide si
non debes dimittē patrem illum tuum: & po
pulum illum tuum: & uenire ad regem istū
deum tuum. Deus tuus deus tuus ē: rex tuus
ē. ipse ē sponsus tuus. Regi nubis deo. ab
illo donata: ab illo decorata: ab illo redempta
ab illo sanata. Quicquid habes unde illi pla
ceas: ab illo habes. Et adorabunt eum filie
tyri in muneribus. Ipsum regem tuum. dm̄
tuū adorabunt filie tiri: in muneribus. filie
tyri. filie gentium: a parte totum. P tyrum
uicinam tunc huic t̄re. ubi pphetia erat.
significabat gentes credituras in xp̄o. Inde erat
illa chananea: que p̄mo canis appellata ē.
Nam ut nouitis quia inde erat: euuangl'ium
sic loquitur. Secessit in partes tyri & sydonis:
et ecce mulier chananea de finib; illis egressa.
et cetā que ibi narrantur. Quia p̄mo canis
erat apud patrem suum & in ppl'o suo. s; cla
mando & ueniendo ad istum regem decoram
facientem credendo in illum: quid meruit
audire? O mulier magna ē fides tua. Concu
piuit rex speciem tuam: & adorabunt eum
filie tyri in muneribus. Adorabunt eum in
muneribus. Quib; muneribus? Sic ad se uult
uenire rex iste. Thesauros suos impleri uult:
et ipse donauit unde impleant̄. & uob̄ im
plentur. Veniant in muneribus inquit: adorent
eum. Quid ē in muneribus? Nolite uob̄ con
dere thesauros in t̄ra. ubi tinea & rubigo ext̄
minat. & ubi fures effodiunt & furantur: s;
thesaurizate uob̄ thesauros in celo: ubi neq;
fur neq; tinea corrumpit. Vbi enim fuit the
saurus tuus: illic erit & cor tuum. Venite
cum muneribus: date elemosinam: & om̄a
munda sunt uob̄. Uenite cum muneribus ad
eum qui dicit: misericordiam magis uolo q̄m
sacrificium. Ad illud templum quod erat
antea umbra futuri: ueniebatur cum tau
ris. cum arietibus. cum hyrcis: cum diu
sis quibusq; animalib; aptis ad sacrificium:
ut illo sanguine aliud fieret aliud signifi
caretur. Modo iam ipse sanguis quem fi
gurabant illa omnia: uenit. Venit rex
ipse. Et ipse munera uult. Que munera?
Elemosinas. Ipse ē enim iudicaturus: & ipse
suam. Celi sunt sedes sancta eius. Vis & tu sedes
ēē eius? Noli putare te esse non posse. Para
illi locum in corde tuo: ueniet & libenter
sedet. Ipse ē certe d̄i uirtus: & d̄i sapientia.
Et quid dicit in scriptura. ipsa sapientia.
Anima iusti: sedes ē sapientie. Si g̊ anima
iusti sedes ē sapientie: sit anima tua iusta.
et eris regalis sella sapientie. & reuera fr̄s
om̄s hoīes qui bene uiuunt. bene agunt se
cundum caritatem piam conuersantur: nonne
d̄s in illis sedet? & ipse iubet obtempare
animam sedenti in se d̄o: & ipsa iubet mem
bris. Anima enim tua iubet membro tuo.
quo moueatur pes. quo manus. quo oculus.
quo auris: iubet ipsa membris tamquam
famul' suis: s; & ipsa seruit interius insidienti
sibi d̄no suo. Non potest inferiori se bene
impare: n̄ supiori se non fuit dedignata
seruire. Deus sedet sup sedem sanctam suā.
Principes ꝓplorum conuenerunt cum deo
abraham. Deus abraham. & deus ysaac. & d̄s
iacob: uerum ē. Dixit hoc deus: & supbierūt
inde iudei: & dixerunt. Nos filij abrahe sum⁹.
Supbientes de nomine patrno gerentes eius
carnem: non tenentes fidē ei⁹: semine adhe
rentes. morib; degenerantes. Denique domin⁹
quid eis ait. ita supbientibus? Si filij abrahe
estis: facta abrahe facite. Item quid illis dicit
iohannes uenientibus & contremiscentibus
quibusdam ipsorum: qui se penitendo corri
gere uoluerunt? Progenies uiparum. Erant
enim iniqui. erant ꝑditi. erant peccatores:

erant impii. Venerunt ad baptismum iohannis.
Et quid eis dicit? Progenies uiparum. Illi se
dicebant filios abrahe: et ipse illos dicebat filios
uiparum. Numquid abraham uipa erat? Sed
quia male uiuendo demones imitati erant: et
eorum filii facti erant: quos imitando male
uiuebant: progenies inquit uiparum. quis
uobis ostendit fugere ab ira uentura? Facite ergo
fructus dignos penitentie: et nolite dicere
apud uosmet ipsos patrem habemus abraham:
et quasi superbire de genere abrahe. Potens est
enim deus: de lapidibus istis suscitare filios
abrahe. Non enim remansurus est abraham
sine filiis: si uos dampnauit deus. Potens est
eum et dampnare quos odit: et illi reddere
quos promisit. Et unde illi redditurus est filios:
si dampnet hebreos de carne eius progenitos?
De lapidibus istis. Ostendebat illis lapides in
heremo. Qui erant lapides nisi gentes: qui
lapides adorabant? Lapides quare? Ado
rando lapides dicti erant lapides: quia psalmus
predixerat: similes illis fiant qui faciunt ea
et omnes qui confidunt in eis. Tamen de
ipsis lapidibus reddit filios abrahe. Modo
omnes qui lapides adorabamus conuersi ad dominum
filii abrahe facti sumus: non ducendo ab
illo carnem: sed imitando fidem. Principes
ergo populorum conuenerunt cum domino abraham.
Principes populorum: gentium principes.
Non unius populi principes: sed principes po
pulorum omnium: conuenerunt cum domino
abraham. Ex ipsis principibus erat et iste cen
turio: de quo modo cum legeretur euuan
gelium audistis. Erat enim centurio habens
honorem et potestatem inter homines. Prin
ceps erat: de principibus populorum. Venienti
ad se xpo obuiam misit amicos: immo uero
transituro xpo misit amicos: et rogauit
ut curaret puerum eius qui periculose in
firmabatur: et cum uellet ipse dominus
uenire. hoc ei mandauit. Non sum dignus
ut sub tectum meum intres: sed tantum
dic uerbo et sanabitur puer meus. Nam et
ego homo sum sub potestate constitutus:
habens sub me milites. Uidete quemadmodum

tenuit ordinem. Prius commemorauit quod
sub alio esset: et post ea quod alii sub illo essent.
Sub potestate sum et in potestate sum. et
sub aliquo sum. et sub aliquos sum: et dico
huic uade et uadit: et alio ueni et uenit:
et seruo meo fac hoc et facit. Tamquam diceret.
Si ego sub potestate constitutus. iubeo illis
qui sub me sunt. tu qui sub nullius positus
es potestate. non potes iubere creature
tue quando omnia per te facta sunt. et sine
te factum est nichil? Dic ergo uerbo inquit: et
sanabitur puer meus. Nam ut in domum
meam intres non sum dignus. Trepidabat
xpm mittere intra parietes suos: et iam
intus erat in corde eius: iam erat anima eius
sedes illius: iam ibi sedebat ille qui humi
les requirebat. Conuersus denique xpc miratus
est: et ait sequentibus se. Amen dico uobis: non
inueni tantam fidem in israel. Et sicut alius
euuangelista eandem rem narrat: sequitur
dominus et dicit. Ideo dico uobis quia
multi ab oriente et occidente uenient: et
recumbent cum abraham et ysaac et iacob
in regno celorum. Iste enim centurio non
erat de populo israel. Nam in populo israel superbi
repellebant a se dominum: in principibus gen
tium inuentus est humilis qui ad se inuita
ret dominum. Ammirans ihc fidem ipsius: re
probat perfidiam iudeorum. Sani enim sibi
uidebantur cum periculosius egrotarent:
quando medicum non agnoscentes occide
bant. Cum ergo reprobaret et repudiaret
illorum superbiam? quid ait? Ideo dico uobis
quia multi ab oriente et occidente ueni
ent: non pertinentes ad cognationem israel.
Uenient multi quibus dixit. omnes gentes
plaudite manibus: et recumbent cum
abraham in regno celorum. Non illos ge
nuit carne sua abraham: et uenientes
recumbent cum illo in regno celorum et filii
ipsius erunt. Quare filii ipsius? Non nati
de carne: sed sequendo fidem ipsius. Filii autem
regni id est iudei ibunt in tenebras exteriores:
illic erit ploratio et stridor dentium. Dam
nabuntur in tenebras exteriores. qui nati

sunt de carne abrahe: & recumbent cum
eo in regno celorum. qui imitati sunt fidem
abrahe. Merito ergo & hic principes populorum
conuenerunt cum deo abraham. Et quid illi
qui non pertinebant ad deum abraham.
Quoniam dii fortes terre ualde eleuati
sunt. Qui erant dii? Populus ille dei: uitis
illa dei: de qua dicitur. Iudicate inter me: & inter
uineam meam. Ibunt in tenebras exteriores:
non recumbent cum abraham & ysaac &
iacob: non conuenient cum deo abraham.
Quare? Quoniam dii fortes terre. Illi qui erant dii
fortes terre presumentes de terra: superbi presumentes
de terra. De qua terra? De se ipsis: quia omnis
homo terra. Homini enim dictum est. Terra es:
et in terram ibis. Debet autem homo de deo
presumere: & inde sperare auxilium: non de se.
Non enim terra pluit sibi: aut lucet sibi. Quo
modo autem terra de celo expectat pluuiam
et lucem: sic homo de deo debet expectare
misericordiam & ueritatem. Illi ergo dii fortes terre
ualde eleuati sunt: id est ualde superbierunt:
non sibi medicum necessarium putauerunt:
et ideo in sua egritudine remanserunt. &
ipsa egritudine ad mortem perducti sunt.
Precisi sunt rami naturales: ut humilis inse-
reretur oleaster. Quoniam dii fortes terre ualde ele-
uati sunt. Teneamus ergo fratres humilitatem. cari-
tatem. pietatem: qui uocati sumus illis re-
probatis: ut illorum exemplo superbire time-
amus ammoniti.

## Psalmus cantici filiis chore secunda sabbati.

Titulus psalmi est.
Laus cantici filiis chore.
secunda sabbati. De hoc quod
dominus donare dignabitur
excipite: tamquam filii firmamenti. Se-
cunda enim sabbati id est post diem primum
quem dominicum dicimus qui etiam secun-
da feria dicitur: factum est firmamentum celi.
immo firmamentum celum. Celum enim
uocauit deus firmamentum. Primo autem die
lucem fecerat: & a tenebris diuiserat: &
uocauerat lucem diem. & tenebras noctem.
Sicut autem indicat psalmi huius contextio.
aliquid etiam prelocutus est deus in illo opere
suo quod completur cum gaudio in nobis:
et secundum huius creature conditionem
secula cucurrerunt. Non frustra enim dominus
ait de moyse. de me enim ille scripsit: nisi
quia omnia que scripta sunt. etiam cum
deus conderet creaturam: possunt inter-
pretari ad significationem futurorum: ut
intelligas dominum fecisse lucem cum xpc amor-
tuus resurrexit. Tunc enim reuera illa lux
diuisa est a tenebris: quando immortalitas
a mortalitate discreta est. Quid ergo sequitur nisi
ut capiti etiam corpus fieret: quod est ecclesia.
Denique etiam est psalmus de prima sabbati:
in quo apertissime resurrectio domini de-
claratur. Ibi enim dicitur. Tollite portas princi-
pes uestras: & eleuamini porte eternales & in-
troibit rex glorie. Quid euidentius quam
xpm esse regem glorie? De quo dictum est.
Si cognouissent: numquam dominum glorie
crucifixissent. Secunda ergo sabbati non debemus
intelligere nisi ecclesiam xpi: sed ecclesiam xpi in
sanctis: ecclesiam xpi in his qui scripti sunt
in celo: ecclesiam xpi & in his qui mundi
temptationibus non cedunt. Ipsi enim dig-
ni sunt nomine firmamenti. Ergo ecclesia
xpi in his qui firmi sunt de quibus dicit
apostolus: debemus autem nos firmi infirmi-
tates infirmorum sustinere: appellata est
firmamentum. De hoc cantatur in hoc
psalmo. Audiamus. agnoscamus. sociemur.
gloriemur: regnemus. Namque etiam eam
firmamentum apostolicis litteris appellatam
audi: & agnosce. Que est inquit ecclesia
dei uiui columna: & firmamentum ueri-
tatis. De hoc firmamento cantatur filiis
chore: quos nostis esse filios sponsi cru-
cifixi in caluarie loco. Chore namque calui-
tium interpretatur. Sequitur in hoc psalmo:
qui inscribitur in secunda sabbati.

## Psalmus quadragesimus septimus.

Magnus
dominus & laudabilis
ualde. Ecce magnus do-
minus & laudabilis

Psalmus cantici filiis chore secunda sabbati.

ualde. S; numquid infideles laudant dominum? Numquid etiam qui credunt & male uiuunt laudabunt dñm? P quos fit ut nomen domini blasphematur? numquid laudant dñm? Aut ů si etiam laudant acceptatur laus eorum cum sēptuma sit. non est speciosa laus in ore peccatoris? Dyrsh g magnus dominus & laudabilis ualde: s; die ubi. In ciuitate dei nr̄i: in monte scō eius. De hoc alibi dr. Quis ascendet in montem domini? Innocens manib; & mundo corde. In his magnus dominus & laudabilis ualde: hoc ē in ciuitate dei nr̄i in monte sancto eius. Hec ē ciuitas in monte posita. que abscondi non potest. Hec ē lucerna que sub modio non occultatur: omnib; nota. omnib; diffamata. Non autem omnibus eius sunt: s; illi in quib; dominus magnus & laudabilis ualde. Que est g ciuitas ista uideamus? ne forte qua dicamus ē in ciuitate dei nr̄i in monte sancto eius: debeam⁹ querere istum montem: ubi exaudiri etiam possimus. Non enim frustra dr in alio psalmo: uoce mea ad dñm clamaui: & exaudiuit me de monte sancto suo. Adiuuat g te mons iste ut exaudiaris? nam si in eum non ascenderes miserabilis? clamare posses: exaudiri non posses. Quis est g mons iste fis? Magna cura inquirenda: magna sollicitudine inuestiganda: labore etiam occupanda: & ascendenda. S; si in aliqua parte tuarum est quo faciemus? Pegnabimur de tua nia. ut ad illum montem puenire possimus? Immo tunc pegnamur: s; in illo non sumus. Ipsa ē enim ciuitas nia: si membra regis sumus q caput est ciuitatis ipsius. Ubi ē g iste mons? Si regionem aliquam tenuit: laborandum ē ut ad eum pueniatur. S; quid segnis? Noli enim non sis piger ascendere in montem. quoniam mons non fuit tardus uenire ad dominicum. fuit enim quidam lapis angularis contemptibilis: in quem iudei offenderunt: p̄cisus de quodam monte sine manibus: hoc ē de regno iudeorum uenerit sine manibus: quia humanum opus non accessit ad mariam: de qua natus ē xp̄c. S; si lapis iste ubi in eum offenderunt iudei ibi remaneret: tu quo ascenderes non habes. Quid autem factum est? Quid dicit ꝓphia danielis? Quod in quia creuit lapis ille: & factus ē mons magnus? Quam magnus? Ita ut impleret uniuersam faciem tre. Ergo crescendo mons iste & implendo uniuersam faciem tre: uenit ad nos. Quid ergo montem quasi absentem querimus? et non in psentem iam ascendimus? ut sit in nob⁹ magnus dominus & laudabilis ualde? Denique ne istum montem ñ agnoscerent in hoc psalmo: & in aliqua parte tua rum querendum existimarent: inde q̄d sequitur. Cum diuisset in ciuitate dei nr̄i in monte sancto eius: quid addidit? Dilatans exultationis uniuse tre montes ſ.
syon. Mons syon: unus mons ē. Quid ergo montes? An quia ad syon ꝓuenerunt etiam qui de diuso uenerunt. ut sibi occurrerent in lapidem angularem: & fierent illi duo parietes tamquam duo montes. unus ex circumcisione alt̄ ex preputio. unus ex iudeis. alt̄ ex gentibus: non iam adusti & dusi. qua ex diuso iam in angulo nec dusi? Ipse est enim inquit pax nia: qui fecit utraq; unum. Ipse ille angularis lapis quem reprobauerunt edificantes: factus est in caput anguli. Duos unxit in se mons. Gens & montes. Una domus: & due dom⁹. Due ꝓpt̄ ex diuso uenientes: una ꝓpt̄ lapidem angularem in quo sibi ambe copulantur. Audiet hoc. Montes syon latera aquilonis: ciuitas regis ſ.
magni. Intendat enim tu syon tamquam ſ.
unum locum: ubi cōtra ē ihrlm: & in ea t̄ non occurrebat ñ ꝓpls ex circumcisione qui quidem ex reliquiis a xp̄o collect̄ ē. Ex magna autem parte tamquam palea in area uentilatur. Et enim scriptum ē: reliquie salue fient. S; attende & gentes. inde & oleastrum insertum in pinguedinem olue. Ecce gentes. Latera aquilonis adiuncta

sunt ciuitati regis magni. Contrarius
solet ee aquilo syon. Syon quippe in me
ridie: aquilo contra meridiem. Quis est
iste aquilo n qui dixit ponam sedem meam
ad aquilonem: & ero similis altissimo. Te
nuerat regnum diabolus impiorum: &
possedat gentes seruientes simulacris adoran
tes demonia: & totum quecquid generis
humani erat ubiq; p mundum inherendo
illi. aquilo factum erat. S; qm ille qui alli
gat fortem. aufert uasa ei & fac uasa sua:
ubati homines ab infidelitate & superstitione
demoniorum credentes in xpm. collum
ati sunt illi ciuitati: occurrerunt in an
gulo parietis de circumcisione uenientes: &
facta e ciuitas regis magni: que fuerat la
tera aquilonis. Ideo & in alia scptura dr.
Ab aquilone nubes colonis auree: in his e
magna gloria & honor omnipotentis.
O magna enim gloria medici e: quando ex
desperatione conualescit egrotus. Ab aqui
lone nubes & non nigre nubes: non cali
gose non tetre: s; colonis auree. Vnde:
nisi gra illuminante p xpm: Ecce latera
aquilonis: ciuitas regis magni. Latera ura
que: quia inheserunt diabolo. Quicq;
enim alicui coherent: latera ipsius di
cuntur. Nam & de aliquibus hominibus
solemus ita loqui. Bonus homo est: s; ma
la latera hnt: id e ipse quidem probitate
pstat: s; malignis sunt qui ei connumerati sunt.
Latera g aquilonis: qui diabolo cohere
bant. Inde uenit & iste filius. de quo m au
diebamus: quia mortuus erat & reuixit.
Pierat & inuentus e. Proficiscendo enim in
longinquam regionem etiam ad aquilone
uenerat: & ibi sicut audistis um ex pnci
pib; regionis illius adhesit. Factus e g
latus aquilonis: adherendo pncipi illius
regionis. S; quia ciuitas regis magni ex la
tere aquilonis colligitur: reuisus ad se dix.
Surgam & ibo ad patrem meum. & occur
rit ei pater: & dicit de illo. Mortuus erat
et reuixit: pierat & inuentus est. Vitulus
ille saginatus: lapis angularis fuit. Demq;
et malor filius qui epulari nolebat: exhortat
a patre ingressus e: & duo iam parietes tamqm
illi duo filii ad uitulum puenerunt. ciuitate
regis magni fecerunt. Sequatur g psalmus
iste: & dicat. Deus in domibus eius cog
noscetur. Iam domib; ppe duos parietes: s.
ppter duos montes: ppe duos filios. Deus
in domib; eius cognoscetur. S; gratiam com
mendat: ideo addidit cum susceperit eam.
Nam quid esset ipsa ciuitas: n ille susce
pisset eam: Nonne ruinam caderet: in tale
fundamentum habet: Fundamentum enim
aliud nemo potest ponere. ptter id quod po
situm e: quod e xpc ihc. Nemo g de suis
meritis glorietur: s; qui gloriatur in dno
glorietur: quia tunc e illa magna ciui
tas: tunc in ea cognoscetur dominus dum
susceperit eam: quom susceptr medicus
egrotum curandum. non sicut e amandu.
Crenum febrem odit medicus. Non amat
medicus egrotum: & amat medicus egro
tum. Si egrotum amaret: semp egrotum
optaret. Rursus si egrotum n amaret:
ad egrotum non ueniret. S; amat egrotu:
ut faciat sanum. Susceptr g hanc ciuitate
dominus & agnitus e in ea: id e gia ipsius
cognita e in illa ciuitate: quia quecquid
he illa ciuitas que gloriatur in domino.
non he de se. Propte hoc enim dr. Quid enim
habes quod non accepisti: Si autem & ac
cepisti: quid gloriaris quasi non accepis:
Deus in domib; eius cognoscetur: dum sus s.
cepiet eam. Cm ecce reges re collecti sunt. s.
Sa ecce illa latera aquilonis uidete qm ue
niant: uidete quomodo dicant. Venite
ascendamus in montem domini. Annuncia
uit enim nobis uia suam: ut mgdiamur
in ea. Ecce reges re collecti sunt: conue
nerunt in unum. In quem unum: n in la
pidem illum angularem: Ipsi uidentes s.
ta amutati st. Pamutatione miraculoq; & glie s.
xpi: quid secutum e: Conturbati sunt s.
et commoti sunt: tremor apprehendit eos.
Vnde tremor apprehendit eos: n de cons
cientia delictorum: Currant g reges

post regem: agnoscant reges regem. Inde alibi.
Ego autem inquit constitutus sum rex ab
eo sup syon montem sanctum eius: predi
cans p̄ceptum domini. Dominus dixit ad
me filius meus es tu: ego hodie genui te. Pos
tula a me & dabo t̄ gentes hereditatem tuam:
et possessionem tuam t̄minos t̄re. Reges eos
in virga ferrea: & tamquam vas figuli con
teres eos. Auditus g̊ ē rex constitutus in syon.
tradita ē illi possessio usq; ad t̄minos orbis
t̄re: & metuere non debent reges ne regnū
p̄dant. ne illis auferatur regnum sicut ti
muit miser herodes: & p̄ parvulo occidit
parvulos. Timens autem regnum amittere:
non meruit regem agnoscere. Utinam &
ipse regem cum magis adoraret: non male
regnum querendo innocentes p̄deret:
et nocens p̄iret. Nam qd̄ ad illum attine
bat p̄didit innocentes: quantum autem
ad xp̄m etiam parvus p̄ se morientes par
vulos coronavit. Ergo debuerunt timere
reges quando dictum ē. ego autem constitut⁹
sum rex ab eo: & hereditatem usq; ad fines
t̄re dabit m̄ qui me constituit regem. Sed
quid invidetis reges? Videte: n̄ invidete.
Longe enim iste alit̄ rex: qui dixit. Reg
num meum: non ē de hoc mundo. Nolite
g̊ timere: ne vob̄ auferatur regnum mun
di huius. Dabitur vob̄ regnum. s; celorum:
ubi ille rex ē. Ideo quid ibi sequitur? &
nunc reges intelligite. Iam invidere vos
parabatis. Intelligite. De alio rege dicitur:
cuius regnum non ē de hoc mundo. Me
rito g̊ collecti sunt reges in unum: con
turbati sunt: timor app̄hendit eos. Inde
et illis d̄r. & nunc reges intelligite: eru
dimini omnes qui iudicatis t̄ram. Ser
vite domino in timore: & exultate ei
cum tremore. & quid fecerunt? Ibi do
lores sicut parturientis. Quid sunt do
lores parturientis? n̄ dolores penitentis?
Vide ipsam conceptionem doloris: & par
turitionis. A timore tuo inquit ysaias con
cepimus: & parturivimus sp̄m salutis.
Sic g̊ concep̄unt reges de timore xp̄i:
ut parturiendo salutem parerent. cre
dendo in eum quem timuerunt. Ibi dolo
res sicut parturientis. Ubi parturientem
audis: fetum expecta. Parturit vetus
homo: s; nascitur novus homo. Ibi do
lores sicut parturientis. In sp̄u violenti:
conteres naves tharsis. Breviter intelligitur:
evertens sup̄biam gentium. S; unde ex hac
historia d̄r conversio gentium? Propter
naves tharsis. Tharsis civitatem quesierunt
docti: hoc est que nam civitas hoc nomine
significaretur: & aliquib; visum ē cili
ciam dictam esse tharsis: ex eo qd̄ metro
polis eius tharsus d̄r. De qua civitate
erat etiam paulus apl̄s. Natus inquit thar
so cilicie. Aliqui eam autem carthaginē
intellexerunt: fortassis aliquando ita
nominatam: aut aliqua locutione ita sig
nificatam. Namq; apud ꝓphām ysaiam sic
invenitur. Ululate naves carthaginis. Apud
iezechielem autem diversis int̄pretib; ab aliis
carthago: ab aliis tharsis int̄pretata ē. &
hac diversitate int̄p̄tum posita potest intelli
gi hanc appellari tharsis: que carthago di
cebatur. Manifestum ē autem qd̄ p̄mordia
regni carthaginis navib; floruerunt: & ita
floruerunt: ut int̄ ceteras gentes excellent
negociationib; & navigationibus. Nam q̄n
dido fugiens fratrem delapsa ē ad t̄ras africe
ubi carthaginem condidit: naves que pa
rate erant ad mercationem in eius regionē
assumpserat ad fugam: consentientib; sibi
regionis eius p̄ncipib;: & ipse naves etiam
condita carthagine ad negociandum non
defecerunt: atq; hinc nimium sup̄ba facta
ē illa civitas: ut digne p̄ eius naves intel
ligatur sup̄bia gentium. p̄sumens in incertis
tamquam inflatib; ventorum. Iam nunc
p̄sumatur de edificatione: non de prosp̄i
tate seculi huius tamquam maris: funda
mentum nr̄m in syon sit. Ibi stabiliri de
bemus: non p̄flari omni vento doctrine.
Quicumq; g̊ ex incertis huius vite timu
erunt evertantur: & subiciatur xp̄o omnis
sup̄bia gentium. conterenti in sp̄u violento

nauel charis: non cuiuscunq; cuitatis sed charis. Quomodo in spū uiolento? timore fortissimo. Sic enim cum tremuit omnis superbia iudicaturum: ut in humilem crederetur: ne excelsum expauescēret. Sicut audiuimus: ita & uidimus. Obeata ecclesia. Quodam tempore audisti: quodam tempore uidisti. Audiuit in promissionibus: uidet in exhibitionibus. Audiuit in pheta: uidet in euangelium. Omnia enim que modo complentur: ante phetata sunt. Erige oculos & circumde p mundum: uide iam hereditatem usq; ad ultimos tres. Vide iam impleri qd dictū ē. Adorabunt eum omnes reges terre: omnes gentes seruient ei. Vide impletum esse quod dictum ē: exaltare sup celos ds. & sup omnem tram gloria tua. Vide illum cuius pedes & manus fixe sunt clauis: cuius ossa in ligno pendentia numerata sunt: super cuius uestimenta sors missa ē. Vide regnantem: quem illi uiderunt pedentem. Vide in celo sedentem: quem contempserē in tra ambulantem. Vide unde impleri. commemorabuntur & conuertentur ad dnm universi fines tre: & adorabunt in conspectu eius universe patrie gentium. Hec uidens ecclesia cum gaudio: sicut audiuimus & uidimus. Mira sic uocatur ipsa eccla. de gentibus. Audi filia & uide. & obliuiscē ppm tuum: & domum patris tui. Pater tuus aquilo fuit? uenit ad montem syon. audi & uide. Non uide & audi: sed audi & uide. Prius audi: postea uide. Audi primo qd nondum uides: uidebis postea quod audisti. Populus enim inquit quem non cognoui seruiuit mi: in auditu auris obediuit mi. Si in obauditum auris obaudiuit: q non uidit. Et ubi est quib; non ē nuntiatum de eo uidebunt? & qui non audierunt intelligent? Ad quos non missi sunt phe ipsi primo audierunt? & non intellexerunt phas: illi qui primo non audierunt. postea uidentes admirati sunt. Remanserunt illi ad quos missi sunt codices ferentes ueritatem non intelligentes? testamenti tabulas habentes: & hereditatem non tenentes. Sed nos sicut audiuimus: ita & uidimus. In ciuitate domini uirtutum: in ciuitate dei nri. Ibi audiuimus: ibi uidimus. Extra illam qui ē: nec audit nec uidet. In illa qui ē nec surdus est: nec cecus ē. Sicut audiuimus: ita & uidimus. & ubi audis. ubi uidet? In ciuitate domini uirtutum: in ciuitate dei nri. Deus fundauit eā in eternū. Non insultent hereditati ppter partes consilii. ne se extollant qui dicunt ecce hic ē xps: ecce illic. Qui dicit ecce hic. ecce illic: ad partes inducit. Vnitatem precepit deus: regnet in unū colleca sunt. non pcisa sunt dissipati. Sed forte ista ciuitas que mundum tenuit aliquando euertetur? Absit. Deus fundauit eam in eternum. Si q deus fundauit eam in eternum: quid times ne cadat firmamentum? Suscepimus deus misericordiam tuam: in medio populi tui. Quia suscepisti? & ubi suscepisti? Nonne ipse pls tuus suscepit misericordiam tuam? Si pls tuus suscepit misericordiam tuam: quom & suscepimus misericordiam tuam & in medio pli tui? Quasi alii sint qui suscepit: alii in quorum medio suscepit. Magnum sacramentum: sed tamen notum. Cum & hinc. hoc ē ex his obscuritatib; fuit scriptum: fuerit & certum qd nostis: non erit eruditus sed dulcis. Nunc quippe pli dei censentur? oēs qui portant sacramentum eius: sed non omnes pertinent ad misericordiam eius. Omnis quippe sacramentum baptismi xpi accipientes xpiani uocantur: sed non omnis digne illo sacramento utuntur. Sunt enim quidam de quib; dicit aplus? habentes formam pietatis: uirtutem autē eius abnegantes. Tamen ppter ipsam speciem pietatis pls dei nominantur? qm ad aream quamdiu triturantur: non solum gna sed etiam palea patet. Numquid & ad horreum ueniet? In hoc autem medio pli mali ē pls bonus qui suscepit misericordiam dei? unus digne misericordia dei: qui audit & tacet & facit qd ait aplus. Precipientes q rogamus: ne in uacuum gram dei recipiatis. Qui q in uacuum recipit gram dei: ipse tam sacra

mentum quam etiam misericordiam dei susceperit. Et
quid ibi obest quia in medio ppli inobedientes
est. donec area ista uentiletur? donec bona a malis
separentur? Quid ei obest in medio ppli habi
tare? Sic de illis qui appellantur firmamentum.
suscipiens misericordiam dei? sic lilium in medio
spinarum. Nam & ipse spine quomodo ad po
nitendum si panem uis audire? Ita posita e ipa si
militudo. Sicut lilium inquit in medio spina
rum? ita proxima mea in medio filiarum. Num
quid dixit in medio alienarum? Sz in medio
filiarum. Sunt g filie male? & int illas est
lilium in medio spinarum. Itaq illi qui sac
menta bnt & mores bonos non bnt? & dei di
cuntur & non dei? & eius dicuntur & alieni.
Eius ppter ipsius sacramentum? alieni ppter ppm
meum? ita filie & aliene. Filie ppe formam
pietatis? aliene ppe amissionem uirtutis. Sic
ibi lilium. susceperat misericordiam di? teneat ta
lem bonum florem? non sic ingratum pluuie dulci
de celo uenienti. Ingrate sunt spine? crescant
de imbribus? ad ignem crescunt nad bonum.
Suscepimus deus misericordiam tuam? in medio
ppli tui. In medio ppli tui non suscipientes
misericordiam tuam? nos suscepimus misericordiam
tuam. In sua enim ppa uenit? & sui eum non
receperunt. In medio tamen eorum quotquot
receperunt eum? dedit eis potestatem filios di
fieri. Jam hic occurrit unicuiq cogitanti. Et
quid iste ppls? qui in medio ppli di suscepit
misericordiam dei? Quantum numerum habet?
Quam pauci sunt. Vtre inueniatur aliquis. Illis
ne contempta deus erit? & pdet tantam
multitudinem? Dicunt hoc qui sibi promittunt?
qd adeo promittentes non audierunt. & uere si
male uiuamus. si huius mundi delicias pferamus
mus. si turpis ubicumq seruiamus? pdturus
est nos deus? Quot enim sunt illi? qui uidentes
seruare pcepta dei? Vtre inueniatur unus uel
duo? ut paucissimi. Ipsos solos liberatus est? &
ceteros dampnaturus? Absit inquiunt. Cum
uenit uidebit tantam multitudinem ad si
nistram? & misebitur & dabit indulgentia.
Hoc plane quam serpens ille promisit primo ho
mini. Nam minatus deus erat mortem? si
gustaret. Sive autem absit inquit: non morte
morieminī. Crediderunt serpenti? inuenerit
uerum e quod minatus est deus? falsum qd
promiserat diabolus. Ita & nunc fit? ponite
nob ecclam aute oculos ad instar similitu
dinem q paradisi? non cessat serpens suggere
quod tunc suggessit. Sz casus primi hominis ad
experimentum cauendi nob debet ualere? ni
ad imitationem peccandi. Ideo ille cecidit?
ut nos surgamus. Respondeamus talibus
suggestionibus? qd respondit Iob. Nam et
ipsum p feminam tamquam penam temp
tauit? & uicit in stercore? uincat in paradiso.
Ergo non audiamus tales uoces. Ne putemus
paucos e istos? multi sunt si inter plures
latent. Non possumus enim negare plures
esse malos? & tam plures ut int eos prorsus
boni non appareant? quoni n apparent gna
in area. Nam quisquis aream uidet? potest
putare quod palea sola sit. Da hominem in
expertum? & putat manifestum fieri quod boues
inuitentur? quod ibi homines sub estu de
sudant ut conterant paleam? si ibi est et
massa uentilatione purganda. Tunc pro
dibit copia frumenti? que latebat in co
pia palearum. & in uentilatione? Bonus
esto. & inuenies. Contra istam g desperatio
nem uide quid sequatur in psalmo isto?
qm cum dixisset suscepimus deus misericor
diam tuam in medio ppli tui? significa
ut esse ppm non suscipientem misericordiam dei.
in cuius medio quidam susceperunt miseri
cordiam dei? si ne occurrat hominib tam
paucos e. ut ppe nulli sint. quomodo conso
latus e consequentib ubis? Sed in nomen
tuum deus? tra laudem finem dre. Quid est
hoc? Cm magnus dominus & laudabilis
ualde? in ciuitate dei ri in monte sancto
eius. Nec potest esse laus eius? i in sanctis ei.
Nam qui male uiuunt non eum laudant?
quia & si pdicant lingua blasphemant uita.
Qua g laus eius non e in sanctis? non sibi
dicant hereses. In nob remansit laus eius?
quia pauci sumus? & turba separata. Nos
iuste uiuimus? nos laudamus deum? non

solum loquendo uerumetiam conuersando.
Respondetur eis: ex hoc psalmo. Quid uos
dicitis in parte laudare deum? cui dictum
est secundum nomen tuum deus ita et laus
tua in fines terre? Idē quomodo nominatus
es p omnes terras? sic laudaris p omnes terras:
nec desunt qui te laudant p omnes terras.
Illi autem laudant: qui bene uiuunt. Se
cundum enim nomen tuum deus ita et
laus tua: non in parte sed in fines terre. Justi
cia plena ē dextera tua. Idē multi sunt et
illi qui stabunt ad dexteram. Non solum illi
multi erunt qui stabunt ad sinistram: sed et
ibi erit plenitudo masse ad dexteram
constitute. Justicia plena ē dextera tua.
Letetur mons syon et exultent filie iude.
propter iudicia tua domine. O mons sion. o fi
lie iude: laboratis m̄ int̄ zizania inter pa
leam. inter spinas laboratis: sed exultate
propter iudicia dei. Non errat deus in iudi
cando. Discrete uiuite: et si concrete nate
estis. Non frustra uox exiit de ore et de
corde uro: ne pdas cum impiis ds animam
meam: nec cum uiris sanguinum uitam
meam. Ille uentilabit. tantus artifex in
manu uentilabrum portabit: ut unum g̃
num tritici non cadat in aceruum palee
comburendum: nec una arista palee tran
seat ad massam in horreo condendam. Exul
tate filie iude propter iudicia dei non errantis:
et nolite modo temere iudicare. Ad uos pti
neat colligere: ad illum ptineat separe. Lete
tur mons syon et exultent filie iude: propter
iudicia tua deus. Ne autem putetis filias iu
de iudeas esse. Juda confessio ē. Omnes filij
confessionis: filie iude sunt. Quoniam
salus ex iudeis nichil ē aliud: quam xp̄c ex
iudeis. Hoc ait et apls. Non enim qui in
manifesto iudeus est: neq; que in manifesto
in carne circumcisio. Sed qui in abscondito
iudeus est. et circumcisio cordis que spū
non littera: cuius laus non ex hominib; sed
ex deo est. Talis iudeus esto. Gloriare de cir
cumcisione cordis: et si non habes circum
cisionem carnis. Exultent filie iude: propter
iudicia tua domine. Circumdate syon: et
completimini eam. Dicatur eis qui male
uiuunt: in quorum medio ē ppls ille
qui suscepit misedīam dī. In medio uīm
ē ppls bene uiuens: circumdate syon.
Sed quomodo? Complectimini eam. No
lite scandalis circumdare syon. sed caritate
circumdate: ut qui uiuunt bene in me
dio uestrum eos imitemini: et eorum imi
tatione xp̄o cuius membra sunt in corpo
remini. Circumdate syon et complectimini
eam: narrate in turrib; eius. In altitudi
ne munitionum eius: p̄dicate laudes ei⁹.
Ponite corda uīa: in uirtute eius. Non
ut hn̄tes formam pietatis: uirtutem ei⁹
negetis: sed in uirtute eius ponite corda
uīa. Que ē uirtus ciuitatis huius? Qui
uult intelligē uirtutem huius ciuitatis:
intelligat uim caritatis. Ipsa ē uirtus.
quam nemo uincit. Huius ignem nulli
fluctus seculi: nulla flumina temptationis
extinguunt. De hac dictum ē. Valida ē:
sicut mors dilectio. Quom̄ enim mors q̄ndo
uenit resisti ei non potest: quibuslibet artib;
quibuslibet medicamentis occurras. uiolen
tiam mortis uitare non potes, qui mortal
natus es: sic cont̄ uiolentiam caritatis mun
dus nich̄ potest. Econtrario enim similitudo
data ē de morte. Quomodo enim mors
ad auferendum uiolentissima ē: sic caritas
ad saluandum uiolenta ē. Per caritatem enim
multi mortui sunt seculo: ut uiuerent dō.
Hac caritate accensi martires n̄ simulata
non uana gloria uentilati: non tales de
quib; dictum ē. si tradidō corpus meum
ut ardeam. caritatem autem non habeā
nich̄ m̄ pdest: sed tales quos uere xp̄i et
uitatis caritas pduceret ad passionem:
quid eis fecerunt temptationes seuientium?
Maiorem uiolentiam habuerunt oculis
flentium suorum: quam psecutione in
sectantium. Quam multos enim tene
bant filij ne paterentur: quam multorum
genib; prouoluebantur uxores ne iudue
relinquerentur: quam multos parentes

filii prohibebant mori. sicut nouimus et
legimus in passione beate perpetue. Facta sunt
ista: sed lacrime quantelibet et quantolibet
impetu fluerent: quando ardorem carita-
tis extinguerent? Hec est uirtus syon: cui
et alibi dicitur. Fiat pax in uirtute tua: et
abundantia in turribus tuis. Annunciate in
turribus eius. Ponite corda uestra in uirtute eius.
et distribuite domos eius. Quid hic intelli-
gimus? Ponite corda uestra in uirtute eius. et
distribuite domos eius: idem distinguite do-
mum a domo. nolite confundere. Domus est
enim formam habens: et pietatem non habens.
Est autem domus: et formam et pietatem
habens. Distribuite: nolite confundere. Tunc
autem distribuitis et non confunditis: quando
corda uestra in uirtute eius ponitis. Idem cum
facti fueritis per caritatem spirituales: tunc te-
mere non iudicabitis: tunc uidebitis nichil
obesse bonis malos. Quamdiu sumus in hac
area: distribuite domus eius. Potest et
alius esse intellectus. Domos illas duas unam
ex circumcisione: alteram ex preputio ue-
nientem: apostolis dictum est ut distribuerent.
Cum enim uocatus esset saulus. et factus
esset apostolus paulus: conueniens in unitatem
coapostolorum suorum. sic cum eis habuit placi-
tum: ut illi irent in circumcisionem. iste
in preputium. Ista dispensatione apostolatus
sui distribuerunt domus ciuitatis magni
regis: et concordantes in angulo euuange-
lium dispensatione diuiserunt. caritate
iunxerunt. Et reuera hoc magis intelligen-
dum est. Nam sequitur: et ostendit quod
hoc predicatoribus dictum sit. Et distribui-
te domos eius: ut enarretis in progeniem
alteram. Idem ut etiam ad nos post futuros:
illorum euuangelii dispensatio perueniret.
Non enim illis tantum laborauerunt cum
quibus in hac terra uixerunt: nec dominus
illis tamquam apostolis quibus etiam se uiuum
post resurrectionem dignatus est ostendere.
sed et nobis. Tamquam illis loquebatur: et nos
significabat cum diceret. Ecce ego uobiscum
sum omnibus diebus: usque ad consummationem

seculi. Numquid illi hic futuri erant:
usque in consummationem seculi? Item di-
cit. Non pro his rogo tantum: sed et pro his
qui credituri sunt per uerbum eorum in me.
Ergo attendit nos: quia passus est propter
nos. Merito ita dicitur: ut enarretis in pro-
geniem alteram. Quid est enarretis? Quoniam
hic est deus noster. Terra uidebatur: terre
conditor non uidebatur. Caro tenebatur:
sed deus in carne non agnoscebatur. Teneba-
tur caro ab eis: a quibus fuerat sumpta
ipsa caro. Ex semine enim abraham uirgo
maria. Ad carnem remanserunt: diui-
nitatem non intellexerunt. O apostoli. o ma-
gna ciuitas: in turribus tuis predica: et dic.
Hic est deus noster. Sic sic quomodo contemptus est
quomodo lapis ante pedes iacuit offendentium:
ut humiliaret corda confitentium: sic
hic est deus noster. Certe uisus est: sicut dictum
est. Post hec in terris uisus est: et cum homini-
bus conuersatus est. Hic est deus noster. Et homo est.
et quis cognoscet eum? Quoniam hic est
deus noster. Sed forte ad tempus: quomodo dii
falsi. Quia enim uocari possunt dii: esse
autem non possunt: ad tempus uel uo-
cantur. Nam quid eis dicit propheta. uel
quid monet ut eis dicatur? Hec dicetis
eis. Quid? Dii qui celum et terram non fe-
cerunt: pereant de terra: et de his qui sub
celo sunt. Non est iste talis deus: quoniam deus
noster super omnes deos. Super quos omnes deus
dominus? Quoniam dii gentium demonia: dominus
autem celos fecit. Ipse est ergo deus noster.
hic deus noster. Quo usque? In eternum et in
seculum seculi: ipse reget nos in secula.
Si deus noster est: et rex noster est. Proteget nos
quia deus est ne moriamur: reget nos quia
rex est ne cadamus: regendo autem nos
non frangit nos. Nam quos non regit.
frangit. Reges eos inquit in uirga ferrea:
et tamquam uas figuli conteres eos. Sed sunt
quos non regit: ipsis non parcit: sed tamquam
uas figuli conteret eos. Ab illo optemus ergo
regi et liberari: quia hic est deus noster in eter-
num et in seculum seculi: ipse reget nos in secula.

In fine pro filiis chore psalmus dauid.

Omnia diuina eloquia salubria sunt bene intelligentibus: periculosa uero his qui ea uolunt ad sui cordis peruersitatem detorquere: potius quam suum cor ad eorum rectitudinem corrigere. Hec est enim in hominibus magna et usitata peruersitas: quia cum debeant ipsi uiuere secundum uoluntatem dei. deum uolunt uiuere secundum uoluntatem suam: et cum ipsi uolunt corrigi illum uolunt depreuari: rectum non arbitrantes quod ille uult sed quod ipsi uolunt. Solemus autem audire homines murmurantes aduersus deum: quod malis in hac uita bene sit. et laborent boni: quasi ille peruersus sit et nesciat quid agat: aut omnino auerterit oculos a rebus humanis uel securitatem suam perturbari nolit ut hec non attendat: quia cum labore ista deus aut uidet aut corrigit. Murmurant ergo homines qui propterea deum uolunt colere ut hic illis bene sit: quando uiderint eos qui deum non colunt pollere atque florere felicitate terrena: se autem deum colentes laborare in angustiis. in necessitatibus erumpna: ceterisque difficultatibus mortalitatis humane. Contra istam uocem et contra blasphemias has murmurantium: incantat semper sermo diuinus: curans a morbo serpentis. Venenati enim cordis est ista sanies eructantis in deum putor est blasphemie: et quod peius est manus curantis repellens: morsum serpentis non repellens. Hoc dixi. Repellit a se cor hominis uerbi dei seueritatem: et admittit ad se male serpentis suadentis blandicias. Contra hos ergo cantat sermo diuinus. Et in isto psalmo loquitur nobis. Ad quem psalmum quomodo intentam ego facerem sanctitatem uestram: nisi ipse faceret omnes intentos? Nec nos solos sed totum orbem terrarum. Audite enim quemadmodum cepit.

Psalmus quadragesimus octauus.

Audite hec omnes gentes. Non ergo uos soli qui hic estis. Et uox nostra quanta est ut sic clamemus: ut audiant omnes gentes? Clamauit enim per apostolos dominus noster ihesus christus: clamauit tot linguis quot misit. Et uidemus hunc psalmum qui ante non recitabatur nisi in una gente et synagoga iudeorum. recitari per totum orbem terrarum. per omnes ecclesias: impletumque esse quod hic dictum est: audite hec omnes gentes. Ad hoc solum uolo intentos facere animos uestros: ne propter laborem corporalem non erigatis animum: terrente uos longitudine psalmi huius. Si potuerit: finietur hodie. Si non: restabit uobis aliquid in crastinum diem. Tamen uos semper intenti estote. Tantum enim audietis si dominus uoluerit: quantum uos non grauet sed releuet. Audite hec omnes gentes. Inde estis et uos. Auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Hoc iterum uidetur repetisse: quasi parum fuerit quod dixit: audite. Quod dico inquit audite auribus percipite: hoc est nolite transeunter audire. Quid est auribus percipite? Quod dominus dicebat. Qui habet aures audiendi audiat. Cum omnes qui in conspectu eius erant utique haberent aures: quas ille aures querebat nisi cordis cum diceret. qui habet aures audiendi audiat? Has et iste psalmus aures pulsat auribus percipite omnes: qui habitatis orbem. Forte et hic est aliqua distinctio. Non quidem nos coartari debemus: sed nichil mali est etiam istam explicare sententiam. Fortasse aliquid distat inter id quod dixit. omnes gentes: et quod dixit omnes qui habitatis orbem. Significantius enim uoluit intelligere quod dixit habitatis: ut gentes intelligamus omnes iniquos: habitatores autem orbis omnes iustos. Ille enim habitat: qui non tenetur. Nam qui tenetur habitatur: non habitat. Quomodo ille possidet quecumque habet qui dominus est rerum suarum: dominus est autem qui non est irretitus cupiditate. Qui autem cupiditate tenetur: possessus est non possessor. Habemus enim quoddam uerbum habitatione signatum in scriptura dei: ubi ait. Elegi abici in domo domini: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quid enim? Si abiciaris in domo domini: non ibi habitas?

Dolunt significare habitationem: nisi in eis
qui regunt & tenent: & dominantur & gub
nant. Qui autem contemnuntur ñ quasi
inhabitant: ſ; subiecti sunt. Ista autem dicit.
Subtrahi nolo esse in domo dei: magis q̃m
regnare in tabernaculis peccatorum. Itaq; si ẽ
aliqua distinctio int̃ omnes gentes & habita
tores orb. sicut ẽ distinctio int̃ audire & au
rib; patere: hoc quidem uidetur repetisse:
ſ; tamen aliud ẽ. Quid sane uoluit significa
re? Quia ista eloquia audituri erant. non so
lum peccatores & impij: ſ; & iusti. Patere
n̄ audiunt omnes. S; cum uentum fuit ad
reddendam rationem: separabuntur qui sine
causa audierunt: ab illis qui auribus pceperunt. Audiant g̃ & peccatores: audire hec
omnes gentes. Audiant & iusti qui non sine
causa audiunt: & regunt potius ꝺam q̃m
reguntur aĉa. Auribus patere: omnes qui
habitatis orbem. & rursum dicit. Quicq; ter
rigene & filij hominum. Quod aut ẽrigene
ad peccatores retulit: quod aut filij hominũ
ad fideles & iustos. Videte g̃ qua seruatur
ista distinctio. Qui sunt g̃ ẽrigene? filij ẽre.
Qui sunt filij ẽre? Qui hereditates ẽrenas
requirunt. Qui sunt filij hominum? Qui
panem ad filium hominis. Aliquando iam
ista distinxerimus sanctitatis uĉe: & inueni
mus quia adam homo erat filius hominis
non erat: xp̃c autem filius hominis erat:
et deus erat. Quicunq; g̃ panent ad adam:
ẽrigene sunt. Quicunq; panent ad xp̃m:
filij hominum. Omnes tamen audiant.
ego nulli subtraho sermonem meum. Terrigena ẽ: audiat pp̃ iudicium. filius hominis est: audiat pp̃ regnum. Simul in
unum: diues & paup. Iterum ipsa sunt re
petita. Quod aut diues ad ẽrigenas panet.
qd aut paup ad filios hominum. Diuites
intelligi supbos: pauperes humiles. Habeat
diues multas facultates pecuniarum: sim
eis non extollitur pauper. Non hãt aliquid
pauper & cupiditate inflectur: int̃ diuites re
probos eum deputat deus. & diues et
pauper in corde mirogat deus: non in area
et domo. Nonne pauperes sunt qui accepi
unt mandatum apli dicentis timotheo:
Pcipe diuitib; huius seculi: non supbe sapere.
Quomodo eos qui diuites erant fecit pau
peres? Tulit illis quare querumtur diuites.
Nemo enim uult esse diues ñ ut inflectur
inter eos int̃ quos uiuit: & supior illis uide
atur. Cum autem dixit. non supbe sapere
equales eos fecit non bñ habitibus: & forsitan
paucis nummis mendicus plus exultat
tur: quam ille diues qui audit apli
dicentem. Precipe diuitib; huius seculi:
non supbe sapere. Unde non supbe sapere?
Si faciant quod sequitur. Neq; spare in in
certo diuitiarum: ſ; in deo uiuo: q̃ pstat
nob omnia abundanter ad fruendum. Non
dixit qui pstat illis: ſ; qui pstat nobis.
Numquid ipse paulus habebat diuicias?
Habebat plane. Quas diuicias? De quib;
dicit alio loco scptura. fideli homini tot
mundus diuitiarum ẽ. Audite & ipsum
confitentem. Quasi nichil habentes: &
omnia possidentes. Qui uult g̃ esse diues
non inhiet parie: & totum possidebit.
illi inhiet qui totum creauit. Simul in
unum diues & pauper. Dicit in alio psalmo.
Edent pauperes & saturabuntur. Quos
commendauit pauperes. Edent pauperes & sa
turabuntur. Quid edent? Quod sciunt fi
deles. Quos saturabuntur? Imitando
passiones domini sui: & non sine causa
accipiendo pcium suum. Edent pauperes
et saturabuntur: & laudabunt dñm qui
requirunt eum. Diuites quid? Etiam ipsi
edunt. S; quos edunt? Manducauerũt
et adorauerunt omnes diites ẽre. Non
dixit manducauerunt & saturati sunt.
ſ; manducauerunt & adorauerunt. Ado
rant quidem deum: ſ; humanitatem no
luunt exhibẽ fratrem. Manducant illi &
adorant: manducant isti & saturantur.
Tamen omnes manducant. Exigitur
de manducante qd manducat: non pro
hibeat manducare a dispensatore: sed
moneatur timere grauedinem. Audiant g̃

ista peccatores & iusti. gentes & qui habi
tant orbem: terrigene & filij hominum:
simul in unum diues & paup. Non diuisi:
non separati. Tempus messis hoc faciet:
manus uentilatoris hoc poterit. Nunc si
mul in unum: audiant diues & paup:
simul in unum pascantur hedi & agni:
donec ueniat qui segreget alios ad dexte
ram alios ad sinistram. Simul in unum
audiant docentem: ne segregati ab inuicem:
audiant iudicantem. & quid est qd nunc
audituri sunt: Os meum loquetur sapi
entiam: & meditatio cordis mei intelli
gentiam. & hec repetita potius accipe:
ne forte cum dixisset os meum. intelli
geres cum tibi loqui in labiis qui in corde
non haberet sapientiam. Multi enim habent in
labiis: & non habent in corde. De quibus dicit
scriptura. Populus iste labiis me honorat:
cor autem eorum longe est a me. Quid ergo ait:
Iue tibi loquitur: qui cum dixit os meum
loquetur sapientiam: intelligas quia illud
quod ex ore funditur de uena cordis ema
nat que intus est. Et meditatio cordis mei
intelligentiam. Inclinabo in parabolam
aurem meam: aperiam in psalterio propositi
onem meam. Quis est hic cuius meditatio
cordis loquitur intelligentiam ut non sit in
sola superficie labiorum: sed hominis interiora
possideat: Quis est iste qui audit & sic loqui
tur: Multi enim loquuntur: qd non audi
unt. Qui sunt qui loquuntur quod non
audiunt: Qui non faciunt que dicunt.
Quales dicit dominus phariseos sedere in
cathedra moysi. Voluit tibi loqui in ca
thedra moysi per eos qui ea loquuntur &
non faciunt: & tibi securitatem uoluit dns
dare. Noli timere. Que dicunt inquit facite:
que autem faciunt facere nolite. Dicunt
enim & non faciunt. Non audiunt qd
dicunt. Qui uero faciunt & sic dicunt: au
diunt quod dicunt. Et ideo fructuose
dicunt: quia audiunt. Qui ergo dictor &
non auditor est: alteri prodest sibi non pro
dest. Iste ergo qui & auditor uolebat esse &

dictor & qui tibi loquitur: antequam dicet
aperiam in psalterio propositionem meam:
qd est iam loqui per corpus: sic enim utitur
anima corpore. quomodo utitur citharista
psalterio: dixit. Inclinabo in parabolam
aurem meam: aperiam in psalterio propositio
nem meam. Antequam loquar tibi inquit per
corpus & sonet: primo ego inclinabo in para
bolam aurem meam: id est audiam quod tibi
dicam. Quare in parabolam? Quia uide
mus nunc per speculum in enigmate: sicut
dicit apls. Quandiu sumus in corpore: peregri
namur a domino. Quia nondum est illa ui
sio nostra facie ad faciem: ubi iam non sunt
parabole: ubi iam non sunt enigmata &
similitudines. Quicquid modo intelligimus:
per enigmata conspicimus. Enigma est ob
scura parabola: que difficile intelligitur.
Quantum uis excolat homo cor suum et
ad interiora intelligenda refugiat: quan
diu per corruptibilitatem carnis huius uide
mus. ex parte uidemus. Assumpta in cor
ruptione in resurrectione mortuorum:
cum apparuerit filius hominis iudicaturus
uiuos & mortuos. tunc uidebitur filius
hominis qui primo iudicatus est iudicans:
discernens malos a bonis: ponens malos a si
nistris: bonos a dextris. Uidebunt illum
boni & mali: sed malis dicet ite in ignem
eternum. Bonis autem dicet: uenite bene
dicti patris mei percipite regnum. Abibunt
mali in ambustionem eternam: ibunt iusti
in uitam eternam. & ibi erit illa uisio fa
cie ad faciem: qua illi non sunt digni.
Attendite quid dicam. Filium enim ho
minis sicut hic cum esset adhuc iudican
dus: & mali uiderunt & boni. Uiderunt
enim apli qui sequuti sunt. uiderunt iu
dei qui crucifixerunt: sic cum uenerit
iudicaturus: & boni illum uidebunt &
mali. Boni ut percipiant mercedem quia
sequuti sunt: mali ut percipiant penam
quia crucifixerunt. Soli ergo illi dampna
buntur: qui crucifixerunt: Audeo di
cere soli. Ergo nos inquiunt peccatores

huius temporis: securi sumus. Si n̄ animum
interrogat deus: securi estis. Quid ē hoc quod
dixi: Intelligat caritas uēra. Nec hoc dicant
in iudicio dei: quia non intellexerunt. Iu
dei quia uiderunt xp̄m crucifixerunt:
tu quia non uides xp̄m: ūbo ipsius resistis.
Qui ūbo resistis: carnem non crucifigeres
si uideres: Contempsit iudeus in ligno
pendentem: contempnis tu in celo sedentē.
Ergo uidebunt. Ambo genera uiderunt
dum hic esset: ambo genera uidebunt et
cum uenerit. Filius enim hominis ueniet ut
iudicet: quia filius hominis uenit ut iudi
caretur. Ideo quia pat̄ non ē incarnatus.
pater non ē passus: & ꝑ filium hominis iu
dicat: sicut ipse dixit in euuangl̄io. Pater
n̄ iudicat quenquam: s; omne iudicium de
dit filio. Secutus paulo post: ait. Et dedit
ei potestatem iudicium faciendi: quoniam
filius hominis ē. Secūdm enim qd̄ filius dei ē.
ūbum ē semꝑ cum patre: & quia semꝑ cum
patre: cum patre semꝑ iudicat. Secundum
autem quod filius hominis ē: & iudicat⁹
ē. & iudicaturus ē. Quomodo autem uisus ē
et ab eis qui crediderunt & ab eis qui cruci
fixerunt: quando ē iudicatus: sic uidebit̄
cum cepit esse iudex: & ab eis quos dampna
bit: & ab eis quos coronabit. Visionem autem
illam diuinitatis quam ꝓmisit dilectoribus
suis quando ait. qui diligit me diligetur
a patre meo: & qui diligit me mandata mea
custodit. & ego diligam eum & ostendam
me ipsum illi: iam impij non uidebunt. Ista
demonstratio: quodammodo familiaris ē.
Suis illam seruat: non illam ostendet
impijs. Qualis ē ipsa uisio: Qualis xp̄s:
Equalis patri. Qualis est xp̄c: In principio
erat ūbum: & ūbum erat apud deum: &
deus erat ūbum. Huic uisioni suspiramus
m̄ & gemimus: quamdiu ꝑegrini sum⁹. Huic
uisioni in fine reddemur: hanc uisionem
m̄ in enigmate uidemus. Si enim in enig
mate uidemus inclinemus in parabolam au
rem nr̄am: & sic apiamus in psalterio ꝓposi
tionem nr̄am. Audiamus quod dicim⁹: faci
am⁹ qd̄ p̄cipimus. Et q̄d dix̄: Ut q̄d timebo i die
mala: Iniq̄tas calcanei mei circūdab̄ me. Cep̄ obscuri⁹.
Ut q̄d timebo inq̄t i die mala: Iniquitas calcanei
mei circumdabit me. Magis ḡ debet timere:
si iniquitas calcanei eius circumdabit eum.
Non inquit timeat homo quod non habet in
potestate deuitare. Verbi gr̄a. Qui timet mor
tem: quid facturus est ut non moriatur:
Dicat m̄ qua euadat: quod debet adam:
qui natus ē ex adam. S; cogitet ut qui nat⁹
ē ex adam & secutus ē xp̄m: quia oportet
eum soluere quod debet adam: & consequi
quod promisit xp̄c. Qui ḡ timet mortem:
non ē qua euadat. Qui autem timet dampna
tionem quam audient impij. ite in ignem
ēternum: est qua euadat. Non ḡ timeat. Ut
quid enim timeat: Iniquitas calcanei ipsius
illum circumdatura ē. Si ḡ uitet iniquitatē
calcanei sui. & ambulet ꝑ uias dei: n̄ ꝑuenit
ad diem malum. Dies mala. dies nouissima:
non illi erit mala. Et
enim dies nouissima mala erit quibusdam:
bona erit quibusdam. Numquid mala erit eis
quib; dicetur: uenite benedicti patris mei
ꝑcipite regnum: S; mala erit illis q̄b; dicetur:
ite in ignem ēternum. Quod si iniquitas calca
nei sui circumdabit eum: ut quid ḡ timet
in die mala: Modo cum uiuunt: proui
deant sibi. Tollant iniquitatem a calcaneo
suo: ambulent illam uiam. ambulent ꝑ
uiam de qua dixit ipse. ego sū uia & ueri
tas & uita: & non timeant in die mala
quia dat illis securitatem qui factus ē uia.
Ut quid timebo in die mala: Iniquitas cal
canei mei circumdabit me. Ergo uitet
iniquitatem calcanei sui. In calcaneo quisq;
labitur. Intendat caritas uēra. A deo quid
dictum est serpenti: Ipsa tuum obseruabit
caput: & tu eius obseruabis calcaneum.
Diabolus calcaneum tuum obseruat. q̄ndo
labaris: ut decipiat te. Ille obseruat calca
neum tuum: tu obserua caput eius. Qd̄
ē caput ipsius: Initium male suggestio
nis. Quando incipit mala suggerere. tunc
repelle: antequam surgat delectatio &
sequatur assensio: & tunc uitabis caput

eius: & n̄ app̄hendet ille calcaneum tuum.
Quare autem hoc eue dixit? Quia ꝑ carnem
labitur homo. Eua nob̄ interior caro n̄ra est.
Qui diligit inquit yxorem suam: se ipsum
diligit. Quid ē se ipsum? Sequitur & dicit.
Nemo enim carnem suam unquam odio ha
buit: s; nutrit & fouet eam. Quia ḡ quom̄
illum hominem adam ꝑ euam supplantauit:
sic diabolus ꝑ carnem nos uult supplantare:
p̄ceptum ē eue ut obseruet caput diaboli.
quia diabolus calcaneum ipsius obseruat. Si
ḡ iniquitas calcanei circumdabit nos. ut
quid timebimus in die mala: cum habeam⁹
in potestate ut non faciamus iniquitatem &
non erit quod nos circumdet: & gaudebim⁹
in die nouissima non plangemus? Qui sunt
autem quos circumdabit iniquitas calcanei?
Qui confidunt in uirtute sua: & in habun
dantia diuitiarum suarum gloriantur.
Ergo uitabo ista: &
non iniquitas calcanei mei circumdabit
me. Quid ē uitare ista? Ut non confidam⁹
in uirtute n̄ra: non gloriemur in habun
dantia diuitiarum n̄rarum: s; gloriemur
in eo qui nob̄ promisit humilib; altitudi
nem. & minatus ē elatis dampnationem.
et non nos iniquitas calcanei circumdabit.
Qui confidunt in uirtute sua: & in habun
dantia diuitiarum suarum gloriantur. Sunt
qui p̄sumunt in amicis suis. Alij p̄sumunt
in uirtute sua: alij in diuitijs. Ista est pre
sumptio generis humani: non p̄sumentis
in d̄o. Dixit de uirtute: dixit de diuitijs.
dicit de amicis. Frater non redimet: redi
met homo? Expectas ut homo te redimat
ab ira uentura? Si te frat̄ non redimet: ho
mo te redempturus est? Quis ē frat̄ qui si n̄
redemerit: nullus homo redempturus est?
Qui post resurrectionem dixit: uade dic
fratrib; meis. Frater n̄r uoluit esse: & cum
d̄o dicimus pater n̄r: hoc manifestatur
in nob̄. Qui enim d̄o dicit pater n̄r: xp̄o
dicit frat̄. Ergo qui patrem d̄m & xp̄m
fratrem h̄t: non timeat in die mala: non
eum circumdabit iniquitas calcanei eius:

quia non p̄sumit de uirtute sua. nec in habun
dantia diuitiarum suarum gloriatur: nec de
amicis suis potentib; se iactat. In illo ḡ p̄sumat q̄
ꝓp̄t illū mortuus ē. ut ille non in sempiternum
moreretur: qui ꝓp̄t illum humiliatus ē. ut ille
exaltaretur: qui quesiuit impium ut a fideli
quereretur. Ergo si ipse non redimet: homo
redempturus ē? Aliquis homo redimet: si filius
hominis non redimet? Si xp̄c non redimet:
adam redimet? Frater non redimet: redimet
homo? Non dabit d̄o dep̄cationem suam: &
p̄cium redemptionis anime sue. Ille confidit
in uirtute sue & in habundantia diuiciarum
suarum gloriatur. qui non dabit deo depre
cationem suam: id ē placationem qua placet
d̄m ꝓ peccatis: nec p̄cium redemptionis ani
me sue qui p̄sumit de uirtute sua & de amicis
et de diuitijs suis. Qui sunt autem qui dant
p̄cium redemptionis anime sue? Quib; d̄ns
ait. Facite uob̄ amicos de mammona iniquita
tis: ut & ipsi recipiant uos in et̄na tab̄nacula.
Illi dant p̄cium redemptionis anime sue.
qui non cessant elemosinas facere. Ideo illos q̄s
monet ꝑ timotheum apl̄s: noluit ēē sup̄bos.
ne in habundantia diuiciarum suarum glo
riarentur. Deinde quod possidebant noluit
apud illos ueterascere: s; aliquid ex eo fieri.
ut esset p̄cium redemptionis anime eorum.
Ait enim. Diuitib; huius seculi p̄cipe non
sup̄be sape: neq; sp̄are in incerto diuiciarum.
s; in deo uiuo qui p̄stat nob̄ omnia habun
danter ad fruendum. & quasi dicerent
quid ḡ facturi sumus de diuicijs n̄ris: diuites
sint inquit op̄ib; bonis. facile t̄buant com
municent: & non illud ꝑdituri sunt. Unde
scimus? Audi quid sequitur. Thesaurizent
sibi fundamentum bonum in futurum: ut
app̄hendant ueram uitam: sic dabunt pre
cium redemptionis anime sue. & dominus
hoc monet: facite uob̄ sacellos non ueteras
centes. thesaurum non deficientem in cel̄.
quo fur non accedit neq; tinea corrumpit.
Noluit deus ut ꝑdas diuicias tuas: s; ut
locum illis mutes. Consilium tibi dedit.
Intelligat caritas u̅ra. Modo si amicus

tuus intraret in domum tuam & inueniret
te in loco humido frumenta posuisse: qui for
te sciret naturam corruptionis frumentorum
quam tu nescires daret tibi huiusmodi consi
lium dicens. Frater perdes quod cum magno la
bore collegisti. In loco humido posuisti: pau
cis diebus ista putrescunt. Et quid facio fra
ter? Leua in superiora. Audires amicum sug
gerentem ut frumenta leuares de inferiori
bus in superiora: & non audis xpm monentem
ut thesaurum tuum leues de terra in celum.
ubi non hoc tibi reddatur quod seruas. sed serues
terram accipias celum. serues mortalia acci
pias sempiterna: fenereris xpm. Accipiat in
terra parua: ut reddat tibi in celo multa.
Verumptamen illi quos circundabit iniquitas
calcanei sui. qui confidunt in uirtute sua. &
in habundantia diuitiarum suarum gloriantur.
et de amicis hominibus nichil ualentibus prestare
presumunt: non dabunt deo deprecationem suam:
nec precium redemptionis anime sue. Et
quid dixit de tali homine? Et laborabit in eter
num: & uiuet in finem. Labor eius sine fine
erit: uita ipsius habebit finem. Quare hoc
dixit: & uiuet in finem? Vitam quippe non
ponunt isti: nisi in delicias cotidianas. Adeo
multi inopes & pauperes nostri parum firmi. &
non intuentes quid illis promittat deus pro istis
laboribus: cum uiderint diuites in epulis coti
dianis. in splendore & nitore auri & argen
ti quid dicunt? Soli sunt isti: isti uere ui
uunt. Dicitur. iam non dicatur: & mone
mus ut & si dici habet: uel a paucioribus di
catur: quam dicetur si non moneremus.
Nam nec nos presumimus ista dicere. ut non di
cantur: sed uel a paucioribus dicantur. Nam
dicentur: usque in finem seculi. Parum est.
quia dicit eum uiuere. Adiungit etiam &
dicit. Putas eum tot annis solum uiuere.
Viuat: finietur uita ipsius: quia non dat
precium redemptionis anime sue. Finietur uita:
labor non finitur. Laborabit in eternum: &
uiuet in finem. Quomodo uiuet in finem.
Quomodo uiuebat ille qui induebatur purpu
ra & bysso: & epulabatur cotidie splendide:

et iacentem ulcerosum ante ianuam cuius
ulcera canes lingebant: & desiderantem mi
cas que cadebant de mensa eius: superbus & ti
midus contempnebat. Quid profuerunt illi ille
diuicie? Mutauerunt uices ambo. Ille aia
nua diuitis sublatus est ad sinum abrahe: ille
ab epulis splendidis missus est in ignem. Ille re
quiescebat: ille ardebat. Saciabatur ille:
sitiebat ille. Ille laborauerat in finem ui
uebat in eternum: ille uixerat in finem: la
borabat in eternum. Et quid profuit diuiti qui
quesiuit apud inferos in tormentis positus.
stillari sibi guttam aque in linguam suam
de digito lazari dicens: quoniam ardeo hic in hac
flamma? Non illi concessum est. Sic desi
derauit guttam de digito: quomodo ille micas
diuitis de mensa. Sed illius labor finitus est:
et illius uita finita est. Labor huius in eter
num: uita illius in eternum. Non hic ha
bemus uitam qui forte hic laboramus in
terram: & non ibi sic erimus. Erit enim uita
nostra xpc in eternum postea. Illi autem qui
hic uolunt habere uitam laborabunt in
eternum: & uiuent in finem. Quoniam non uide
bit interitum: cum uiderit sapientes mo
rientes. Iste qui laborabit in eternum. & ui
uet in finem. non uidebit interitum: cum uiderit
sapientes morientes? Quid est hoc? Non
intelliget quid sit interitus: quando uiderit sa
pientes morientes. Dicet enim sibi. Iste qui
sapiens erat. & cum sapientia inhabitat &
cum pietate deum coluit: numquid non est
mortuus? Faciam ergo mihi bene cum uiuo.
Nam si aliquid possent qui aliud sapiunt:
non morerentur. Videt illum mori: & non
uidet que sit mors. Non uidebit interitum
cum uiderit sapientes morientes. Quomodo iu
dei uiderunt xpm pendentem in cruce &
contempserunt dicentes: iste si filius dei esset
descenderet de cruce: non uidentes quid
sit interitus. Si uiderent quid sit interitus: se
uiderent. Ille moriebatur temporaliter
ut reuiuisceret in eternum: illi uiuebant tem
poraliter: ut morerentur in eternum. Sed quia
illum uidebant morientem: non uidebant

intitum: id ē non intelligebant quis esset
uerus intitus. Quid dicunt etiam in sapien-
tiam. Morte turpissima condempnemus
eum. Erit enim respectus ex sermonib; illi⁹.
Si enim uere filius dei ē: liberabit illum de
manib; contrariorum. Non pmittet mori filium
suum: si uere filius ipsius ē. Atubi uiderūt
illum in cruce: insultantes ei illo n̄ descenden-
te de cruce dixerunt. Vere homo fuit. Dic-
tum ē hoc. & utiq; poterat descendē de cruce:
qui potuit de sepulchro resurgere. S; do-
cuit nos ferre insultantes: docuit nos aduersus
linguas hominum esse patientes: bibere m̄
calicem amaritudinis: & postea accipe sem-
piternam salutem. Bibe eger amarum calicem.
ut sanus sis. cuius non sunt sana uiscera.
Noli trepidare: quia ne trepidares p̄or bibit
medicus: id ē passionis amaritudinem bibit
p̄or dominus. Bibit qui peccatum n̄ habebat.
qui quod in eo sanaretur non habebat. Bibe
donec transeat amaritudo huius seculi: &
ueniat seculum ubi nullum scandalum:
nulla ira nulla tabes: nulla amaritudo
nulla febris: nullus dolus nulle inimici-
tie: nulla senectus. nulla mors. nulla
contentio. Labora hic: uenturus ad finē.
Labora: ne cum non uis hic laborare. ue-
nias ad fontem uite & numquam uenias
ad finem laborum: qm̄ non uidebit inte-
ritum cum uidit sapientes morientes. Si-
mul imprudens & insipiens p̄ibunt. Quis
ē imprudens? Qui non sibi prospicit
in futurum. Quis ē insipiens? Qui non
intelligit in quo malo sit. Tu u̅ intellige
in quo malo sis m̄: & prospice ut in bo-
nis sis in posterum. Intelligendo in quo
malo sis: non eris insipiens. Prospiciendo
t̄ in futurum: non eris imprudens. Quis
est qui sibi prospicit? Seruus ille cui de-
dit dominus ipsius quod erogaret: & p⁹ ea
dixit ei. Non m̄ potes agere: redde ratio-
nem actus tui. & ille. Quid facio? Fodere
non possum: mendicare confundor. S; de
re domini sui fecit sibi amicos: qui illum
recipent: cum de actu p̄icētur. & ille fraudē
fecit domino suo: ut comparet sibi ami-
cos qui illum suscipent: tu noli timere
ne fraudem facias. ipse dominus hortatur
ut facias. Ipse t̄ dicit. Fac t̄ amicos de mam-
mona iniquitatis. Fortassis ea que adquisisti
de iniquitate adquisisti: aut fortasse ea ipsa
ē iniquitas. quia tu habes & alt̄ non habet:
tu habundas: & alt̄ eget. De ista mammona
iniquitatis: de diuiciis istis quas iniqui uo-
cant diuicias fac t̄ amicos: & prudens eris.
Comparas t̄ regnum dī: non fraudaris ani-
me tue. Modo enim uideris p̄dere. Nunq̄d
p̄des in thesauro xp̄i ponens? Nam pueri
frs unde sibi emant nescio quid. simul inue-
niunt nummos: & ponunt in thesaurario.
et non apient n̄ postea. Numquid quia non
uident quod colligunt: ideo p̄diderunt?
Noli timere. Ponent pueri in thesaurario
et securi sunt. pones tu in manu xp̄i & ti-
mes? Esto prudens: & prospice tibi in pos-
terum in celo. Esto g̅ prudens: imitare
formicam: sicut dicit scriptura. Reconde
in estate: ne esurias in hyeme. Hyemps est.
nouissimus dies tribulationis. Hyemps est.
dies scandalorum & amaritudinis. Collige
hic: quod t̄ prosit in posterum. Si ita n̄
facis: simul imprudens & insipiens p̄ibis.
S; mortuus est ille diues: & tale funus illi
factum est. Ecce quo se conuerterunt homines
Non attendunt quam malam uitam habuit
cum uiueret: s; quam pompam cum mo-
reretur. O felix quem tanti plangunt. Ita u̅
hic uixit: ut pauci plangant. Om̄s enim
deberent plangere: tam male uiuentem.
S; pompa ē funeris. Excipitur sepulchro
p̄cioso: inuoluitur p̄ciosis uestibus: sepelit̄
unguentis & aromatibus. Deinde memo-
riam qualem habet? Marmoratam. Viuit̄
in ipsa memoria ille: ubi mortuus est.
Homines ista putantes bona aberrauerunt
adeo: nec quesierunt uera & decepti sunt
a falsis: ideo uide quid sequitur. Ille qui n̄
dedit p̄cium redemptionis anime sue: qui
non intellexit intitum. quia uidit sapien-
tes morientes. factus ē imprudens & insi-

piens: ut simul periret. Et quomodo peribunt:
qui derelinquent alienis diuitias suas.
Simul imprudens & insipiens peribunt.
Attendite fratres. Et relinquent alienis
diuicias suas. Quasi eos posuit in maledic
to: qui cum mortui fuerint alieni pos
sidebunt res ipsorum. Ergo felices illi qui
relinquunt filios in possessione sua: quibus
sui succedunt. Habuit filios: non est mortuus.
Quid filij ipsius faciunt? & ipsi seruant
quod eis reliquerunt parentes sui. Parum est
quia seruant: & augent. Quibus? Et ipsi
seruant filijs suis. Illi filijs & illi filijs: & tercij
filijs. Quid xpo? Quid anime tue? Omnia
filijs. Sed inter filios suos quos habent in terra.
computent unum fratrem: quem habent
in celo. Cui totum dare debebant: uel di
uidant cum illo. Sed tamen ait mihi aliquis.
Ecce quos maledictos dixit scriptura. quos
dixit perire: & relinquere alienis diuicias suas.
Ille autem beatus: qui suis relinquit. Ego
discucio sensum istum: quia inclinabo
in parabolam aurem meam: & uideo non
frustra sic loqui scripturam. Video enim
multos iniquos mori: quibus successores
sunt filij: nec potuit sic loqui scriptura ista:
ut separaret eos a miseria: quorum uitam
improbat. Et quid putatis intelligere
fratres. nisi quia omnes tales alienis relinquunt
diuicias suas? Quomodo alieni sunt filij.
Filij iniquorum: filij alieni sunt. Nam in
uenimus quendam extraneum propinquum
factum: quia profuit. Sic quisquis tuorum
tibi nichil prodest: alienus est. Ubi inuenimus
nescio quem exterum propinquum factum:
quia profuit? In euuangelio. Jacebat qui
dam uulneratus a latronibus. Dominus autem
dixerat cuidam. Diliges proximum tuum:
tamquam te ipsum. & ille respondebat: & quis
est mihi proximus? Et narrauit dominus.
Homo quidam descendebat ab ierusalem in ieri
cho. & incidit in latrones: qui eum uulnera
uerunt: & semiuiuum in uia reliquerunt.
Transierunt propinqui. Judeus enim erat.
Ideo de ierusalem descendebat in iericho. Tran
sijt sacerdos: & preterijt. Transijt leuites:
et preterijt etiam ipse. Transijt quidam
samaritanus. Samaritanus nescio quis erat
extraneus. Ipse ad illum accessit: & inspe
xit miseriam eius: & misericordia motus cura
uit uulnera eius. Leuauit in iumentum:
et duxit in stabulum: commendauit sta
bulario. Quia in misterio dicta sunt. & ad
discutiendum nunc prolixiora uidentur:
tamen propter quod proposui fratres: ait dominus.
Quis est illorum illi sauciato proximus? Res
pondit ille. Credo: qui cum illo fecit misericordiam. Vade
inquit: & tu fac similiter. Cui misericordiam facis: pro
ximus tibi est. Si ergo extraneus samaritaneus
faciendo misericordiam & subueniendo proxi
mus factus est. quicumque tibi in tribulatione
subuenire non possunt: alieni a te facti
sunt. Jam attendamus illos diuites qui
male uixerunt: qui superbe egerunt. Mor
tui sunt & reliquerunt non dico extraneis:
sed filijs suis reliquerunt suas diuicias: & fi
lij ipsorum uiam parentum suorum se
quuntur. Sicut illi superbi & isti. sicut illi
rapaces ita & isti: ut illi auari ita & isti:
alieni ab illis sunt. Nam ut noueritis quia
alieni sunt. subuenirent illi diuiti qui arde
bat in flamma: successores diuitiarum
ipsius. Sed forte non habuit qui illi succe
derent: & alieni possederunt diuitias
ipsius. Inuenimus in ipso euuangelio.
quia habuit. Ait enim. Habeo quinque fratres.
Et fratres ipsius subuenire illi ardenti in
flamma non potuerunt. Quid tibi dicerent diues?
Habeo quinque fratres: sed unum fratrem michi
amicum non feci: quia iacebat ante ia
nuam. Illi mihi fratres subuenire non possunt:
qui possident diuicias meas. Alieni a me
facti sunt. Videtis quia omnes qui male
uiuunt: alienis relinquunt diuicias suas.
Sed plane prestant illis ipsi alieni: qui uo
cantur sui. Audite quid illis prestant.
Attendite quomodo irrideantur. Simul
imprudens & insipiens peribunt: & relin
quent alienis diuicias suas. Quare dixit
alienis? Quia nichil eis prodesse possunt.

Et tamen in quo sibi uidentur prodesse?
Et sepulchra eorum. domus illorum in
eternum. Jam quia ista instructa sunt sepul
chra: domus sunt sepulchra. Nam plerumque
audis diuitem dicentem. Habeo marmora
tam domum: quam relicturus sum et
non cogito in eternam domum ubi semper ero?
Quando cogitat sibi memoriam marmora
tam: aut exculptam facere quasi de domo
eterna cogitat: quasi ibi maneat ille diues.
Si ibi maneret: non arderet apud inferos.
Ubi maneat spiritus male agentis: non ubi po
natur corpus mortale cogitandum est. Sed
domus eorum sepulchra eorum in eternum. Ta
bernacula eorum in generatione & generatio
ne. Tabernacula in quibus temporaliter manserunt:
domus in quibus quasi in eternum manebunt.
id est sepulchra. Tabernacula ergo suis dimit
tunt ubi manebant cum uiuerent: tran
seunt quasi ad domos eternas ad sepulchra.
Quid illi prosunt tabernacula eorum: in ge
neratione & generatione? Nam generatio
et generatio puta filii sunt: nepotes eorum
et pronepotes. Quid faciunt? Quid prosunt
tabernacula eorum? Quid? Audi. Inuocabunt
nomina eorum: in terra ipsorum. Quid est hoc?
Tollunt panem & uinum ad sepulchra: et
inuocabunt ibi nomina mortuorum. Putas
quantum uocatum est nomen illius diuitis
postea: quando inebriabant se homines
in memoria ipsius: nec descendebat una
gutta super linguam ipsius ardentem. Ven
tri suo seruiunt homines: non spiritibus
suorum. Ad spiritus mortuorum non peruenit: nisi
quod secum uiui fecerunt. Si autem uiui
secum non fecerunt: ad mortuos nichil peru
enit. Sed quid faciunt illi? Solum inuoca
bunt nomina eorum: in terris ipsorum. Et
homo cum in honore esset non intellexit:
comparatus est iumentis insensatis. & simi
lis factus est illis. Quomodo insultatum est
hominibus qui non intellexerunt quid fa
cerent de diuiciis cum uiuerent: & puta
uerunt se beatos futuros si haberent me
moriam marmoratam quasi eternam domum

et si sui quibus reliquissent substantiam suam
inuocarent nomina eorum in terris ipsorum.
Debuerunt autem contra preparare sibi do
mum eternam in bonis operibus: preparare sibi
uitam immortalem: mittere ante se sumptus.
sequi opera sua: attendere comitem egentem:
dare ei cum quo ambulant: non contemp
nere xpm ante ianuam ulcerosum. qui di
xit. Cum uni ex minimis meis fecistis: mihi
fecistis. Quia ergo non intellexit homo in ho
nore positus. Quid est in honore positus? Factus
ad imaginem & similitudinem dei. Homo
prelatus est iumentis. Non enim sic fecit deus
hominem quomodo fecit iumentum: sed fecit
deus hominem: cui seruirent iumenta.
Numquid eius uiribus: & non intellectui?
Ille autem non intellexit. Et qui factus erat
ad imaginem dei: comparatus est iumentis
insensatis: & similis factus est illis. Unde alibi
dicit. Nolite esse sicut equus & mulus: qui
bus non est intellectus. Hec uia ipsorum
scandalum ipsis. Ipsis sit scandalum: non
tibi. Quando autem erit & tibi? Si putes quod
beati sint tales. Intelligas quia non sunt
beati. Ipsis erit scandalum uia ipsorum
non xpo: non corpori eius: non membris
eius. & postea in ore suo benedicent. Quid
est postea in ore suo benedicent? Cum facti
fuerint tales ut non querant nisi bona tempo
ralia fiunt hypocrite: & quando benedicunt
deum: labiis benedicunt dominum non corde.
Tales facti christiani quando illis laudatur uita
eterna: & dicitur illis contemptores diuiciarum
esse debere in nomine xpi: torquentur in
corde suo. & si non audent in facie non
erubescant coram hominibus aut ne cor
ripiantur: in corde id faciunt et con
tempnunt. & remanet illis in ore bene
dictio: & in corde maledictio: et postea in
ore suo benedicent. Longum est: ut psalmum fi
niamus. Sufficiat caritati uestre
quod audistis interim hodie: cras
quod domino placuerit audietis:
esterno Item de eodem psalmo.
die cepto psalmo terminus

debebatur: sicut meminit caritas uera. Pue
neramus autem usque ad istum uersum. ubi
designat spc dei homines non attendentes
nisi ad presentia secularia terrena: & in posterum
post hanc uitam nichil cogitantes. neque ullam
felicitatem esse arbitrantes. nisi diuicias & huius
seculi honores & transitoriam uirtutem. post
obitum autem suum non attendentes. nisi
quemadmodum eis procurentur funera pom
posa. & sepeliantur in monumentis ope
mirabili extructis: & inuocentur nomina
eorum in terris ipsorum a domibus eorum: non
autem sibi comparant ubi sit spc post hanc
uitam. stulti non contremiscentes uocem
xpi dicentis: stulte hac nocte aufertur a te
anima tua que preparasti cuius erunt: nec
attendentes post epulas cotidianas splen
didas. & purpuram & byssum. diuitem
dampnatum ad tormenta in infernum: &
post labores & ulcera & famem. pauperem re
quiescentem in sinu abrahe: ista non curantes:
sed attendentes ad id quod presens est: & post
hanc mortem non prouidentes nisi quem
admodum nomen eorum quod reprobatur in
celo inuocetur in terra. Describens ergo tales spc
sanctus: ait: Hec uia illorum scandalum
ipsis: & postea in ore suo benedicent. Sicut
dicit dominus ihc de quibusdam. qui primo
accedunt ad fidem mundati uerbo dei. & exor
cismis in nomine xpi. ut accipiant gratiam
dei ut baptizentur: & postea redeuntes ad pei
ora mala quam antea commiserant: fient
illis inquit posteriora deteriora prioribus. Hoc
petrus apls dicit. Dominus autem: et
erunt posteriora inquit illius hominis pei
ora quam erant priora. Quare? Quia primo
uel apertus paganus erat: postea palliatur nomi
ne xpiano sub uelamine religionis occultus ma
lus: & erit deterior quia occultus est sicut
ait. & postea in ore suo benedicent. Id est
nomen dei & nomen xpi. audis in labiis: in
corde non inuenis. De quibus dictum est. Po
pulus iste labiis me honorat: cor autem
eorum longe est a me. Huc usque ergo psalmus tra
ctatus erat. Deinde incipiuntur uersus ho

die discutiendi: atque tractandi. Sicut
oues in inferno posite: mors pastor est eis.
Quibus? Illis quorum uia scandalum illis.
Quibus? Illis qui presentia sola attendunt:
dum futura non cogitant. Illis qui uitam
non putant: nisi istam que mors dicenda est.
Non ergo immerito tamquam oues in inferno:
mortem habent pastorem. Quid est mortem habent
pastorem? Mors enim aliqua res. aut aliqua
potestas est? Mors nempe ista: separatio est
anime a corpore. Mors equidem quam ti
ment homines: separatio est anime a corpore.
mors autem uera quam non timent ho
mines separatio est anime a deo. Et plerumque
cum timent homines istam que separat
animam a corpore: incidunt in illam ubi ani
ma separatur a deo. Hec est ergo mors. Quomodo autem
mors pastor est istis? Si uita xpc est: mors
diabolus. Habemus autem multis locis
in scriptura. quia uita est xpc. Mors autem est dia
bolus. non quia ipse mors est: sed quia per illum
mors. Siue enim illa in quam in lapsus est adam
que ipsius persuasione homini propinata est. siue ista
in qua separatur anima a corpore. ipsum habet
auctorem. qui primo per superbiam cadens inuidit
stanti. & morte inuisibili deiecit stantem: ut etiam
morte uisibili perderet. Ad eum pertinentes: pasto
rem mortem habent. Nos autem qui de futura immor
talitate cogitamus: & non sine causa in fronte sig
num crucis xpi portamus. non habemus pastorem
nisi uitam. fidelium pastor uita: infidelium
pastor mors. Si ergo in inferno sunt oues quibus pastor
mors est: in celo sunt oues. quibus pastor uita
est. Quid ergo? Iam in celo sumus? In celo se
cundum fidem. Si enim non in celo:
ubi sursum cor? Si non in celo. unde apls
paulus dicit: nostra enim conuersatio in celis
est? Corpore ambulamus in terra: corde
habitamus in celo. Habitamus ibi si illuc
aliquando aliquid mittimus quod ibi
nos teneat. Nemo enim habitat corde: nisi
unde cogitat. Inde enim cogitat: ubi the
saurizat. Thesaurizauit in terra: cor ipsius
a terra non recedit. Thesaurizauit in celo: cor
ipsius de celo non descendit: domino aperte

dicente. Ubi est thesaurus tuus: illic erit et
cor tuum. Isti ergo quibus mors pastor est uidentur
florere ad tempus: et iusti laborare. Sed quare?
Quia nox est adhuc. Quid est nox est? Non appa-
rent merita iustorum: et quasi nominatur
felicitas impiorum. Tandiu uidetur herba
letior: quamdiu arbor tristior: quamdiu hy-
emps est. Herba enim per hyemem uiget.
Arbor per hymem quasi arida est. Cum sol exi-
erit feruentior tempore estatis: arbor que
per hyemem arida uidebatur repletur foliis:
profert fructus. Herba autem arescit. Uides
honorem arboris: herba arida est. Sic et modo
iusti laborant: antequam ueniat estas. Est
uita in radice: nondum apparet in ramis.
Radix autem nostra caritas est. Et quid ait
apostolus ut sursum debeamus habere radicem
ut uita sit pastor noster: quia habitatio nostra
non debet recedere de celo: quia in hac ter-
ra debemus sicut mortui ambulare. ut
supra uiuentes infra mortui simus: ut non
supra mortui infra uiuamus? Quia ergo non
debet recedere uita nostra et cor nostrum de superni-
s. quid ait apostolus? Mortui enim estis. Et ne ti-
meres: uita uestra abscondita est ait cum xpo
in deo. Ecce ubi est radix nostra. Quando autem
apparebit honor noster: tamquam in foliis
et fructibus? Sequitur et dicit. Cum xpc
apparuerit uita uestra: tunc et uos cum illo
apparebitis in gloria: et erit mane. Nam
modo non est mane. Tumeant modo superbi
et diuites huius seculi: impii bonis insul-
tent: infideles fidelibus et dicant. Quid
uobis prodest quia credidistis? Quid plus
habetis. quia xpm habetis? Respon-
deant fideles: si uere fideles sunt. Nox
est: nondum uidetur quod tenemus. Non
quiescant manus: in bonis operibus. Unde
alibi dicitur. In die tribulationis mee dominum exqui-
siui manibus contra eum nocte: et non sum
deceptus. Apparebit labor noster mane. et erit
fructus mane: ut illi qui modo laborant postea
dominentur. et illi qui modo se iactant et super-
biunt: postea subiciantur. Quid enim sequitur? Sicut
oues in inferno posite sunt: mors pastor est

eis. Et dominabuntur eis recti mane.
Puto iam planum istum esse uersum: quia
preloquuti sumus: dominabuntur eis recti
mane. Tolera noctem: desidera mane. Ne
putes quia nox habet uitam: et mane non habet
uitam. Ergo qui dormit uiuit: et qui sur-
git non uiuit? Nonne qui dormit. morti
similior est? Et qui sunt qui dormiunt. Quos
excitat apostolus paulus: si tamen uelint eui-
gilare. Quibusdam enim dicit. Surge qui
dormis. et exurge a mortuis: et illumina-
bit te xpc. Qui ergo illuminantur a xpo iam
uigilant: sed nondum apparet fructus uigi-
liarum. Mane apparebit: id est cum seculi
huius incerta transierint. Ipsa est enim nox.
Nunc tamen enim uidentur quasi tenebre. Fa-
cit male: uiuit. floret. terret: honoratur.
Facit bene: reprehenditur. blasphematur.
accusatur. laborat. terretur: quasi tenebre
sunt. In radice autem est uigor. fructus.
opulentia. uita: nondum est in ramis. Sed ra-
dix non aruit: similis arescenti est. Sed cum
tempus uenit. uestitur honore suo: fecundatur
fructibus suis. Tunc illi de quibus dictum est. ut non
eos zelemus: quid enim ait de illis psalmus: quoniam
sicut fenum cito arescent. et sicut olera prati
cito cadent. cadent cum uidebunt ad dexte-
ram sanctos. quibus laborantibus insultabant:
et dicent inter se penitenciam agentes. Sed pe-
nitenciam seram et infructuosam. Qui noluerunt
modo agere fructuosam: agent tunc infruc-
tuosam. Quid ergo dicunt iam in penitencia
infructuosa? Hii sunt quos aliquando in ri-
sum habuimus: et in similitudinem impro-
perii. Uerba dico libri de sapientia: cognos-
cunt qui ea solent audire. Uerba enim malorum
futura quando uidebunt iudicem. etiam omnes
fideles ad dexteram eius: et omnes sanctos eius
cum illo iudicantes: hoc habent dicere. Uba
ipsorum dixit scriptura. Hii sunt quos aliquando
habuimus in derisum: et in similitudinem impro-
perii. Nos insensati uitam illorum estimaba-
mus insaniam. Cum enim ceperit deo quisque
uiuere. mundum contempnere. iniurias suas
nolle ulcisci: nolle hic diuitias. non hic querere.

felicitatem terrenam: omnia contempnere.
deum solum cogitare: uiam xpi non deserere.
non solum a paganis dicitur insanis: sed quod
magis dolendum est quia et intus multi dor
miunt et uigilare nolunt: a suis xpianis
audiunt. Quid pateris? fratres mei homini
uiuenti secundum uiam xpi qui dicunt quid
pateris: putamus quid dicit? Horremus iudeos:
quia dixerunt domino ihu xpo demonium
habes: et quando audimus recitari euuan
gelium. tundimus pectora. Sceleratam
rem dixerunt iudei xpo: demonium habes.
Age tu xpiane: quando uideris de corde ho
minis expulsum diabolum et inhabitare
xpm: et dicis quid pateris: demonium tibi
uidetur habere. Dictum est et de ipso domino
quod insaniret: quando loquebatur uerba
que illi non capent. Dictum est insanit
demonium habet: et tamen aliqui euigilabant
a somno et dicebant. Non sunt ista uerba
demonium habentis. Sic et modo fratres quam
diu ista uerba audiunt et gentes. et qui inha
bitant orbem terrigene et filij hominum et
diues et pauper. idem qui pertinent ad adam
et qui pertinent ad xpm: alij dicunt de
monium habet: alij dicunt non sunt uerba
ista demonium habentis. Alij enim tenent
uiam seculi et ista ad tempus audiunt: alij
non frustra audiunt sed faciunt quod dictum
auribus percipite qui inhabitatis orbem. Et
cum agunt ista: incertus est fructus. Sed qui
male agunt. et uiam seculi eligunt.
mors pastor est eis. Qui autem eligunt uiam
dei: uita pastor est eis. Ueniet ipsa uita iudi
catura et dampnatura cum pastore suo eos
quibus dicetur: ite in ignem eternum: qui
preparatus est diabolo et angelis eius. Illi autem
quibus insultatum est. et qui irrisi sunt
quia credebant: audient ab ipsa uita quam
habent pastorem. Uenite benedicti patris mei:
percipite regnum quod uobis paratum est ab
origine mundi. Dominabuntur ergo eis recti:
non modo sed mane. Nemo dicat. Quare sum xpia
nus improperium iniquis? Noli festinare:
dominabis: sed mane. Et auxilium eorum

ueterescet in inferno a gloria eorum. Modo
habent gloriam: in inferno ueterescent. Quod
auxilium eorum? Auxilium de pecunia:
auxilium de amicis: auxilium de uirtute
sua. Sed cum mortuus fuerit homo: in illa die
perient omnes cogitationes eius. Quantum uisus est
gloriam habere inter homines cum uiueret:
tantam uetustatem et corruptionem supplici
orum habebit cum mortuus fuerit apud inferos.
Verumptamen deus redimet animam meam.
Uidete uocem sperantis de futuro. Verumpta
men deus redimet animam meam. Forte uox est
adhuc uolentis liberari de pressura. Nescio quis
in carcere est: et dicit. Deus redimet animam
meam. Nescio quis in cathena: et dicit. Deus
redimet animam meam. Nescio quis periculum
patitur in mari. iactatur fluctibus: et seuien
tibus tempestatibus quid dicit? Deus redimet
animam meam. Liberari uolunt ad istam ui
tam: non est autem ista uox huius. Audi quid
sequitur. Deus redimet animam meam de
manu inferi: cum acceperit me. Hanc redemp
tionem dicit: quam xpc in se ostendit. Des
cendit enim ad inferos: et ascendit in celum.
Quod uidimus in capite: inuenimus in cor
pore. Quod enim credimus in capite: qui
uiderunt ipsi nobis annunciauerunt. et per ip
sos uidemus quia unum corpus omnes sumus.
Sed meliores illi qui uiderunt: nos deteriores
quibus annunciatum est? Non hoc dicit ipsa
uita: ipse pastor noster. Insultat enim cuidam
discipulo suo dubitanti: et cicatrices pal
pare cupienti. Et cum palpasset cicatrices
et exclamasset dicens: dominus meus et deus
meus: uidens dubitantem discipulum. et
intuens totum orbem terrarum crediturum:
quia uidisti ait credidisti: beati qui non ui
dent et credunt. Verumptamen deus redimet a
nimam meam de manu inferi: cum acceperit me.
Hic ergo quid? Labor. pressura. tribulatio. temp
tatio: nichil aliud speres. Et ubi gaudium?
Inspe futura. Nam dixit apostolus. Semper gauden
tes. In tantis tribulationibus semper gaudeamus.
Semper tristes. semper gaudentes: quia ipse dixit.
Quasi tristes: semper autem gaudentes. Tristicia

nr̃a quasi habet: gaudium nr̃m non habet
quasi: quia in spe certa ē. Quare tristicia nr̃a
quasi habet? Quia sicut sompnus transit. et
dominabuntur recti mane. Nouit enim ca
ritas uera: quia q̄sonnium indicat: addit
quasi. Quasi sedebam. quasi loquebar: quasi
prandebam. quasi equitabam: quasi disputa
bam. Totum quasi: quia cum euigilauit. non
inuenit quod uidebat. Quasi thesaurum inue
neram: dicit mendicus. Si quasi non esset.
mendicus non esset. S; quia quasi erat: mendicꝰ
ē. Itaq; m̄ qui ad leticias singulares oculos api
unt & cor claudunt: transit quasi eorum.
et uenit uerum ipsorum. Quasi ipsorum fe
licitas ē seculi: uerum ipsorum pena ē. Nr̃m
autem quasi. quasi tristicia est: gaudium non
est quasi. Non enim ait apl̄s quasi gaudentes
semp autem tristes: aut quasi tristes & quasi
gaudentes: s; ait quasi tristes semp autem
gaudentes. Sicut egem. Et ibi sicut hoc ē q̄si
posuit: multos autem ditantes. Et cum
hoc diceret nichil habebat apl̄s: oīa sua di
miserat: diuicias nullas possidebat. Et quid
secutus ait? Quasi nichil h̄ntes. Et ipsum ni
chil habere apl̄i: quasi erat: & omnia possi
dentes. Ibi non dixit quasi. Quasi egebat.
Non autem quasi s; uere: multos ditabat.
Quasi nichil habebat: non autem quasi s;
omnia possidebat. Vnde uere omnia posside
bat? Q̄m omnium conditori adherebat. Ve
rum tamen deus redimet inquit animam
meam de manu inferi: cum accepit me. Quid
hic agitur? Quid hic uolūt florere? Tu uisu
rus es hominem florentem malum. & forte ti
tubabunt pedes tui: & dicturus es in animo
tuo: deus. ego noui facta huius hominis:
que scelā fecit iste homo: & ecce floret. t̄ret.
dominatur. extollitur: caput illi n̄ dolet.
nich̄ in domo eius diminutum ē: & timebis
quia credidisti. & forte dicit cor tuum. Me
miserum: puto sine causa credidi: deus non
respicit res humanas. Excitat g̊ nos deus. &
quid dicit? Ne timueris cum diues facꝰ fuit
homo. Quare enim timebas? Quia diues
factus fuerat homo. Timebas ne sine causa cre

deres: ne forte pdidisses laborem fidi tue & spē
conuersationis tue. quia forte incurrit tibi lu
chrum cum fraude. & potuisti facere ipsum
lucrum cum fraude diues esse & non laborare?
& attendens quid minatꝰ ē ds. tempasti a frau
de & contempsisti luchrum. Vides alium fecis
se luchrum de fraude & nichil mali pati: & ti
mes esse bonꝰ. Ne timueris ait tibi spiritꝰ dei:
cū diues factus fuerit homo. Oculos non uis
habere. nisi ad p̄sentia: Futura pmisit qui resur
rexit. Pacem in hac t̄ra & req̄em in hac uita: non
pmisit. Omīs homo requiem querit: bonā rem
querit: s; n̄ in regione sua illam querit. Non est
pax in hac uita. In celo nob̄ pmissum ē: quod in
terra querimꝰ. In futuro scl̄o pmissum ē: quod in
isto scl̄o querimus. Ne timeas cum diues factus
fuerit homo. & cū multiplicata fuerit gl̄a do
mus eiꝰ. Quare ne timueris? Q̄m n̄ cū morietur
accipiet omnia. Vides uiuentē: cogita morien
tem. Q̄d hic habeat attendis: quid secum tollat
attende. Quid secum tollit? Multum auri habet
multum argenti habet. multū prediorꝫ manci
piorum: moritur. remanent illa: nescit quib;.
Et si enī dimittit q̄bus uult: non seruat quib;
uult. Multi enī & non sibi dimissa adquisierūt:
& multi sibi dimissa pdiderunt. Remanent e
nī illa omnia: & tulit secum. Quid? forte di
cit aliquis. Illud secum tulit unde inuoluitur:
et quod illi erogatur ad p̄ciosum & marmo
ratum sepulchrum ad instruendam memoriā:
hoc secum tollit. Ego dico: nec hoc. Exhibentur
enim ista non sentienti. Si dormientem & non
uigilantem ornes in lecto. secum illa habet
forte ornamenta: insunt in corpore iacentis:
et forte ille in somnis in pannis se uidet. Q̄d
sentit ei plus ē. quam quod non sentit: quā
quam & illud cum euigilauit non erit: tam̄
dormienti magis illud erat quod in sompnis
uidebat: quam illud quod non sentiebat. Q̄d
ergo fratres dicunt sibi homines: Erogetur
ad mortē meā. Quare dimitto heredes meos
diuites? Multa habebunt de meo: habeam &
ego aliquid de meo in corpore meo. Quid habe
bit corpus mortuū? Quid habebit caro putres
cens? Quid habebit caro non sentiens? Si aliq̄d

habuit diues ille cuius lingua siccauerat: tc̄
habet homo aliquid de suo. Fratres. numquid
sic legimus in euuangelio? quia diues ille cum
sericis & bissinis tegumentis apparebat in
igne? Numquid qualis erat in epulis ad men
sam. tal erat & apud inferos cum sitiret? et
stillam desiderāret aque? Non ibi erant illa
om̄a. Non ḡ secum accipit homo omnia? nec
quod tollit sepultura: tollit secum mortuus.
Vbi enim sensus: ibi homo. Vbi nullus sensus
non ē homo. Iacet uas quod continebat homi
nem: domus que habebat hominem. ~~domus
que habebat hominem~~. Corpus dicam⁹ domū:
spm̄ dicamus habitatorem domus. Spc̄ tor
quetur apud inferos. Quid illi pdest quia
corpus iacet in cinamomis & aromatib; inuo
lutum p̄ciosis linteis? tamquam si dominus
domus mittatur in exilium. & tu ornes pa
rietes ipsius? Ille in exilio eget. fame defi
cit. uix sibi unam cellam inuenit ubi som
num capiat? & tu dicis felix est? Nam or
nata ē domus illius. Quis te non aut iocari?
aut insanire arbitretur? Ornas corpus.
torquetur spc̄. Da aliquid spm̄: & dedisti ali
quid mortuo. S; quid illi dabis? quando unam
guttam desiderauit & non accepit? Hic enim
contempsit mittere ante se aliquid. Quare
contempsit? Quia hec uia illorum scandalū
ē illi. Non putauit uitam n̄ p̄sentem: non
cogitauit nisi quemadmodū p̄ciosis uestib;
obuolutus sepeliretur. Ablata est ab illo ani
ma eius: sicut dominus dicit. Stulte. hac
nocte auferetur anima tua? que p̄parasti cuius
erunt? Et impletum ē in illo: quod iste psal
mus dicit. Ne timueris cum diues factus fuit
homo. & cum multiplicata fuit gloria domus
eius: q̄m non cū morietur accipiet omnia?
neq; simul descendet cum eo gloria domus ei⁹:
q̄m anima eius in uita ipsius benedicetur.
Intendat caritas uīra. Q̄m anima eius in ui
ta ipsius benedicetur. Quamdiu uixit: bene
sibi fecit. Hoc dicunt omnes: s; falso dicunt.
Benedictio ē ab animo benedicentis: non
ab ipsa ueritate. Quid enim dicis tu? Quia
manducauit & bibit. quia fecit qd̄ uoluit?

q̄m splendide epulatus est. ideo secum fecit
bene? Ego dico secum fecit male? non ego di
co s; xp̄c: fecit secum male. Et enim diues
ille quando cotidie epulabatur splendide?
bene secum facere putabatur. Cum autem ce
pit ardē apud inferos? tunc inuentum ē male:
quod putabatur bene. Quod enim manduca
uerat apud supos: hoc digerebat apud inferos.
Iniquitatem dico frs: quam epulabat. Man
ducabat p̄ciosas epulas ore carnis: ore cordis
manducabat iniquitatem. Quod apud supos
ore cordis manducauerat: hoc apud inferos
in illis suppliciis digerebat. Equidem tempo
raliter manducauerat: in eternum male dige
bat. Manducatur ḡ iniquitas: forte aliquis
hoc dicit. Quid ē qd̄ loquitur? Manducatur
iniquitas? Non ego dico: audi scripturam.
Sicut uua acerba dentib; uexatio ē. & fumus
oculis: sic iniquitas utentib; ea. Qui man
ducauit enim iniquitatem? id ē qui libent̄
habuit iniquitatem: non poterit mandu
care iusticiam. Panis enim iusticia ē. Quis ē
panis? Dominus ego sum inquit panis ui
uus qui de celo descendi: ipse ē panis cordis
nr̄i. Quom̄ qui manducat ore corporis uuas
acerbas. obrigescunt & obstupescunt den
tes eius. & minus idoneus fit ad mandu
candum panem? & remanet illi laudare
quod uidet & manducare non posse: sic
et qui iniquitate usus ē. & pastus peccatis
in corde? incipit non posse manducare pa
nem: laudat uerbum dī & non facit. Vnde
non facit? Quia cum cepit facere laborat?
quom̄ sentimus dentes post uuas acerbas.
cum cepimus panem manducare. S; quid
faciunt illi. quib; obstupuerunt dentes?
Temp̄ant se aliquantum ab his acerbis?
et redeunt dentes ad stabilitatem suam: &
incumbunt pani. Sic & nos laudamus iusti
ciam. S; si uolumus manducare iusticiam?
temp̄emus nos ab iniquitatibus: & nascit⁹
in corde non solum delectatio laudandi iusti
ciam. s; etiam facilitas manducandi. Nam
sic dicit xanus. Deus nouit quia delectat
me: s; non possum facere. Quassatos dentes

habet: dui manducauit iniquitatem. Ergo
et iusticia manducatur. Si non manducaret:
non dicet dominus. Beati qui esuriunt &
sitiunt iusticiam. Ergo quoniam anima
illius in uita ipsius benedicetur: & in uita be
nedicetur: in morte torquebitur. Confitebitur
tibi: cum benefeceris ei. Attendite & pasci
mini. Hereat in cordibus uestris: manducate. Vi
dete tales: & nolite esse tales. Cauete talia uerba.
Confitebitur tibi: cum benefeceris ei. Quam multi
sunt xpiani fratres: qui tunc deo gratias agunt.
quando illis accidit luchrum. Hoc est confitebitur
tibi: laudabit te & dicet. Vere quia tu es
deus meus. Liberauit me de carcere: confite
bor illi. Venit illi luchrum: confitetur.
Venit hereditas: confitetur. Patitur damp
num: blasphemat. Qualis filius es qui quando
te pater emendat: tunc tibi displicet: Non
emendaret nisi displicerem: aut si sic displicerem
ut odisset: nollet te emendare. Gratias age
ergo emendatori: ut accipias hereditatem a
deo: qui te emendat. Erudiris: cum emen
daris. Sed multum emendat: quia mag
num est quod habes accipere. Nam si appen
das quod emendaris cum eo quod accepturus
es: inuenies quia nichil est quod emendaris.
Apostolus paulus hoc dicit. Et enim quod ad pre
sens est temporale leue: & tribulationis nostre:
iuxta incredibilem modum eternum glorie
pondus operatur in nobis. Sed quando? Non
respicientibus inquit que uidentur: sed que
non uidentur: non que temporalia sed
que eterna. Que enim uidentur temporalia
sunt: que autem non uidentur eterna sunt.
Et iterum. Non sunt condigne passiones
huius temporis: ad futuram gloriam que
reuelabitur in nobis. Quid est ergo quod pateris?
Sed semper patieris. Concedo. Ex quo natus es
per omnes etates tuas usque ad senectam tuam:
quo usque morieris: quia hoc pateris puta
quod est passus iob. Quod ille passus est aliquot
diebus si aliquis patiatur ab ipsa infantia:
quod pateris transit finitur: quod accep
turus es finem non habebit. Nolo iam eques
penam cum premio. Tempora equa eternitati:

si potes. Confitebitur tibi: cum benefeceris ei.
Nolite esse tales fratres. Videte quia propterea
dicimus hec. Propterea cantamus: propterea tractatur:
propterea subdatur. Nolite facere ista: negocia
uestra uos probent. Aliquando in negocio uestro
auditis uerum: & blasphematis ecclesiam. Blas
phematis quare? Quia xpiani estis. Si sic est:
duco me in partem donati. Paganus uolo
esse. Quare? Quia momordisti panem: &
dolent dentes. Quando uidebas ipsum pa
nem: laudabas. Cepisti manducare & dolent
dentes: hoc est quando audiebas sermonem
dei collaudabas: cum dicitur tibi fac hoc. blasphe
mas. Noli uelle sic. Vel hoc dic. Bonus est pa
nis: sed ego non possum manducare. Nunc
autem oculis uides. laudas: cum ceperis
dentes premere dicis. Malus est panis iste. Et
qualis est ille qui illum fecit? Ita fit ut confi
tearis deum: quando tibi benefacit deus: et
mentiaris quando cantas: benedicam dominum
in omni tempore: semper laus eius in ore meo.
Exigitur de corde tuo: cantatio labiorum
tuorum. Cantasti in ecclesia: benedicam do
minum in omni tempore. Quomodo in omni
tempore? Si in omni tempore luchrum:
in omni tempore benedicis. Si aliquando est
dampnum: non benedicitur sed blasphematur.
Certe quia non benedicis in omni tempore:
certe quia non semper laus eius in ore tuo est:
eris talis qualem modo descripsit. Confitebitur
tibi: cum benefeceris ei. Introibit usque in pro
geniem patrum suorum. Idem imitabitur
patres suos: quia iniqui qui modo sunt non
habent patres uel fratres? Antiqui iniqui: patres
sunt presentium. Et modo qui iniqui sunt. patres sunt
posterorum iniquorum: quo modo patres iustorum
antiqui iusti: patres sunt iustorum qui modo sunt:
et qui modo sunt. patres sunt eorum qui futu
ri erunt. Ostendere uoluit spiritus sanctus quia non est
mala equitas quando ad illum murmuratur:
sed hii ab origine usque ad progeniem patrum.
patrem suum habent. Duos genuit adam:
& in uno iniquitas. in uno iusticia. Iniquitas
in chayn: iusticia in abel. Preualuisse uidetur
iniquitas super iusticiam: quia occidit chayn in

iustus abel iustum in nocte. Numquid
mane? Si dominabuntur recti mane eis.
Veniet mane? & uidebitur ubi sit abel.
et ubi chayn. Sic omnes qui secdm chain.
et sic omnes qui secdm abel: usque in finem
seculi. Introibit usque in progeniem pa
trum eius: usque in eternum non uidebit lu
men. Quia & hic cum esset in tenebris erat.
gaudens falsis bonis? & non amans uera
bona? & ideo hinc ad tartharum ibit.
A tenebris sonniorum: excipient eum te
nebre tormentorum. Ergo usque in eternum
non uidebit lumen. Sed quare hoc? Quod
posuit in medio psalmo: & hoc in finem.
Homo cum in honore esset non intellexit:
comparatus est iumentis insensatis & similis
factus est illis. Uos autem frs considerate uos
homines factos ad imaginem & similitudi
nem dei. Imago dei uitus est: non est in cor
pore. non est in auribus istis quas uidetis? &
oculis & naribus. & palato. & manibus. & pe
dibus? sed est facta mens ubi est intellectus?
ubi mens. ubi ratio inuestigande ueritatis.
ubi est fides. ubi est spes uera. ubi est caritas uera.
ibi habet deus imaginem suam? ut ubi in
telligitis & uidetis quia ista transeunt.
quia sic dixit in alio psalmo. Quanquam
in imaginem dei ambulet homo: tamen
uane conturbatur. Thesaurizat. & nescit
cui congregabit ea. Non turbemini quia
qualiacumque sunt ista. transitura sunt: si
homines estis in honore positi & intelligitis.
Nam si homines in honore positi non intelli
gitis? comparamini iumentis insensatis: et
incautum in tenebris ubi tu puteum ēē scires.
et taceres: qualis esses? Nonne inimicus de
putareris anime eius? & tamen si in pu
teum caderet: non anima s; corpore moreret.
Precipitat se in uita sua: p̄dicat apud te
mala facta sua: tu nosti mala sua esse & lau
das: & irrides apud te. O si conuitatur aliq̄n
do ad dm̄ ille quem irrides. & quem cor
ripe noluisti: & dicat. Confundantur q̄ m̄
dicunt euge euge. Et lingua tua amplexa
ta ē dolositatem. Sedens aduersus fratrem tu
um detrahebas. Et ipsum sedens ad hoc pti
net qd̄ supius dixit: amplexata ē. Qui enī
stans aut transiens facit: non cum uolun
tate facit. Qui u̅ ad hoc sedet: quantum
ocium querit ut faciat. Sedens aduersus
fratrem tuum detrahebas. Ipsam detracti
onem malam diligenter faciebas: sedendo
faciebas. Uolebas illic occupari: amplexabaris
malum tuum: osculabaris dolum tuum. Se
dens aduersus fratrem tuum detrahebas: &
aduersus filium matris tue ponebas scandalū.
Quis ē filius matris? Nonne frat̄? Hoc g̅
repetere uoluit quod supius dixerat fratrem
tuum: an aliquam distinctionem nob intelli
gendam insinuauit? Plane frs: puto esse dis
tinguendum. Frater aduersus fratrem detrahit
ūbi gr̄a: ut puta quasi firmus & alicuius
iam momenti doctor: & doctus dethrait
fratri suo forte bene docenti & bene ambu
lanti. Est autem alius infirmus: aduersus
illum ponit scandalum huic detrahendo.
Et enim cum detrahitur bonis. ab his qui
uidentur alicuius momenti ēē & docti esse:
in scandalum cadunt infirmi: qui adhuc
nesciunt iudicare. Ideo infirmus ille filius
matris dictus ē. nondum patris: adhuc
lacte indigens: & uberib; adherens. Porta
tur adhuc sinu matris ecclē: non ualet ad
huc accedē ad solidum cibum mense patris
sui: s; de ubē matris uictum trahit ignarus
iudicandi: q̄m adhuc animal atq; carnal ē.
Spūal enim omnia diiudicat: animalis
autem homo non ꝑcipit que sunt spc dī:
q̄m stulticia ē illi. Talib; dicit apls. Non po
tui uob loqui quasi spūalib; s; quasi carna
libus: tamquam paruulis in xp̄o: lac uob
potum dedi non escam. Neq; enim poteratis:
s; neq; adhuc quidem potestis. Mater uobis
fui: quom̄ dicit alio loco. Factus sum par
uulus in medio uestrum: tamquam si nutrix
fouens filios suos. Non nutrix nutriens filios
alienos: s; nutrix fouens filios suos. Sunt

enim matres: que cum peperint dant nutri-
cibus. Ille que peperunt non fouent filios:
quia nutriendos dederunt. Ille autem que
fouent non suos fouent: sed alienos. Iste uero ipse
peperat. ipse fouebat: nulli nutrici quem
peperat committebat. Dixerat enim. Quos
iterum parturio: donec xpc formetur in uobis.
Fouebat ergo et lactabat. Erant autem quidam
quasi docti et spirituales: qui paulo detraherent.
Epistole quidem aiunt graues et fortes sunt:
presentia autem corporis infirma et sermo con-
temptibilis. Dicit ipse in epistola sua: quosdam
detractores suos ita dixisse. Sedebant. et aduer-
sum fratrem suum detrahebant: et aduersus lac-
tandum illum filium matris sue ponebant
scandalum. Merito fecerunt ipsi matri: ut
iterum parturiret. Et aduersus filium matris
tue ponebas scandalum: hec fecisti et tacui.
Ideo ueniet dominus deus noster: et non silebit.
Modo hec fecisti: et tacui. Quid est tacui? A
uindicta super sedi: seueritatem meam distuli:
pacientiam tibi prolongaui: penitentiam tuam
diu expectaui. Hec fecisti et tacui. Ego autem
cum ad hoc te expectarem ut te peniteret
secundum apostolum dicentem: tu autem secundum
duriciam cordis tui et cor impenitens thesau-
rizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iu-
dicii dei: suspicatus es iniquitatem quod ero tibi
similis. Parum est quia mala facta tua placent tibi:
placere putas et mihi. Deum quia non pateris
ultorem: uis tenere participem: et tamquam
corruptum iudicem pro de socium uis habere.
Suspicatus es iniquitatem: quod ero tibi
similis. Suspicatus es quia ero tibi similis: dum
non uis tu mihi esse similis. Estote enim inquit
perfecti sicut et pater uester qui in celis est: qui
facit solem suum oriri super bonos et malos.
Hunc tu imitari noluisti qui donat bona et
malis: ut sedens detrahas et bonis. Suspicatus
es iniquitatem: quod tibi similis ero. Arguam te.
Quando deus manifestus ueniet. deus noster et
non silebit: arguam te. Et quid tibi faciam ar-
guendo te? Quid tibi faciam? Modo te non ui-
des: facio ut uideas te. Quia si uideres te. et
si displiceres tibi: placeres mihi. Quia uero non te

uidens

placuisti tibi: displicebis et mihi et tibi. Michi.
cum iudicabis: tibi cum ardebis. Quid enim tibi
faciam inquit? Constituam te ante faciam
tuam. Quid enim uis latere te ipsum in dorso
tuo? Ibi es non te uides: faciam ut te uideas.
Quod post dorsum posuisti: ante faciem po-
nam. Videbis feditatem tuam: ut non corrigas:
sed ut erubescas. Iam quia dicit ista fratris: despe-
randus est ille cui dicitur: Nam illa ciuitas de qua
dictum est. post triduum et ninue euertetur
intra triduum idonea fuit conuerti. orare. plan-
gere: de pena imminenti misericordiam promereri.
Audiant ergo qui tales sunt: dum licet audire et
tacentem. Veniet enim et non silebit. et arguet:
quando correptioni locus nullus erit. Sta
tuam te inquit ante faciem tuam. Modo ergo
tu fac quisquis talis es: quod tibi minatur facere
deus. Tolle te a tergo tuo. ubi te uidere non uis
dissimulans a factis tuis: et constitue te ante te.
Ascende tribunal mentis tue: esto tibi iudex:
torqueat te timor: erumpat confessio a te:
et dic deo tuo. Quoniam iniquitatem meam
ego agnosco: et delictum meum ante me
est semper. Quod erat postea fiat ante te. ne tu
ipse post ea a deo iudice fias ante te: et non
sit quo fugias a te. Intelligite autem hec: qui
obliuiscimini deum. Videte quia clamat
et non tacet: cum parcit. Oblitus eras dominum:
non cogitabas de uita tua mala. Intellige
quia oblitus es deum: ne quando rapiat sicut
leo: et non sit qui eruat. Quid est sicut leo?
Sicut potens sicut fortis: sicut ille cui resistere
nemo potest. Ad hoc retulit: ut diceret leo.
Ponitur enim in laude: ponitur in uituperatione.
Dictus est leo diabolus. Aduersarius uester
diabolus tamquam leo rugiens circuit: que-
rens quem deuoret. Numquid quia leo dictus
est propter immanem seuiciam: xpc non dicitur leo
propter ingentem fortitudinem? Et ubi est illud:
uicit leo de tribu iuda? Intendat paululum
caritas uestra: adhuc modicum quod restat. Ob-
secro uos excutiatis fatigationem: aderit ille
qui uobis usque ad hanc horam uires dedit.
Paulo ante dixerat tamquam indicens nobis
ut audistis: uectigal quoddam laudis sue.

Jmmola deo sacr̃ficium laudis: & redde al
tissimo ꝓces tuas. Post ea peccatou autem di
cit deus. Vt quid tu enarras iustitias meas:
et assumis testamentum meum ꝑ os tuum:
Tamquam diceret ei. Mihi ꝯ ꝓdest qđ laudas.
Ego mihi laudis sacr̃ficium illi qui bene u
uunt: eis enim ꝓdest qđ laudant. Tu autem
si laudas: in mihi ꝯ ꝓdest. Vt quid me laudas:
Non ē speciosa laus: in ore peccatoris. Postea
concludit quasi ad utrumq; & arguens ma
los qui obliuiscuntur deum: ait. Jntelligite
hec qui obliuiscimini deum: ne quando ra
piat sicut leo & non sit qui eruat. Sacrifi
cium laudis glorificabit me. Quomodo sacri
cium laudis glorificabit te: Certe mihi pro
dest malus sacr̃ficium laudis: qui assumunt
testamentū tuū ꝑ os suum. & faciunt damp
nanda que displicent oculis tuis. Prosiluit in
quit & illi hoc dico. Sacr̃ficium laudis ho
norificabit me. Jam putabat ꝯ laudem non
ꝓdesse: lauda: ꝓdesse ꝯ. Si enim male uiuis
et bona dicis: nondum laudas. Sꝫ rursus
si cum ceperis bene uiuere meritis tuis tribu
is qđ bene uiuis: nondum laudas. Volo te
ē latronem: insultantem cruci domini. Sꝫ nec
te illum uolo esse in templo iactantem mira
cula sua: & occultantem uulnera sua. Si fueris
imquis & ꝑseueraris in illa iniquitate: dico ꝯ
non ꝓdesse laus: ſꝫ me non laudas. Laudem
istam esse non deputo. Rursus si fueris quasi
iustus, iam nemo iustus in humilis & pius: ſꝫ
de iustitia tua inflatus messeris. & alios in tua
comparatione contempseris. & sup exteleris
te tamquam glorians de meritis tuis: non me
laudas. Nec ille me laudat qui male uiuit:
nec ille me laudat: qui quasi de suo bene
uiuit. Sꝫ numquid ille pharisseus quasi de suo
talis erat cum diceꝫ: gr̃as ꝯ ago qua ñ sum
sicut ceteri homines: Gratias đ agebat: ex
eo qđ bonum in se habebat. Quamuis ergo
bonum aliquod in te sit. quamuis tam in
telligas non ex te esse quod bonum ē ſꝫ a đo
te accepisse: tamen in eo ipso si te exteleris
supra alium non būtem inuidus teneris:
nondum laudator meus eris. Primo ꝙ corri
gere alia pessima: incipe bene uiuere: mœl
ligere qua non corrigeris in dono dei. A đño
enim gressus hominis dirigent. Hoc enim in
tellexit saue & alius: ut sint qđ & tu es: qꝫ
hoc erat & tu qđ & illi sunt. Esse quantum
potes & noli desperare: non enim usq; ad te
deus. Non ꝙ laudat: qui male uiuen
do offendit dñm. Non laudat qui cum tam
cepit bene uiuere: de suo putat esse quod
bene uiuit: non accepit a đo. Nec ille
laudat qui cum sciat se qđ bene uiuit ac
cepisse a đo: tamen usq; ad se uult esse di
uitem dñm. Ille itaq; qui dicebat gr̃as ago
ꝯ deus qđ non sum sicut ceteri homines.
iniusti. raptores. adulteri. sicut & publican⁹
iste: nonne ibi habebat unde diceret dona
et publicano huic quod in donasti: supple
et in que nondum dedisti. Sꝫ tam quasi sa
tiatus iactabat: non dicebat ego egenus
et pauꝑ qđ dicebat publicanus ille. Dñe
ꝓpicius esto in peccatou. Jdeo descendit
iustificatus publicanus: magis quam ille
pharisseus. Ergo audite qui bene uiuitis:
audite qui male uiuitis: sacr̃ficium laudis gli
ficabit me. Nemo in offert hoc sacr̃ficium:
et malus ē. Non dico. non in offerat mal⁹:
ſꝫ nemo hoc in offert malus. Qui enim
laudat bonus ē: quia si laudat etiam be
ne uiuit. Qua si laudat non sola lingua
laudat: ſꝫ & uita cum lingua consentit.
Sacr̃ficium laudis glorificabit me: & ibi uia ē
qua ostendam illi salutare đi. Jn sacr̃ficio lau
dis uia ē: qua ostendam illi salutare đi. Qđ
ē salutare đi: xp̃e ihc. Et quoñ in sacri
cio laudis noꝫ ostenditur xp̃e: Quia xp̃e
cum gr̃a uenit ad nos. Hoc dicit apls. Viuo
autem iam non ego: uiuit ū in me xp̃e.
Quod autem uiuo in carne: in fide uiuo
filii đi: qui me dilexit & tradidit se ipsum
ꝓme. Agnoscant ꝙ peccatores: quia non op⁹
esset medicus si sani essent. Etenim xp̃e ꝓ
impiis mortuus ē. Cum ꝙ agnoscant impi
etates suas, & ꝓmo uulnerantur publicanū
illum dicentem. dñe ꝓpicius esto in pecca
tou: ostendunt uulnera: implorant

medicum. & qua non se laudant ſ; se rep̄
hendunt. ut qui gloriatur non in se ſ; in
domino glorietur? agnoscunt causam ad
uentus xp̄i: qua ideo uenit ut peccato
res saluos faceꝛ? qua xp̄s ihc uenit in
quit in hunc mundum peccatores saluos
facere: quorum p̄mus ego sum. Unde illos
iudeos de ope suo gloriantes sic arguit
idem ap̄s: ut eos ducꝛ ad gr̄am non p̄ne.
qui mitas & opib; suis mercedem debet ar
bitrantur. Qui g̃ se ad gr̄am sert p̄ne qđ ē
xp̄e. & qđ est xp̄i: nouit qua indiget gr̄a.
Si gr̄a uocatur: gratis datur. Si gratis da
tur: nulla mita tua p̄cesserunt ut deꝛ
Nam si p̄cesserunt mita tua? merces non
imputatur secm̄ gr̄am: ſ; secm̄ debitum.
Si g̃ dicis p̄cessisse mita tua: te uis lau
dare non dm̄: ideo non agnoscis xp̄m
qui uenit cum gr̄a di. Comitte g̃ te ad mita
tua: unde illa mala fuisse: ut non t̄ debeꝛ
n̄ supplicium non p̄mium. Et cum u
dis quid t̄ p̄ mitum debebatur? agnosces
quid p gr̄am donetur. & facilius laudis
glorificas dm̄. Ibi ē enim ura: in qua
nouis xp̄m salutare di. amen———e.



Psalm̄ dauid cū uenisset
ad eū nathan ꝓpha q̄ndo m
ulieꝛ ingressus est ad bethsa
bee. fraudanda ē: nec infir
mitas oneranda. Silentiū
petimus & quietem:
ut hec uox n̄ra post hesternum laborem
possit aliquantis utrib; p̄ualere. Cre
dendum ē carnalem uesham non ob
aliud hodierno die copiosius conuenisse?
n̄ ut oratis p̄ eis quos absentia facit alie
nos: & p̄ximos affectus. Neq; enim lo qui
mur de paganis. neq; de iudeis: ſ; de
xp̄ianis. Neq; de his adhuc catheczumi
nis ſ; de multis etiam baptizatis? a quoꝝ
lauacro nichil distatis: & eorum ta
men cordi dissimiles estis. Quam mul
tos enim hodie fr̄s n̄ros cogitamus? et
plangimus ne in uanitates & insanias
mendaces? & negligē qđ uocati sunt. Qui
si forte in ipso circo aliqua ex causa expauef
cant? continuo se signant: & stant illic po
tantes in fronte unde abscedent si hoc in cor
de portarent. Depcanda ē misericordia dei ut
donet intellectum ad ista damnanda? &
affectum ad fugienda: & misericordiam ad ignos
cenda. Opportune g̃ de penitentia. psalm̄
hodie cantatis ē. Loquamur & cum ab
sentib; ? erit ad eos uox n̄ra memoria ura:
nec ut uos fauciores & languidos negligatis
ſ; ut facilius sanetis. sam̄ p̄mane debetis. Co
rrigite arguendo. consolamini alloquen
do? exemplum p̄bete bene uiuendo.
adsunt eis qui affuit & uob. Non enim
uob tam ista pericula p̄terḡlitis: sonis musicis
dei p̄sulis ē. Qua uenistis uenient: qua
transistis transibunt. Molestum ē quidem
et minimum periculosum? immo pernitiosum
et p certo execrabile: qđ scientes peccant.
Alter enim ad basilicas currit qui uo
cem xp̄i contempnit: alter ille qui nouit q̄d
fugiat. ſ; nec de talib; desperari debet: iste
psalmus ostendit. Inscribitur enim tituli ei?
psalmus ipsi dauid cum uenit ad eum na
than ꝓpha? quando intrauit ad bethsabee.
Bethsabee erat mulier uxor aliena? cum
dolore quidem dicimus et tremore: ſ; tam
deus noluit tacere qđ uoluit scribi. Dicam
g̃ non quod uolo: ſ; quod cogor. Dicam. non
exhortans ad imitationem: ſ; instruens ad
amorem. Huius mulieris uxoris aliene pul
chritudine captus rex & ꝓpha dauid. ex eius
semine secm̄ carnem dominus uenturus erat:
adulterauit ille hoc in isto psalmo non legitur.
ſ; in titulo eius apparet. In libro autem regno
rum: plen̄ legitur. Utraq; scriptura canonica ē:
utriq; sine ulla dubitatione a fidelis fides
habenda ē. Commissum atq; conscriptum ē:
quod huius etiam maritum in bello oc
cidendum curauit. Homicidio auxit
adulterium. & post hoc factum missus ē ad
eum nathan ꝓpha: missus ē a domino:
qui eum argueret de tanto commisso.
Quid caueant homines dicimus: quid

ū si lapsi fuerint imitentur audiamus. Multi enim cadē uolunt cum dauid: & nolunt surgere cum dauid. Non ḡ cadendi exemplum ꝓpositum ē: s; si cecidis resurgendi. Attende ne cadas. Non sit delectatio minoꝝ. lapsus maiorum: s; sit casus maiorum tremor minorum. Ad hoc ꝓpositum ē. ad hoc scriptum ē: ad hoc in ecclia sepe lectum ad hoc cantatum. Audiant qui non ceciderunt ne cadant: audiant qui ceciderunt ut surgant. Tanti uiri peccatum non tacetur: p̄dicatur in ecclia. Audiunt male uiuentes: & querūt sibi patrocinia peccandi. Attendunt unde defendant qd̄ committē pauerunt: non unde caueant qd̄ non commiserunt: & dicunt sibi. Si dauid. cur non & ego? Inde anima iniquior que cum ꝓpterea fecit quia dauid fecit: ideo peius quam dauid fecit. Dicam hoc ipsum si potuero planius. Dauid nullum sibi ita ad exemplum ꝓposuerat ut tu: cecidat lapsu cupiditatis: non patrocinio sanctitatis: tu t̄ tamquam sanctum ꝓponis ut pecces. Non imitaris eius sanctitatem: s; imitaris eius ruinam. Hoc amas in dauid: qd̄ in se odit dauid. Preparas te ad peccandum: disponis peccare. Librum dī ut pecces inspicis: scripturas dī ad hoc audis: ut facias qd̄ displicet dō. Hoc non fecit dauid. Correptus ē p ꝓphām: non lapsus ē in ꝓpheta. Alii ū audientes salubrit̄ casum fortis metiuntur infirmitatem suam: & qd̄ dampnat deus deuitare cupientes. ab aspectu securo. abstinent oculos. Non eos defigunt in pulcritudine carnis aliene: nec se ipsos faciunt de p̄uisa simplicitate securos. Non dicunt. Bono animo attendi. benigne attendi: de caritate diu aspexi. Proponunt enim sibi casum dauid. & ad hoc illum magnum uidēt cecidisse: ut parui nolint uidē unde possint cadē. Reprimunt ḡ oculos apetulantia: non se facile adiungunt non miscent se mulieribꝫ alienis: non leuant oculos facile ad aliena menia: ad aliena solaria. Delonge enim uidit dauid illam: in qua captus est. Mulier longe: libido ꝓpe. Alibi erat quod uidēt: in illo erat unde cadēt. Attendenda ḡ hec infirmitas carnis: recordanda sunt ūba apli. Non ḡ regnet peccatum in uro mortali corpore. Non dixit non sit: s; non regnet. Inest peccatum cum delectaris: regnat si consenseris. Carnalis delectatio p̄sertim usq; ad illicita & aliena ꝓgdiens frenanda ē: non relaxanda. Impio domanda: non impio collocanda. Attende securus: si non habes unde mouearis. S; respondes. Fortiter teneo. Numquid tu fortior quam dauid? Ammonet etiam tale hoc exemplum: n̄ se quenquam debē extollē in prospis rebus. Multi enim res aduersas timent: res prospas non timent. Periculosior ē res prospa animo: quam aduersa corpori. Prius corrumpit prospa: ut inueniat quod frangat aduersa. Fratres mei: aduersus felicitatem acrius inuigilandum ē. Propterea uidete quemadmodum eloquium dei in nr̄a felicitate tollat nob̄ securitatem. Seruite inquit domino in timore: & exultate ei cum tremore. Exultatio ut gr̄as agam⁹: tremor ne cadamus. Hoc peccatum non fecit dauid: cum ꝑsecutorem saulem patētur. Quando dauid sanctus saulem inimicum patiebatur: quando illius ꝑsecutionibꝫ agitabatur: quando ꝑ diuersa fugiebat ne in manus eius incidēt. non concupiuit alienam. non adulterauit uxorem: non occidit uirum. Erat in infirmitate tribulationis sue: tanto in deum intentior: quanto miserior uidebatur. Utile quid dā ē tribulatio. utile medici ferramentum: tamquam ferramentum: tamquam cont̄ diaboli temptamentum. Factus ē securus deuictis hostibꝫ: p̄ssura caruit: tumor excreuit. Valet ḡ hoc exemplum: ad id ut timeamus felicitatem. Tribulationem inquit inueni & dolorem: & nomen domini inuocaui. S; factum ē. Dixim hec eis qui non commiserunt: ut uigilent custodire integritatem suam: & cum attendunt magnum cecidisse parui timeant. Si ū aliquis iam lapsus hec audit: & aliquid mali in conscientia

tenet: uerba psalmi huius aduertat. Attendat quidem uulneris magnitudinem: sed non desperet medici maiestatem. Peccatum cum desperatione: certa mors. Nemo ergo dicat. Si iam aliquid male feci iam dampnandus sum: deus talibus malis non ignoscit. Cur non addo peccata peccatis? Fruar hoc seculo in uoluptate lasciua: in cupiditate nefaria. Iam perdita spe reparationis. uel hoc habeam quod uideo: si non possum habere quod credo. Iste ergo psalmus sic cautos fecit eos qui non ceciderunt: sic desperatos non uult qui ceciderunt. Quisquis peccasti et dubitas agere penitentiam pro peccato tuo: desperando salutem tuam: audi dauid gementem. Ad te nathan propheta non est missus: ipse dauid ad te missus est. Audi eum clamantem: et simul clama. Audi gementem: et congemisce. Audi flentem: et lacrimas iunge. Audi correctum: et condelectare. Si tibi non potuit intercludi peccatum: spes uenie intercludatur. Missus est ad istum uirum nathan propheta. Attende regis humilitatem. Non respuit uerba precipientis: non dixit. Audes mihi loqui regi? Res sublimis propheta audiuit: plebs eius humilis xpm audiat. Audi ergo hec: et dic cum illo. Psalmus quinquagesimus.

Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam. Qui magnam misericordiam deprecatur: magnam miseriam confitetur. Querant paruam misericordiam tuam: qui nesciendo peccauerunt. Miserere inquit mei deus: secundum magnam misericordiam tuam. Subueni graui uulneri: secundum magnam medicinam tuam. Graue est quod habeo: sed ad omnipotentem confugio. De meo tam letali uulnere desperarem: nisi tantum medicum reperirem. Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam. Quod ait dele iniquitatem meam: hoc est miserere mei. Et quod ait secundum multitudinem miserationum tuarum: hoc est secundum magnam misericordiam tuam. Magna est misericordia tua: et de magna misericordia tua multe sunt miserationes tue. Attendis contemptores ut corrigas: attendis nescientes ut doceas: attendis confitentes ut ignoscas. Fecit hoc nesciens. Et quid ait? Fecerat aliqua: et multa mala fecerat. Misericordiam inquit consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitatem. Iste dauid non posset dicere: ignorans feci. Non enim ignorabat quantum mali esset contrectatio coniugis aliene: et quantum mali esset interfectio mariti nescientis: et nec saltem irascentis. Consecuntur ergo misericordiam dei qui ignorantes fecerunt: et qui scientes consecuntur non qualemlibet misericordiam: sed magnam misericordiam. Magis magisque laua me ab iniquitate mea. Quid est magis magisque? Multum inquinatus sum. Magis magisque laua peccata scientis: qui abluisti peccata ignorantis. Nec sic desperandum de misericordia tua. Et a delicto meo munda me. Quo merito? Medicus est: offer mercedem. Deus est: offer sacrificium. Quid dabis. ut munderis? Uide enim quem inuoces. Iustum inuocas: odit peccata. Si iustus est: uindicat in peccata. Si iustus est: non poteris auferre a domino deo iusticiam eius. Implora misericordiam: sed attende iusticiam. Misericordia est ut ignoscat peccanti: iusticia est ut puniat peccatum. Quid ergo? Queris misericordiam: peccatum impunitum remanebit? Respondeat dauid. respondeant lapsi: respondeant cum dauid. ut misericordiam mereantur sicut dauid: et dicant. Non domine: non erit impunitum peccatum meum. Noui iusticiam cuius quero misericordiam: non impunitum erit. Sed ideo nolo ut tu me punias: quia ego punio peccatum meum. Ideo peto ut ignoscas: quia ego agnosco. Quoniam iniquitatem meam ego agnosco: et delictum meum ante me est semper. Non posui post dorsum quod feci: non intueor alios oblitus mei. Non affecto stipulam eicere

de oculo fr̄is mei: cum sit trabes in oc̄lo meo.
Peccatum meum ante ē: non post me. Fu
it enim post me quando ad me missus ē
ꝓpha: & de oue pauꝑis similitudinem in
ꝓposuit. Ait enim nathan ꝓpha ad dauid.
Erat diues quidam hn̄s plurimas oues:
pauꝑ autem uicinus eius habebat unam
ouiculam: quam in sinu suo & de suo cibo
nutriebat. Venit hospes diuiti: nich̄ de g̃ge
suo abstulit: ouiculam de sinu pauꝑis con
cupiuit: ipsam suo hospiti occidit. Quid
dignus ē? Profert ille iratus sentenciam
plane tunc rex: nesciens ubi captus esset.
Morte dignum diuitem dixit: & ouem red
dendam in quadruplum: seuerissime atq;
iustissime: s; peccatum eius nondum erat
coram eo. Post dorsum erat qd̄ fecerat. Suam
iniquitatem nondum agnoscebat: & ideo
aliene non ignoscebat. S; ꝓpha ad hoc mis
sus abstulit adorso peccatum: & ante oculos
posuit: ut uideret illam sentenciam tam se
ueram in se esse ꝓlatam. Ad secandum & sa
nandum uulnus cordis eius: ferramentum
fecit de lingua eius. Hoc fecit dominus iu
deis. quando ad eum adulteram mulierē
adduxerunt: ꝓponentes laqueum tempta
tionis: & in id qd̄ posuerant incidentes.
In adultio inquiunt: hec mulier de pre
hensa ē. Moyses huiusmodi lapidari iussit.
Tu de illa quid censes? Tamquam bicipiti musci
pula temptantes capere sapientiam dei: ut si
iuberet occidi: ꝑderet mansuetudinis famam.
Si autem iuberet dimitti: incurreret tamq̄.
rep̄hensor legis calumpniam. Quid g̃ respon
dit? Non ait occidite: non ait dimittite: s;
ait. Qui se scit sine peccato esse: p̄mus in illam
lapidem iaciat. Iusta lex que iubet adulteram
occidi: s; hec lex iusta ministros hāt innocentes.
Attenditis quam adducitis: attendite & qui
estis. Illi hoc audito: unus post alterum dis
cesserunt. Remansit adultera & dominus:
remansit uulnerata & medicus. remansit
magna miseria: & magna miscdia. Addu
centes erubuerunt: nec ueniam petierunt.
adducta confusa ē & sanata. Ait illi dominus.

Mulier. nemo te condempnauit? & illa. Ne
mo domine. & ille. Nec ego te condempnabo.
Vade: & deinceps noli peccare. Numquid
xp̄c fecit contra legem suam? Neq; enim pat̄
eius sine filio declāt legem. Si celum & terra
et omnia que in eis sunt ꝑ ipsum facta sunt.
lex sine ūbo d̄i quom̄ conscripta ē? Non g̃ d̄s
contra legem suam: quia nec imꝑator cont̄
leges suas facit: quando confessis dat indul
gentiam. Moyses minister legis: xp̄c pro
mulgator legis. Moyses lapidat ut iudex:
xp̄c indulget ut rex. Misertus est g̃ eius
deus: scd̄m magnam miscd̄iam suam: si
cut hic rogat. sicut hic petit. sicut hic ex
clamat & dolet: qd̄ illi adulteram offeren
tes facē noluerunt. Vulnera sua ostendente
medico cognouerunt: medicinam a medico
non quesierunt. Ita sunt multi quos pec
care non pudet: agē penitentiam pudet.
O incredibilis insania. De uulnere ipso n̄
erubescis: de ligatura uulneris erubesces?
Nonne nudum fedius. & putridius ē? Con
fuge g̃ ad medicum: age penitentiam: &
dic. Iniquitatem meam ego agnosco: et
peccatum meum ante me ē semꝑ. Tibi soli
peccaui & malum coram te feci. Quid ē hoc?
Coram hominib; non erat adulterata uxor
aliena: & maritus occisus? Nonne omnes no
uerant quod dauid fecerat? Quid ē t̄ soli
peccaui: & malignum coram te feci? Quia
tu solus sine peccato. Ille iustus punitor:
qui non habet qd̄ in illo puniatur. Ille iust⁹
rep̄hensor: qui non habet qd̄ in illo repre
hendatur. Tibi inquit soli peccaui. & ma
lignum coram te feci: ut iustificeris in ser
monib; tuis & uincas cum iudicaris. Cui di
cat fr̄s. cui dicat: difficile ē aduertere. D̄o utiq;
loquitur: & manifestum ē: quom̄ deus pat̄
non ē iudicatus. Quid ē t̄ soli peccaui & ma
lignum coram te feci: ut iustificeris in ser
monib; tuis. & uincas cum iudicaris? Videte
futurum iudicem iudicandum: iudicatum
a peccatorib; iustum: & in eo uincentem
quia qd̄ in illo iudicaret̄ n̄ erat. Solus enī
uerum in hominib; dicere potuit homo d̄s:

si inuenistis in me peccatum dicite. Sz forte
erat qd homines latebat: & non inuenie
bant illi: qd erat quidem sz manifestum
non erat. Alio loco ait. Ecce ueniet pnceps
mundi: acutus inspector omnium peccatorum.
Ecce inquit uenit pnceps mundi huius
morte affligens peccatores: ppositus mortis:
inuidia enim diaboli mors intrauit in or
bem terrarum. Ecce inquit uenit pnceps
mundi huius: dixit hec pximus passioni:
et in me nichil inueniet. Nichil peccati: nichil
morte dignum: nichil dampnatione dignum.
Et tamquam ei dicetur. cur ergo morieris?
Sequitur & dicit. Sz ut sciant omnes quia
uoluntatem patris mei facio: surgite eamus
hinc. Patior inquit dignus pro indignis: ut
eos dignos faciam uita mea: pro quibus indigne
patior mortem illorum. Huic itaque nullum
habenti peccatum: dicit in pscientia ppha
dauid. Tibi soli peccaui & malignum coram
te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis et
uincas cum iudicaris. Supas enim omnes homines
omnes iudices: & qui se putat iustum coram te
iniustus est. Tu solus iuste iudicas. iniuste iu
dicaris: qui potestatem habes ponendi ani
mam tuam: & potestatem habes iterum su
mendi eam. Vincis ergo: cum iudicaris. Omnes
homines supas: quia plus es quam homines:
et pte facti sunt homines. Tibi soli peccaui
et malignum coram te feci: ut iustificeris in
sermonibus tuis: & uincas cum iudicaris. Ecce
enim in iniquitatibus conceptus sum. Tam
quam dicetur. Vincuntur illi qui fecerunt:
qd & tu dauid. Non enim hoc paruum ma
lum: paruumque peccatum: adulterium
et homicidium. Quid illi qui ex quo nati
sunt de uentre matris sue: nichil tale fece
runt? Etiam ipsis imputas aliqua peccata:
ut ille omnes uincat cum cepit iudicari?
Suscepit psonam humani generis dauid. et
attendit omnium uincula: ppaginem mor
tis considauit. originem iniquitatis aduertit:
et ait. Ecce enim in iniquitatibus conceptus
sum. Numquid dauid de adulterio natus
erat: de iesse uiro iusto & coniuge ipsius?

Quid est qd se dicit in iniquitatem conceptum:
nisi quia trahitur iniquitas ex adam? Etiam
ipsum uinculum mortis: cum ipsa iniqui
tate concretum est. Nemo nascitur nisi trahens
penam: trahens meritum pene. Dicit & in
alio loco ppha. Nemo mundus in conspectu
tuo: nec infans cuius est unius diei uita sup ter
ram. Nouimus enim ex baptismo xpi solui
peccata: baptismum xpi ualere ad remissio
nem peccatorum. Si infantes omnimodo
innocentes sunt. cur matres ad ecclesiam cum
languentibus currunt? Quid illo baptismo:
quid illa dimissione dimittitur? Innocentem
magis uideo flentem: quam irascentem.
Quid abluit baptismus? Quid soluit illa
gra? Soluitur ppago peccati: quia si tibi loqui
posset infans dicet: & si iam intellectum
habet quem habebat dauid: respondet
tibi. Quid me attendis infantem? Numquid
uides facinora mea: si ego in iniquitate con
ceptus sum. & in peccatis mater mea me in
utero aluit? Preter hoc uinculum concupis
centie mortalis. carnalis natus est xpc sine
masculo: ex uirgine concipiente de spu sco.
Non potest iste in iniquitate conceptus
dici: non potest dici in peccatis mater eius
in utero eum aluit: cui dictum est. spc sanctus
superueniet in te: & uirtus altissimi obum
brabit tibi. Non ergo ideo in iniquitate concipi
untur homines & in peccatis in utero ama
tribus aluntur: quia peccatum est misceri
coniugibus: sz quia illud qd fit. utique fit
de carne penali. Pena enim carnis mors est:
inest utique ipsa mortalitas. Vnde apls non
moriturum corpus dixit: sz mortuum.
Corpus quidem mortuum est inquit ppter
peccatum: spc autem uita est ppter iusticiam.
Quomodo ergo sine uinculo peccati nascitur: qui
concipitur & seminatur de corpore mortuo
ppter peccatum? Opus hoc castum in coniuge
non habet culpam: sz origo peccati trahit
secum debitam penam. Non enim maritus
quia maritus est. mortalis est: aut aliunde nisi
peccato mortalis est. Erat enim & dominus
mortalis: sz non de peccato. Suscepit penam

agnosco. Aliter rogas & bene rogas: ut deus auertat faciem a peccato tuo: si tu inde non auteris faciem. Si tu peccatum tuum in dorso ponis: deus ibi faciem ponit. Tu peccatum tuum ante faciem tuam conuerte. si uis ut inde deus faciem suam auertat: & securus roga: exaudiet. Cor mundum crea in me ds. Crea: quasi nouum aliquid institue. Quid dicere uoluit? Sz quia penitens orabat: qui commiserat aliquid quod priusquam committeret innocentior erat: ostendit quemadmodum dixerat crea. & spm rectum innoua in uisceribz meis. Perfectum inquit in me spm fac esse. Inueterata erat atqz curuata: rectitudo spc eius. Dicit enim ex alio psalmo. Incuruauerunt animam meam. Et quando se homo pronum facit ad terrenas concupiscentias: incuruatur cor quodammodo. Cum autem erigitur in superna: rectum fit cor eius: ut bonus illi sit deus. Quam bonus enim deus israel rectis corde. Proinde frs audite. Aliquando ds cui ignoscit in futuro seculo: corripit eum de peccato in isto seculo. Nam ipsi dauid cui iam dictum fuerat per prophetam: dimissum est peccatum tuum: euenerunt quedam que minatus erat ds. Propter ipsum peccatum. Nam filius eius absalon aduersus eum cruentum bellum gessit: & in multis humiliauit patrem suum. Ambulauit ille in dolore: in tribulatione humiliationis sue. ita subditus do. ut omnia iusta ei tribuens confiteretur quod nichil pateretur indigne: habens iam rectum cor: cui non displicet ds. Iniuriosum quendam et in os sibi dura maledicta iacientem patienter audiuit ex aduersa parte: unum ex militibz qui erant cum filio eius impio. Et cum ille iaceret maledicta in regem: iratus unus ex comitibz dd uoluit ire & percutere eum: prohibetur add. & quomodo prohibetur? Ut diceret. Deus illum misit: ut mihi maledicerent. Agnoscens culpam suam: amplexus est penam suam. querens gloriam non suam: dnm laudans in eo qd boni habebat. dnm laudans in eo qd patiebatur: benedicens dnm in omni tempore: semper laus eius in ore eius. Tales omnes

sunt recti corde: non hii perusi qui se rectos putant & perusum deum: qui quando aliquid faciunt mali gaudent. quando mali aliquid patiuntur blasphemant: insuper positi in tribulatione & flagello dicunt do. quid tibi feci corde distorto? Uere quia nichil do fecerunt: omnia omnia sibi fecerunt. & spm rectum innoua in uisceribz meis. Ne proicias me a facie tua. Auerte faciem tuam a peccatis meis: & ne proicias me a facie tua. Cuius faciem timet: ipsius faciem inuocat. Ne proicias me a facie tua: & spm scm tuum ne auferas a me. Est enim sps sanctus in confitente. Iam ad donum sps sancti pertinet: quia tibi displicet qd fecisti. Immundo spui peccata placent: sancto displicent. Quamuis ergo adhuc ueniam deprecaris: tamen ex ea parte qua tibi displicet malum qd commisisti do coniungeris. Hoc enim & tibi displicet: qd & illi. Iam duo estis ad expugnandam febrem tuam: tu & medicus. Quia ergo non potest esse confessio peccati & punitio peccati in homine a se ipso: eum quisqz sibi irascitur & sibi displicet sine dono spc sancti non est. Ne ait spm sanctum tuum da mihi: sz ne auferas a me. Et spm sanctum tuum ne auferas a me: redde mihi exultationem salutaris tui. Redde quam habebam: quam peccando amiseram: redde mihi exultationem salutaris tui. Utiqz xpi tui. Quis enim sine illo sanari potuit? Quia & antequam de maria nasceretur: in principio erat uerbum & uerbum erat apud deum & deus erat uerbum: & ita a sanctis patribz dispensatio suscepte carnis futura credebatur. sicut a nobis facta creditur. Tempora uariata sunt: non fides. Redde mihi exultationem salutaris tui: & spu principali confirma me. Non nulli intellexerunt hic trinitatem. in deo ipsum deum excepta dispensatione carnis: qm scriptum est deus spc est. Quod enim non est corpus & aliud tamen est: uidetur restare ut spc sit. Intelligunt ergo hic nonnulli trinitatem dictam. In spu recto filium. in spu sancto spm sanctum: in spu principali patrem. Siue ergo hoc ita sit. siue spm rectum ipsius hominis accipi uoluit dicens:

spm̄ rectum innoua in uisceribꝫ meis: quem
curuaui & distorsi peccando: ut etiam sp̄s
sanctus ipse sit sp̄s p̄ncipal': quem & auferri
a se noluit & eo se uoluit confirmari: non est
heretica quelibet sententia. Sꝫ uidete quid
adiungat. Sp̄u inquit p̄ncipali confirma me.
In quo confirma? Quia ignouisti m̄ quia secur⁹
sum non m̄ imputari quod donasti. Ex hoc fac
tus securus. atq; in ista gr̄a confirmatus: n̄ ero
ingratus. Quid enim faciam? Doceam iniquos
uias tuas. Doceam iniquos ex iniquo: id ē qui
fueram & ego iniquus. iam non iniquus non
a me ablato sp̄u sancto: & sp̄u p̄ncipali con
firmatus: doceam iniquos uias tuas. Quas uias
iniquos docebis? & impij ad te conuertentur.
Si peccatum dauid impietati deputatur: non de
se desp̄ent impij quia pep̄cit deus impio: sꝫ si
ad eum conu̅tantur si uias ipsius discant. Si
autem impietati non deputatur factum dd̄. sꝫ
illa ꝓp̄ia impietas d̄r apostatare a deo: unum
dm̄ non colē aut numquam coluisse: aut quē
colebat dimisisse. ad cumulum ualet q̄d ait:
et impij ad te conu̅tētur. Ita plenus es adipe
misc̄die: ut ad te conu̅sis non solum q̄busl̄ibꝫ &
peccatoribꝫ sꝫ etiam impijs non sit desp̄andū.
Et impij ad te conu̅tentur. Ut quid? Ut cre
dentes in eum qui iustificat impium: depu
tetur fides eorum ad iusticiam. Erue me de
sanguinibꝫ deus: deus salutis mee. Ex p̄ssit
latinus int̄pres u̅bo minus latino: ꝓprietatem
tamen ex g̅co. Nam omnes nouimus latine n̄
dici sang̅nes: nec sang̅na. Tamen quia ita g̅cus
posuit plurali numero. non sine causa n̄ q̄
hoc inuenit in p̄ma lingua hebrea: maluit
potius int̄pres minus latine aliquid dicē: q̄m
minus ꝓp̄e. Quare g̅ pluralit̄ dixit de san
guinibus? In multis sanguinibꝫ tamquam
in origine carnis peccati: multa peccata in
telligi uoluit. Ad ipsa peccata respiciens apl̄s:
que ueniunt de corruptione carnis & san
guinis: ait. Caro & sanguis regnū dei non
possidebunt. Nam utiq; secundum fidem ue
ram eiusdem apl̄i caro ista resurget: & ip
sa merebitur incorruptionē: ipso dicente; Opor
tet corruptibile hoc induere incorruptionē: &
mortale hoc induere immortalitatem. Q̄a g̅ corrup

tio ista de peccato ē. ipsius nomine
appellantur & peccata: quemadmodum d̄r
lingua & illud carnis frustum. q̄d in ore moue
tur cum u̅ba distinguimus: & lingua q̄d p̄
linguam fit. sicut dicimus aliam g̅cam lin
guam. aliam latinam. Non enim caro diu̅sa ē
sꝫ sonus. Quom̄ g̅ d̄r lingua locutio que fit p̄
linguam: sic d̄r & sanguis iniquitas: que fit
p̄ sang̅nem. Attendens g̅ multas iniquitates
suas. & illud sup̄ius omnes iniquitates meas
dele: & eas t̄buens corruptioni carnis et
sanguinis: lib̄a me inquit de sang̅nib⁹.
Hoc ē lib̄a me ab iniquitatibus: munda me
ab omni corruptione. In corruptionem
enim desid̄at qui dicit: lib̄a me de san
guinibus: quia caro & sanguis regnum
dei non possidebunt. neq; corruptio incor
ruptionem. Erue me a sang̅nib; deus.
d̄s salutis mee. Ostendit quia cum fuit salus p̄
fecta in isto corp̄e corruptio in eo non erit:
que intelligitur nomine carnis & sanguinis.
Ipsa ē enim p̄fecta sanitas corp̄is. Nam m̄ quo
m̄ sanum ē q̄d labitur q̄d indiget: q̄d habet
ꝓpetuam quandam eg̅tudinem famis & sitis:
Hec & tunc non erunt: quia esca uentri &
uent̄ escis: deus autem & hunc & has eua
cuabit. Erit forma corp̄is p̄fecta ex deo ab
sorta morte in uictoria: nulla remanente
corruptione. nulla surrepente defectione:
nullis mutata etatibꝫ nullo labore lassata ut
ullo cibo fulciatur: & aliqua esca reficiatur.
Sꝫ non erimus sine esca & potu. Ipse erit
d̄s cibꝫ n̄r: & potus n̄r solus. Ille cibꝫ reficit:
nec deficit. Lib̄a me de sang̅nibꝫ d̄s: deus sa
lutis mee. Modo enim iam in ipsa salute su
mus. Audi apl̄m. Spe enim salui facti su
mus. Et uide quia de ipsa salute corp̄is dice
bat. In nob̄ met ipsis inquit ingemiscimus: ad
optionem expectantes redemptionem corp̄is
n̄ri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem
que uidetur: non ē spes. Q̄d enim uidet quis q̄d
sp̄at? Si autem q̄d non uidemus sp̄amus: p̄
pacientiam expectamus. Qui p̄seuerauit usq;
in finem: ipsa ē illa pacientia: hic saluus erit.
Ipsa ē salus quam nondum habemus: sꝫ habitū

sumus. Nondum res est: sed certa spes. Exulta
bit lingua mea iusticiam tuam. Domine la
bia mea aperies: et os meum annuntiabit
laudem tuam. Laudem tuam quia creatus
sum. laudem tuam quia peccans non dere
lictus sum. laudem tuam quia ut confiterer
ammonitus sum: laudem tuam quia ut securus
essem mundatus sum. Labia mea aperies: et os
meum annuntiabit laudem tuam. Quam si
uoluisses: sacrificium dedissem utique. In illo
tempore erat dauid. quando sacrificia uicti
marum animalium offerebantur deo: et uide
bat hec futura tempora. Nonne in his uocibus
nos agnoscimus? Erant illa sacrificia figura
ta: pronunciantia unum salutare sacrificium.
Nec nos dimissi sine sacrificio sumus: quod deo
offeramus. Audi enim quid dicat curam
gerens pro peccato suo: et ignosci sibi uolens
malum quod fecit. Si uoluisses inquit: sacrifi
cium dedissem utique. Holocaustis autem:
non delectabis. Nichil ei offeremus? Sic uenie
mus ad deum? Et unde illum placabimus?
Offer. Sane in te habes quod offeras. Noli extrin
secus thura comparare: sed dic. In me sunt deus
uota tua: que reddam laudationes tibi. Noli
extrinsecus pecus quod mactes inquirere: ha
bes in te quod occidas. Sacrificium deo spiritus contri
bulatus: cor contritum et humiliatum deus non
spernit. Prorsus spernit taurum: hyrcum arie
tem. Iam non est tempus: ut hec offerantur.
Oblata sunt cum aliquid indicarent. cum ali
quid promittent: uenientibus rebus promissis pro
missiones ablate sunt. Cor contritum et
humiliatum deus non spernit. Nostis quia est
excelsus deus. Si te excelsum feceris: longin
quabitur a te. Si te humiliaueris: propinquabit
ad te. Videte quis iste sit. Unus uidebatur
de precari dauid. Videte hic imaginem nostram:
et typum ecclesie. Benigne fac domine in bona
uoluntate tua syon. Huic syon benigne fac
Que est syon? Ciuitas sancta. Que est ciuitas
sancta? Que abscondi non potest: super
montem constituta. Syon in speculatione:
quia aliquid spectat quod sperat. Interpretatur
enim syon speculatio: et ierusalem uisio pacis.

Agnoscetis ergo uos in syon et in ierusalem. si certa ex
pectatis spem futuram: et si pacem habebitis
cum deo. Et edificentur muri ierusalem. Non
enim sibi tribuit syon aliqua merita sua: tu cum
illa benigne fac. Edificentur muri ierusalem. Mu
nimenta construantur immortalitatis nostre: in
fide et spe et caritate. Tunc acceptabis sacrifi
cium iusticie. Modo autem sacrificium pro ini
quitate spiritum contribulatum: cor contritum et
humiliatum: tunc sacrificium iusticie solius.
Beati qui habitant in domo tua: in secula
seculorum laudabunt te. Hoc est enim sacrificium
iusticie. Oblationes et holocausta. Que sunt
holocausta? Tota igne consumpta. Quando
totum pecus imponebatur in ara dei tunc
igne consumendum: holocaustum dice
batur. Totos nos ignis diuinus assumat:
et feruor ille totus arripiat. Quis feruor?
Nec est qui se abscondat a calore eius. Quis feruor?
De quo dicit apostolus. Spiritu feruentes. Non tantum
anima nostra assumatur ab illo diuino igne sapi
entie: sed et corpus nostrum: ut mereatur ibi immor
talitatem. Sic leuetur holocaustum: ut absor
beatur mors in uictoria. Oblationes et holo
causta: tunc imponent super altare tuum ui
tulos. Unde uitulos? Quid tibi eliges? Inno
centiam noue etatis: an libera colla a iugo legis?
Psalmus in nomine xpi. et si forte non ut uo
lumus: uerumtamen ut potuimus explanatus
est. Restat paucis alloqui uos fratres: propter
multa mala inter que uiuimus. Neque enim ui
uentes in rebus humanis: migrare possumus a rebus
humanis. Cum tolerantia uiuendum est nobis inter
malos: quia cum mali essemus: cum tolerantia
boni inter nos uixerunt. Non obliuiscentes quid
fuimus: non desperabimus de his qui nunc
sunt quod fuimus. Verumtamen karissimi in tanta
morum diuersitate et tam detestabili corrup
tela. regite domos uestras: regite filios uestros:
regite filias uestras. Quomodo ad nos pertinet in ecclesia
loqui uobis: sic ad uos pertinet in domibus uestris
agere: ut bonam rationem reddatis de his
qui uobis sunt subditi. Amat deus discipli
nam. Perversa et falsa innocentia est: habenas
laxare peccatis. Valde inutiliter ualde pernitiose

sentit filius patris lenitatem: ut postea dei
sentiat seuitatem: & hoc non solus. s; cum
dissoluto patre suo. Quid enim? Si ipse non
peccat & non facit qd filius eius: ideo non hit
ab ipsa nequicia filium prohibe? An ut
forte uideatur filio eius: quia & pat talia
facet n senuisset? Peccatum qd t non dis
plicet in filio tuo delectat te: s; etas dese
ruit non cupiditas. Maxime frs mei filios
uros fideles attendite: quos fide duxistis
ut baptizarent. S; forte negligit malus
filius ut monita patris. ut obiurgationē
ut seuitatem: tu imple psonam tuam:
deus de illo exigit suam; ORATIO.

Conuersi ad dnm deum patrem
omnipotentem. puro corde ei
quantum potest paruitas nra maximas
atq; ueras gras agamus: pcantes toto ani
mo singlarem mansuetudinem eius. ut
pces nras in beneplacito suo exaudire dig
netur: inimicum quoq; a nris actib; &
cogitationib; sua uirtute expellat: nob
multiplicit fidem & mentem gubnet. spu
ales cogitaciones concedat: & ad beatitu
dinem suam pducat: p ihm xpm filium
suum dnm nostrum. qui cum eo uiuit et
regnat in uirtute sps sancti deus: p omia
secula seculorum amen.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE


AUGUSTINUS
IN PSALMOS
M.S.
27